HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ IN COMPENDIUM REDACTÆ.

LIBER II.

A Nato CHRISTO ad noſtra usqve tempora.

BIBLIOTHECA NATIONALIS LIPSIENSIS

GOTHÆ
Proſtat
Apud SALOMONEM REYHERUM,
Exſcriptus
à
CHRISTOPHORO REYHERO.
ANN. CH. CIↃ DC. LXXX.

Digitized by Google

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ IN COMPENDIUM REDACTÆ,

LIBER II.

A nato Christo ad nostra usqve tempora.

CAPUT I.

Proœmii loco continens succinctam enarrationem Idololatriæ gentilis & Sectarum Judaicarum, circa tempus nativitatis Domini nostri Jesu Christi.

SUMMARIA:

Utilitas doctrinæ de idololatria & falso cultu, n. 1. *Impietatis & superstitionis distinctio.* n. 2. *Quid superstitio & quotuplex*, n. 3. 4. *Quid idololatria, & ejus genera*, n. 5. 6. *De cultu spirituum*, n. 7. *Imprimis malorum*, n. 8. *De animarum cultu*, n. 9. *Et heroum*, n. 10. 11. *Et indigetum*, n. 12. *De Diis Romanorum primariis sive Consentibus*, n. 13. *De Jove speciatim*, n. 14. *De Neptuno*, n. 15. *De Vulcano*, n. 16. *De Marte*, n. 17. *De Apolline*, n. 18.

De Mercurio, n. 19. *De numinibus femininis*, n. 20. *De Diis octo selectis, & speciatim de Jano, Baccho, Plutone*, n. 21. *De Hercule*, n. 22. *De idololatria Phœnicum & Syrorum*, n. 23. *De cultu Baali*, n. 24. *De Moloche*, n. 25. *De Solis cultu apud Arabes*, n. 26. *De Lunæ cultu*, n. 27. *De Diis Samothraciis*, n. 28. *De Ægyptiorum idololatria*, n. 29. *De Phrygum Diis*, n. 30. *De Gallorum religione*, n. 31. *De Germanorum*, n. 32. *generatim de animalium cultu, & de turpitudine Sacrorum gentilium*, n. 33. *Transitus ad Judæorum Sectas*, n. 34. *De Pharisæis*, n. 35. *De Sadducæis*, n. 36. *De Essenis, & aliis quibusdam*, n. 37. n. 38.

§. 1.

QVo magis appareat summi illius beneficii magnitudo, & temporum, de qvibus Libro hoc secundo acturi sumus, felicitas, cùm scilicet Deus Opt. Max. *eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit ad lumen & regnum Filii sui*: contemplari juvabit, qvis fuerit eâ tempestate, qvâ Christus in carne manifestatus est, religionis in terrarum Orbe status, sive gentiles respiciamus, omnes scilicet extra Judæos, homines, sive hos ipsos, è qvib9 & è paucis proselytis Ecclesia Veteris Testamenti potissimùm constabat.

bat. De Gentib9 primò dicturi sumus, præeunte eorundem Doctore, D. Apostolo Paulo, qvi errores & impietatem Ethnicorum graviter describit, Epistolâ ad Romanos Cap. I. Comm. 18. & seqq. Ait enim: *Palam fit ira Dei de cœlo adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, qvi veritatem in injustitia detinent: Propterea qvod id, qvod de DEO cognosci potest, manifestum est in illis; Deus enim illis patefecit. Siquidem qvæ sunt invisibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, pervidentur, ipsaqve æterna ejus potentia ac divinitas, in hoc ut sint inexcusabiles. Propterea qvod cum Deum cognoverint, non ut Deum glorificaverunt, neqve grati fuerunt, sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum. Qvum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, mutaveruntqve gloriam immortalis DEI per imaginem, non solùm ad mortalis hominis similitudinem, effictam, verùm etiam volatilium & qvadrupedum & reptilium.* Subnectit deinde, ut justo Dei judicio, ad falsum illum cultum accesseeit, perpetua scil. ejus comes, summa vitæ turpitudo, & pudenda per maxima qvæqve vitia contaminatio: qvod postremum cum satis pateat, tum ex omnium seculorum historiâ, tum ex qvotidiana etiamnum experientia, fusiùs hic enarrari nihil attinet. Sermo itaqve nobis est de priori, nempe de cor-

rupto circa religionis negotium hominum sensu, sive de idololatria: neqve is erit sine fructu, non tantùm, qvod contrariorum commoda sit consideratio, sed aliis qvoqve rationibus, qvas sancti Patres in elenchicis & apologeticis suis, & Scriptores novi, iidemqve doctissimi solent allegare, è qvibus secuti sumus vel maximè summum Virum Gerard. Vossium Tractatibus de Theologia Gentili; Tùm Joann. Seldenum, Syntagm. de Diis Syriis, juvit etiam Samuel Bochart. in Geographia sacra, libris, qvos Phalegi & Canaanis nomine inscripsit, multiplici eruditione refertissimis.

2. Qvæ contrà religionem, i. e. rectum verumqve veri Dei cultum peccantur, duplici nomine veniunt, *Impietatis* nempe & *Superstitionis*. Illa, qvæ & ἀθεότης, atheismus & irreligiositas dicitur, rarior fuit, utpote divino illi & naturali dictamini, qvod prædicat D. Paulus, agnóscunt etiam gentilium sapientes, prorsus contrariâ: ut adeò vix homines existimati sint, qvi omnem de Deo opinionem expulissent.

Tales fuisse impios illos ante Diluvium, pleriqve censent: neqve tamen negari potest, reperiri omnibus seculis, qvi vel ad tempus aliqvod dixerint in corde suo: *Non est Deus.* Psal. 14. & 53. Nec multo meliores sunt illi, qvi Deum colunt atqve æstimant ob divinæ naturæ præstantiam, nullam tamen ei tribuunt rerum humanarum curam, qvæ fuit Epicuri sententia, verbo scil. Deum asserentis, re ipsâ tollentis. Notum etiã est ex Ciceronis lib.

lib. 1. de Natur. Deor. ut Deos esse dubitaverit Protagoras, nullos esse, palàm dizerint Diagoras Melius, & Theodorus Cyrenaicus. Qvidam tamen à ceteris Athei sunt habiti, qvod Deos corporeos, atqve tales esse, ut vulgo credebantur, negabant. Hoc nomine Athenis vix effugit Periclis ope præsens exitium Anazagoras, qvi Solem non Deum, sed μύδρον διάπυρον, massam ignitam vocabat, alias verò teste Plutarcho, rerum universitati mentem puram atqve sinceram præficiebat, qvæ sententia ad unitatem atqve æternitatem Dei pertinere videtur. Nec majus fortè crimen fuit Socratis, cum accusantibus Anito, Melito & Lycone, impietatis à civibus damnaretur.

3. *Superstitio*, (qvamvis aliam nominis rationem apud Tullium legas) à superstando dicitur, non qvod Deus nimis coli possit, sed qvod cultui qvædam superstent sive addantur, qvæ eum corrumpant: qvo genere propriè peccant, qvi etiam verum Deum, non eo, qvo vult modo, colunt, ut fecere Israëlitæ multis modis, etiam tunc, qvando in vitulis putarent, se Deum ipsum honorare, Exod. 32. v. 4. add. Joseph. lib. 8. antiq. c. 4. Peccant etiam hodiè in Ecclesia Christiana, qvi varios adorationis & cultûs gradus superstitiosè inductos, imaginibus tribuunt, licèt putent, per eos Deum ipsum coli.

4. Alter verò *superstitionis modus* ob fœditatem objecti longè gravior, & multiplici varietate lascivior est, cùm cultus vero Deo debitus, tribuitur non Deo; Hæc species proprio maximè significatu vocatur *Idololatria*, qvæ per o-

mnes olim terrarum nationes, jam inde à primis post diluvium seculis, se diffudit; neqve adeò hodiè in plurimis Orbis partibus cessat, nata ex fraude Diaboli, & inscitia humanæ mentis.

Homines enim (verba sunt Cl. Voss. Lib. 1. de Th. Gent. c. 4.) etsi Deus in opere suo elucentem viderent, & clamoso silentio audirent dicentem, esse se Opificem & Rectorem universi, coliqve à nobis velle & debere: ad conspectum tamen hunc oculos clausére, ad vocem obturarunt aures, ac qvasi alto pressi sopore, talem imaginati sunt, qvalia fuerunt, qvæ se oculis qvotidiè subjicerent, somnioq; suo nimium creduli, opificium amplexati sunt pro opifice, divinitatem non tribuendo Deo, sed non-Deo, venerati scilicet creaturam παρὰ τὸν κτίσαντα. Rom. 1. v. 25. præter aut supra Creatorem, vel, ut vertit D. Hilarius lib. 12. de Trinit. *Præterito Creatore.*

Etsi autem gentilium perspicaciores qvidam minus stultis cogitationibus de Deo interentur, qvidam etiam faterentur, Deum esse mentem infinitam, secretam à creaturis, *detinuerunt* tamen, verba sunt Apostoli suprà citata, *veritatem in injustitia*, fuitq; eorũ cognitio & scientia speculativa, non practica, neq; enim ideò ad verum cultum, vero Deo tribuendum, movebantur, sed vulgi morem in colendis Diis patriis & popularibus pàlàm secuti, haud minus interim fœdissimis indulgebant cupiditatibus, qvod etiam de maximis atqve sapientissimis illorum, Platone, putâ, Socrate, Xenophonte, graves annotârunt Autores, Plutarchus, Philo, alii; & de M. Tullio Plinius junior Epist. ad Pontium. lib. 7.

5. Qvàm varia verò fuerint idololatriæ genera, neqve paucis explicari potest, neqve nostri est instituti, fusè omnia persequi, qvapropter per summa tantùm capita progrediemur. D. Au-

gu-

gustinus lib. 4. de Civ. Dei c. 27. refert, doctissimum Pontificem Scævolam disputâsse tria genera Theologiæ, unum à Poëtis, alterum à Philosophis, tertium à Principibus civitatis introductum. Primum genus nugatorium dixit esse, qvod multa de Diis fingantur indigna; Secundum non congruere civitatibus, qvod habeat aliqva supervacua, aliqva etiam, qvæ obsit populis nosse. Acqvievit itaqve in tertio. Eadem fuit sententia M. Varronis, hominis ut ipse loqvitur D. Augustinus, omnium acutissimi, & sine dubitatione doctissimi; nam & hic tria genera dixit esse: Mythicon sive fabulare unum, Physicon seu naturale alterum, tertium civile; concluſitq; tandem, primum theatris convenire, secundum mundo, tertium urbi. Hæc omnia accuratè examinata & refutata legas apud ipsum sanctum Patrem. Lib. 6. de Civ. Dei. c. 5. & seq.

De fabulari qvidem Theologia pleriqvc gentilium malè sentiebant, neqve tamen ideò repudiabant cultum popularem & civilem, sive à Principibus civitatis publicè inductum; fabulis licet, si non omnibus omnium gentium aut Græcorum, aliqvibus tamen & patriis veluti atqve domesticis refertum, tum multitudine Deorum laborantem, veroqve fundamento carentem. Restabat itaqve naturalis Theologia, ceteris qvidem melior, sed deficiente revelatione, imperfectissima atqve incertissima, ut vix enarrabiles sint Philosophorum de rebus divinis variæ opiniones. Consuli possunt libri M. Tullii de natura Deor. & Augustin. dd. ll. De illis verò, qvi in fabulis absurdissimis, qvibus, ut sunt verba

Velleji apud Tullium Lib. 1. *dii inducuntur ira inflammati & libidine furentes, narrantq; eorum bella, prælia, pugna, vulnera: odia præterea, dissidia, ortus, interitus, querelæ, lamentationes, effusa in omni intemperantia libidines, adulteria, incula, cum humano genere concubitus, mortalesq; ex immortalibus procreati.* Qui, inquâ, in illis fabulis naturæ mysteria latitare dicebant, & hodiè fortasse dicunt, atq; ideò non tolerandas tantùm, sed & utiles putant, & physicè explicandas, ad sapientum sensum; audiant Dionysium Halicarnasseum, Ethnicum quidem, sed doctum atq; accuratum Scriptorem Lib. 2. ubi Romanam Theologiam reliquis præfert, & de fabulis Græcorum hæc subjicit: *Quæ excipi possunt ex fabulis Græcis bona, parva sunt, & quæ prodesse possint non multùm, sed iis tantùm, qui speculentur, quorum causâ hæc fiant. Rari verò hi sunt, quæ huic Philosophiæ se applicent. At multa quidem sine Philosophia turba, sermones earum libenter in pejus trahit, duorumq; alterum patitur; Aut enim Deos ipsa despicit, ut in multa infelicitate revolutos; Aut à nullo turpissimorum inquisitorumq; abstinet; Ea Diis congens apposita.*

6. Ceterùm, qui ab uno & vero Deo discessêre, cultum suum transtulerunt ad substantias creatas, easq; vel spirituales, vel corporeas & utrarumque accidentia quædam, effectus & symbola; Tum hæc omnia variè miscuerunt, & fabularum involucris occuluerunt, ut aliquando difficile indagatu dictuq; sit, quid venerati sint cæci illi atque miseri, num animale aliquid, an inanimatum, Deumne, aut attributum quoddam & symbolum, signumque Dei.

7. Ut de spirituum cultu prius dicamus, vetustissimus error fuit eorum, qui veram ac piam de bonitate Dei & malitia Satanæ doctri-

nam,

nam, à Patriarchis acceptam, corruperunt, hujusqve fraudibus & ambitione inducti, duos spiritus, sive duos Deos, aut Principia duo, introduxerunt, Bonum unum, Malum alterum, atqve insana hac ratione Creatori Optimo & beneficentissimo rebellem illum atqve pessimum Spiritum sociârunt.

Hujus dogmatis Autorem antiqvissimum Zoroastrem fuisse, tradit Plutarchus Lib. de Iside & Osiride, Nini æqvalem. Illum Pseudo-Clemens libr. recognitionum 4. Misraimum fuisse putat Chami filium; Alii tamen, ut notabimus alibi, juniorem faciunt Zoroastrem, duosqve aut plures hoc nomine fuisse, conjiciunt. Vocavit autem principium boni, Orimasdem; mali, Arimanium. Illud luci, hoc caligini comparavit; tenuitq; eadem opinio, aut paulò variata etiam Ægyptios, & Græcorum Philosophos nobilissimos, Pythagoram nempe, Empedoclem, imò & Platonem, cum ex animi sui sententia locutus est, ut probat Plutarchus. Neq; ex alio fonte errorem suum hausit *Manes Persa*, de qvo suo loco.

8. Licet autem extra Deum sive substantiam infinitam, spiritus alios esse, negârit Democritus, &, ut multis videtur, etiam Aristoteles; Plurimi tamen & imprimis Platonici, tùm ex veteri traditione, tùm ex spectrorum apparitione, & oraculorum ac Magorum responsis genios esse non credidêre tantùm, sed & cultu divino honorandos æstimârunt, non bonos tantùm, sed & malos, qvi se pro bonis offerebant. vid. Levit. c. 17. v. 7. Devt. 32. v. 17. eoq; pertinent Satyrorum, Silenorum & Nympharum fabulæ, qvi d. l. Levit. v. 17. notari putantur.

Malos etiam sive Dæmones manifesto, nec bonorum specie aut nomine, jam inde ab antiquissimis temporibus alicubi cultos, atqve, ne damnum inferrent, propitiatos fuisse, colligitur ex allegatis locis sacris; & qvis hodiè qvoq; hac in parte furor sit Indorum & Americanorum, notum est ex navigationum in illas partes historiis, vid. de Tapuiis Voss. lib. 1. c. 11. in addition. in eodem delirio hæsére veteres Saxones, vid. Georg. Fabric. lib. 1. orig. Sax. & de Ungaris Bonfinius lib. 12.

9. Cum verò etiam mentis humanæ præstantiam admirentur sapientiores, imò ut testis est Seneca Epist. 117. *consensu gentium immortales crederentur animæ*, mirum non est, qvod depravato judicio etiam has honore divino dignas existimaverint, qvod generatim fecere Nasamones Africæ populi, qvi ad defunctorum monumenta preces & sacrificia sua peragebant, ut tradit Herodot. in Melpomene. Idemqve (sed ut videtur Vossio d. l. c. 11. per errorem) Plinius tribuit Augilis, Africanæ itidem genti, Lib. 5. Hist. nat. c. 8. & Mela. lib. 1. c. 8.

Immortalitatem animæ asserûere, ut hæc obiter notemus, Thales & Pythagoras, ille Jonicæ, hic Italicæ inter Philosophos sectæ, princeps. Eandemqve statuit Plato & Aristoteles; cujus mentem in alium sensum Alexander Aphrodisæus & Averroes, non interpretati, sed cavillati sunt. Stoici non immortalem qvidem, longævam tamen credebant animam. Cic. Tusc. 1. Verum cum corpore eam interire placuit Epicuro, & ejusdem ferè temporis Doctori Dicæarcho Messenio. Resurrectionis etiam corporum, à Patriarchis creditæ, reliqvæ fuerunt in opinione illa, de transmigratione animarum in alia corpora, qvam μετεμψύχωσιν & με-

τεμσω-

πεισμάτων dixêre; eamq; ab Ægyptiis didicit Pythagoras, Autore Herodoto, idemq; Getas suos docuit Zamolxis. Neqve alia Druidarum in Gallia doctrina fuit. Cæs. lib. 6. de bell. Gall. & Germanorum, ut tradit Appian. in Celticis.

10. Ad hanc igitur idololatriæ classem referendus est universus Deorum illorum cultus, qvi aliqvando homines fuêre, aut fuisse existimati sunt, qvos propterea Deos animales, anima scilicet rationali & immortali præditos, dicere possumus. At naturalia tantùm numina nominamus, cùm Mundum, Solem, Terram, animalia, partesqve & affectus ejusmodi creaturarum pro Diis habuêre; miscuerunt autem utrumq; cultus & persvasionis genus, qvando v. 8. in Apolline Solem venerati sunt, tùm hominem qvoqve qvendam sapientem. Solebant nempe plebejis fabulas & historias, sapientioribus vero Physicas rationes proponere.

Hinc Varro apud Augustin. lib. 18. de Civ. Dei, c. 5. rationem adfert positæ in Ægyptiorum templis statuæ, qvam Harpocratem vocabant, digitum labiis imprimentem; monebantur scilicet mystæ, ne vulgarent, Deos illos, Isidem, Osiridem, & ceteros aliqvando homines fuisse. Scilicet ut dicitur libr. Sapient. c. 14. v. 13. &c. qvæ in honorem viventium, & memoriam defunctorum primò fiebant, paulatim in divinos degenerarunt honores, adulatione hominum, & accedentibus tyrannorum imperiis: tùm ex Sacerdotum commodo, qvi studiosè humanas origines, longum præcipuè post seculorum decursum silebant. Demonstravit hoc inter Ethnicos, & mortes atqve sepulturas Deorum ostendit atqve evicit

Ev-

Evhemerus Messenius, Cassandri Regis amicus, qvem interpretatus est, ut Cic. tradit, Ennius: Qvemq; propterea impietatis insimulant Plutarchus & Sextus Empiricus. Notabile etiam est, qvod tradit S. Cyprianus libr. *qvod idola non sint Dii*. Alexandrum Magnum insigni volumine ad matrem scripsisse, proditum sibi à Sacerdotibus, metu regiæ potestatis, Deos homines fuisse, majores nempe & Reges gentium, qvorum memoria primùm servata, postmodum in colendi atqve sacrificandi ritum transierit.

11. Colebantur autem homines sive defunctorum animæ privatim qvædam, & sine speciali nomine, ut: *Lares, Lemures, Larvæ, Manes*, de qvibus vid. Apulej. lib. de Deo Socratis. *Penades etiam & Viales*, iidem ac *Lares*. Præesse scilicet credebantur, & benefacere domibus, familiis, compitis, viis, ubi etiam alicubi publicè aras & statuas habebant.

Referri huc possunt sculptilia illa, sive Teraphim Labanis Syri. Gen. c. 31. v. 19. idolum Michæ. Jud. 17. v. 5. de qvibus vid. Doctiss. Selden Syntagm. 1. de Diis Syr. c. 2.

Alios verò coli oportebat publica autoritate, sive qvod nobili reperto profuissent generi humano, sive qvod gentis vel urbis fuissent conditores, sive qvod bello rem præclare gessissent. Cic. 1. de nat. deor.

12. De horum qvibusdam facilius concedebant homines fuisse; eos nimirum, qvos merita in cœlos vocârint. Cic. 2. de Legibus. Tales erant Roma Æneas, Romulus sive Qvirinus, gentis & urbis conditores. Tum è Sabino

norum religione Semo sanctus seu Sancus Fidius, qvem Herculem fuisse putant, & qvatenus pro Aboriginum & Latinorum Regibus habiti sunt, *Janus*, *Faunus*, alii. Fœminæ etiam; *Anna Perenna*, & alia Bovillana, qvæ plebem in Aventino paverat, maximè verò *Acca Larentia* Romuli nutrix. Imò crescente adulatione post eversam Reipub. libertatem Julius Cæsar primus, dein successores ejus cum uxoribus liberisqve inter Deos tùm post mortem, tùm vivi etiam relati & culti sunt, continuato longè post Christi nati tempora, profano more, ut etiam Constantini Magni consideratio in nummis figurata reperiatur, explicabilis tamen sensu Christiano.

At plures atqve innumeros Semideos atqve Heroes ejusmodi, qvos Romani indigites, qvasi indicites, ab *indu*, id est, *in* & *cito*, sive *voco*, atqve ita ab *invocando* appellabant, habuit fabulosa Græcia, qvos enarrare longum foret, pleniqve sunt ea futilitate Grammaticorum & Mythologorum libri; & delubra eorum plurima descripta à Pausania, vid. Voss. Lib. 1. c. 13.

Præcipui erant & Romanis qvoqve sancti, Dioscuri *sive Castor & Pollux*, *Gemelli*, Jovis scil. ut nugabantur *ex Leda*, Tyndari Spartani Regis uxore filii, *Anaces* etiam dicti, forte ab *Enaeim* Syriæ, inde enim Spartanum genus originem verisimiliter habuit, cum à Josua incolæ sedibus pellerentur. *Æsculapius* etiam Medicus Messenius, Epidauri pro Deo cultus, & inde Romam vectus est. Musæ etiam huc pertinent, sive Pieri cujusdam Macedonis filiæ fuerunt, cantus & Citharæ peritæ, ut narrat Pausan. in Bœot. sive ancillæ è Mysia coëmtæ à

Re-

Regis cujusdam in Lesbo filia, ut ex Myrsilo Lesbio refert Clemens Alexandr. in *Protreptico*. Quando enim Cæli aut Jovis filiæ dicuntur, ut ex vetusto Poëta Mimnermo, is, qvem diximo, notat Pausanias, naturali sensu artium & scientiarum principia Dei dona, intelligere licet. Tribus verò Musis triformem sonum musicum, qvi scilicet vel voce, vel flatu, vel pulsu exprimatur, designari, & ternarium numerum casu qvodam in novenarium multiplicatum fuisse, ex Varrone refert Augustin. lib. 2. de Doctr. Chr. c. 17.

13. Majori verò veneratione colebantur, qvorum memoria & origo obscurior, & historia sive fabula tantò erat credibilior: tales apud Romanos Dii duodecim, qvos *Consentes* vocabant, his versiculis ab *Ennio* comprehensi:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

His additi sunt octo alii, *Selecti* dicti: *Sol, Luna, Tellus*, naturalia scilicet numina, dein animales Dii, *Genius, Janus, Saturnus, Liber & Pluto.*

De singulis, qvoniam non Romanis tantum, sed & Græcis iidem culti sunt, & Physica qvoqve in plerisqve latet cultûs ratio, aliqva subjungemus.

14. Jovis nomine fabulosa antiqvitas honoravit Reges atqve Principes, qvi ceteros potentiâ antistarent, aut ut qvidam explicant, Regum filios primogenitos. Nullo itaqve seculo

lo ante bellum Trojanum, defuêre, qvi hoc cognomine vocarentur. Horum omnium historiam confudêre; & Jovi Cretensi ceteris juniori attribuerunt Poëtæ, & ad fabularum dulcedinem corruptam. In eorum itaqve Scriptis semper distingvenda sunt vera à fabulis, ut inter alios egregiè fecit Lactantius Lib. 1. de falsa relig. c. 11. Alius nempe Jupiter Argivus, vero nomine Apis dictus, cui Juno & Niobe sorores, Jo amita; qvarum incestis amoribus non abstinuit Tyrannus nefarius. Alius in Phrygia, Tantalus nempe, Ganymedis raptor: celeberrimus denique Cretensis ille, Asterius dictus, qvi Europam, Cadmi filiam nave, cui bovis signum erat, avexit. Ut de ceteris nihil dicamus, qvorum trecenta cognomina Varro numeravit.

Vetustior verò Jovis cultus, sic enim Græci reliqvarum gentium numina ex sua sententia explicabant, apud Ægyptios fuit, præsertim in deserto illo Libyco, ubi Ammonis templum erat, qvo nomine Chamum Noachi filium intellectum doctissimorum virorum conjectura est, qvamvis etiam Nimrodi historiæ Jovis fabula in Saturnum patrem injurii, conveniat, nam & hic à rebellione nomen habuit qvod invitis parentibus & majoribus, sanctissimo imprimis Patriarcha Noacho, Tyrannidem usurpavit, v. Voss. lib. 1. c. 214. Bochart. lib. 1. Phaleg. c. 1. & lib. 4. c. 12.

Naturali porrò interpretatione in Jove coluit gentilitas, aut Cœlum universum, aut Cœli filium, i.e. Solem, vel etiam aërem, qvatenus est spiritus vegetans atqve movens; nam qvâ recipit operationes, Juno pro aëre

in

intelligenda est, socia & conjux Jovis, vid. August. lib. 4. c. 10. Ammonem autem Jovem Solem occidentem æstimarunt Libyes, teste Macrob. 1. Saturnal. c. 21. arietinis cornibus effictum, qvibus maximè, id animal valet, sicut radiis Sol. vid. Voss. lib. 2. c. 11.

Germanis, Gallis, atqve omni Celtarum genti Jupiter *Taranis* nomine cultus, aut levi literæ trajectu, *Tanaris*, Donner/ fulmen significans, à septentrionalibus *Thor* dictus. v. Eric. Ola. Hist. Svec. lib. 1. Inde dies Jovis veteri Germanorum idiomate vertitur, der Donstag/ & ut jam enunciamus, der Donnerstag.

15. Neptunos etiam plures fuisse fabularum arguit diversitas. Antiqvissimum intelligere licet Japhetum, Noachi filium, cui in Orbis divisione regiones asperæ & maritimæ obtigerunt; Pollebat itaqve ipse & posteritas ejus arte tàm nauticâ, qvàm eqvestri, utráq; enim ad obtinendas oras illas & insulas, & montanas Europæ Asiæq; partes, maximè opus fuit. Inde etiam Centaurorum fabulæ natæ, qvod, qvi primi eqvitabant, rei ignaris biformes viderentur.

Romani prisci, à rebus maritimis alieni, Eqvestrem potissimùm Neptunum venerati sunt, qvem Consum dicebant. Tempora verò putantibus, alius fuerit ille, qvi in Thessalia eqvos domuit, Centaurorum conditor, alius, qvi de Athenarum origine cum Minerva certavit; alius, qvi Trojana mœnia condidit cum Apolline; nisi id malimus cum Eustathio in Iliad. Φ. accipere, ut exstructa fuerint ex pecunia sacra. Tot itaqve olim Neptuni, qvot Tyranni aut piratæ eqvis aut navigiis validi, sed in Theologia Physica Neptunus mare notat, imprimis internum illud, sive mediterraneum, Græcis notum: ideò pareus Neptuni, imò omnium Deorum ex Platonis

nis & Homeri sententia dicebatur Oceanus, mare nimirum, universum mundum ambiens, aut ipsissimum aqvæ elementum sive humor aqveus.

16. Vulcanus, historiam Tubalcaini, & nominis partem referre videtur, qvi ante diluvium ærarias ferrariasqve artes excoluit. At post illa tempora hominem illum notat, qvi in Ægypto, inde enim numinis hujus honor ad Græcos pervenit, easdem iterum artes instauravit vid. Diodor. Sic. lib. 5. Qvamvis libr. 1. vulgatas Græcorum fabulas, qvi omnium Deorum originem ad suam gentem referebant, secutus, Jovis Cretensis filium fuisse commemoret.

Respiciebatur autem physicè in cultu Vulcani ad ignem, & præcipuè nostrum illum impurum & culinarem, ideoqve sine materia claudum, qvalem figurabant Vulcanum. Hetrusci tamen fulmina etiam Vulcano adscribebant, adeoq; ignem cœlestem repræsentabant. Eoqve fortasse inclinârunt etiam Germani, cum eundem colerent. Cæsar. lib. 6. de bel. Gal.

17. Martem Diodorus lib. 5. eum fuisse scribit, qvi primus annorum usum invenerit, qvod ex historia sacra Nimrodo convenire videtur. Illum profani Belum vocant, & Marti qvidam comparant, imò & *belli* vocem à Belo derivant, vid. Hygin. fab. 274. Sed Græcorum Mars in Thracia aut Spartæ natus, vixit demum Moysis & Cecropis tempore, sub eo enim in Areopago causam de cæde dixit: alium etiam fuisse oportet, qvem Romuli parentem Itali crediderunt.

Naturali sensu aliqvando vim Solis notat, aliqvando stellam illam, qvæ Martis nomine inter Planetas censetur, calorem præ ceteris, uti putabatur, impertiens. Hoc ergò respectu Celticæ gentes Martem coluerint, nihil enim ad eos Græcorum fabulæ. v. Voss. lib. 1. c. 37. lib. 2. c. 13. 33.

18. Apollinem Græci fingebant Jove & Ladâ prognatum, Musicen & Citharam invenisse, eidem medicinam & sagittandi peritiam tribuebant; cum tamen naturale potius numen in ejp persona intelligerent, Solem nempe, ex cujus operationibus, ingeniis humanis artes illæ credebantur conferri atqve instillari.

19. Mercurius, ut Dii penè omnes, & ipse Jovis filius & Majæ, cui Atlas pater assignatur, ingenii, sermonis, mercaturæ, artium, itinerum præses, etiam lyræ inventor; tùm Deorum internuncius & legatus; nec antiqvus admodum & ad Trojani belli tempus accedens, ut adeò plures hoc nomine fuerint, è qvorum gestis Hermes ille Græcorum conflatus est, cui in oppidis & viis statuas ponebant; rudes potissimùm, manibus atq; pedibus carentes, Hermarum nomine. Verisimile itaqve videtur, ab orientalibus populis in Mercurio partim ipsum Solem, partim stellam illam inter Planetas hâc appellatione notam, cultam fuisse.

Ex dicto Prov. 26. v. 8. voce *Margémah*, qvam vulgo pro acervo lepidum accipiunt, intelligi volunt interpretes qvidam Mercurium, sive lapidum struem in honorem idoli illius per agros congestam, vid. Selden. lib. 2. c. 14.

20. Fe-

20. Feminina inter duodecim primarios Romanorum Deos, numina fuêre, *Juno*, Jovis conjux; cujus ortum & Cretenſes vindicabant terræ ſuæ, & Argivi, & Samii, ut plures omninò Junones fuiſſe, veriſimile ſit. *Minerva* lanificii invento nobilis: Sed neq; hæc una, qvinqve enim refert Tullius, inter qvas Græcis notiſſima illa, qvæ ad Tritonem Bœotiæ, (alium à Libyco) fluvium & lacum genita & educata fuit, Iſaaci circiter & Jacobi Patriarcharum temporibus, ut ex fabularum collatione colligi poteſt. *Veſta*, & illa Cretenſis habita, Architecturæ inventrix. *Ceres*, qvæ frumenti ſerendi artem vel Siculos, vel Athenienſes docuit eadem, atqve Iſis Ægyptia. *Diana*, Creſſa virgo pudicitia & venandi ſtudio celebris. *Venus* deniqve, Jovis filia, ſed ſi unqvam inter homines vixit, Cinyræ Cypriæ Regis uxor aut ſcortillum, circa Moyſis tempora.

Rem penitùs æſtimantibus, Dearum hæc Theologia prorſus naturalis eſt: *Juno* enim modò aërem, modò naturam rerum, aliqvando etiam Lunam ſignificat, in *Minerva* & Palladis fabulis, ingenii vires repræſentabant. *Veſta* Terram, & qvi è terrenis alimentum habet, ignem notat. *Ceres* terræ frugiferam facultatem. *Diana*, ut omnes ſciunt, *Lunam* figurat. Venus, naturæ vim generatricem, qvandoqve etiam Lunam, tum ſtellam illam, qvæ pro diverſo ortu, modò Heſperus, modò Phosphorus dicitur, deſignat.

21. Inter octo ſelectos Deos, ut de merè naturalibus, Sole, Luna, Tellure, præter ea, qvæ

sparsim occurrent, nihil dicamus; *Genius* credebatur esse spiritus tutelaris hominum, locorumqve; & multa cum eo conveniunt, qvæ de Angelis supra notavimus. *Janus* multorum opinione Noachum repræsentabat, bifrontem nimirum, qvi utriusq; mundi spectator fuerit, nomen etiam non discrepat. Jain enim Hebræis vinum notat, Noachi inventum. Videtur tamen etiam *Javanem* referre, Græcorum, Italorum, Latinorum progenitorem, unde Jaonum sive Jonum nomen; imò ipsius Italiæ Rex antiqvissimus, Janus dicitur. *Saturni* historia Adamo partim congruit; is enim primus hominum & Deorum, qvi homines fuerunt, Cœli & Terræ filius, i.e. à Deo ex terra creatus: partim verò Noacho, trium filiorum parenti, è qvibus Semus Jovem, Japetus Neptunum, Chamus Plutonem referre videtur. Voss. l. 1. c. 18. sed Bochartus Chamum Jovi comparat. Semum, qvod veræ religionis vitæqve sanctæ tenaciorem ceteris fratribus fuerit, Plutonis invisо nomine vocatum censet. Imò Saturni fabulæ etiam Abrahami gestis respondent, ut ex Phœnicum Matæologia apud Euseb. colligitur, l. 1. *de præparatione Evangelica*, nisi qvod Israëlem nepotem cum avo confundunt, neq; hunc, sed illum dicunt filium unicum, Jeoud, (unicus hoc nomine Phœnicibus & Ebræis vocatur) non obtulisse tantùm in sacrificium, sed & immolasse.

Hinc

Hinc Saturni infanticidia. *Liberi sive Bacchi*, multiplex historia est, fabulis inqvinatissima. Etenim in hoc etiam *Noachum* invenimus, Jovis sive Dei filium, bis natum, dum ex arca qvasi revixit; vini inventorem. Nimrodum qvoqve notare videtur, qvi erat Barchus, i. e. Chusi filius, expeditionibus in Oriente celebris. v. Bochart. l. 1. c. 2. Qvinimò ipsum Moysen; neqve alii magis convenit profectio ex Ægypto in Indiam, i. e. in Syriam. India enim veteribus omnis regio ultra mare internum posita: etiam hic bimater, cornutus, legum conditor, agmen virorum mulierumqve trahens, vini largitor, qvi suos in regionem vitiferam deduxit. v. Voss. lib. 1. c. 30. *Pluto* deniqve in fabulis, Jovis filius, cui imperium in inferos tribuitur, & Proserpina conjux, non alius fuit, ut Diodor. l. 5. rectè notavit, qvàm qvi primus funerum & sepulturæ ritus ad pompam & superstitionem instituit & informavit. Phœnices eum Moth vocabant, i. e. Mortem, qvem Saturnus, aut qvisqvis ille in Syria Tyrannus fuit, defunctum consecravit, & divinis honoribus coli voluit. Eus. d. l. Cum Plutonis fabulâ coaluit historia Aidonei sive Orci, Molossorum Regis, qvi Proserpinam rapuit, ejusqve repetitores Pirithoum & Theseum in vincula conjecit; hunc autem vi subactus Herculi restituit, qvi propterea inferos adiisse dicitur.

vid. Euseb. in Chron. n. 620. Cyrill. lib. 1. contr. Julian.

Sunt etiam in his Diis naturæ symbola. Janus enim principia rerum notat: Saturnus stellam inter Planetas supremam, non rarò etiam ipsum Solem, tùm tempus etiam repræsentat. In Baccho non vinum tantùm, sed omnem humorem potabilem, imò vim qvoqve naturæ generatricem, adeoq; ipsum Solem intelligebant; huc enim multa ex Bacchi mysteriis accommodari possunt, in qvibus etiam Jachus vocabatur, qvod deductum videtur ex sanctissimo Dei nomine tetragrammato, qvod in JAO corrupit Diodor. lib. 1. Thraces qvoq; in Sabazio sive Sabadio, Idolo suo, non Liberum tantùm, verum, vel maximè Solem colebant. *Plutonis* apud inferos regnum qvid notaverit, palàm est. At *Proserpina* sive *Hecate*, Lunæ vires in altero orbis hæmisphærio significabat: ubi non mortem tantùm, sed & vitam operari credebatur.

22. Post numina, qvæ enumeravimus, præcipuus, tàm Romanis, qvàm Græcis habitus, & superiorum Deorum concilio adjunctus est *Hercules*, cujus varia, si cujusqve alterius, est historia; hoc enim nomine plurium gesta tradita sunt, qvi contra Tyrannos & scelestos homines, tùm contra noxia animalia, populis utilem operam navârunt. Qvorum omnium facta ambitiosi Græculi magna temporum & rerum commixtione, Herculi illi suo Thebis nato, Amphitruonis, sive ut nugabantur, Jovis filio, decimo ab Agenore, Cadmi & Beli parenti, vindicabant, qvi demum trecentis post Moysen annis vixit. Antiqvior autem videtur alter ille Hercules Tyrius sive Phœnix, apud Eu-

se-

sebium, corruptè, ut conjiciunt viri docti, Desanaus, aliàs etiam Melicartus dictus, qvod Regem civitatis notat. Ægyptii verò Herculis gesta partim ad Osiridem pertinent, partim verò non improbabiliter referri possent ad Josuam Heroem, qvi in Ægypto natus, in Indiam, i.e. in Arabiam & Palæstinam exercitum duxit, & victorias admirandas reportavit, qvarum occasione fabulas de Deorum & Gigantum, i.e. Israelitarum & Enacitarum seu Cananæorum pugnis ortas esse, eruditè ostendit Voss. lib 1. c. 26. & 27.

Ex naturali interpretatione multa Herculi tribui videntur, qvæ ad Solis vires pertinent, inter alia cursus ejus per duodecim signa, totidem Herculis laboribus à veteribus etiam comparatus. In Gallia per Herculem Ogmium nihil aliud intellectum fuisse verisimile est, qvàm eloqventiæ vim; sicut in Prodicio, virtutem, voluptates vincentem, repræsentarunt.

23. Ex ceteris gentibus, ad sacræ historiæ intellectum, Phœnicum, Syrorum & Arabum idolomania considerari meretur, in cujus imitatione toties peccârunt Israelitæ. Miræ verò absurditatis Theologiam Phœnicum nempè, legas apud Euseb. 1. de Præp. Evang. c. 7. ex Sanchoniathone Berytio, vetustissimo Scriptore (de cujus ætate v. Voss. lib. 1. 22. Bochart. Part. 2. lib. 2. c. 17.) si qvid tamen veri in nugis illis nugacissimis latet, id sine dubio ad historiam eorum pertinet, qvi primi in regionibus illis rerum sunt potiti. Pleraqve verò ad natu-

ralem cultum referenda sunt. Nam Orientales Populi tàm proni ad hominum cultum antiqvitus non erant, atqve ad Solis & Lunæ adorationem; horum enim astrorum admirabantur sublimitatem, magnitudinem, velocitatem, vim, calorem, lucem, &c. & cùm hac contemplatione ad Creatorem animum erigere debuissent, ut supra monuimus, hæserunt in creaturis, qvod eleganti similitudine exprimit Thomas Aqvinas Libell. de Symbol. Apostol. Accidit istis, inqviens, sicut alicui eunti ad curiam Regis, qvi volens videre Regem, credit qvoscunqve benè indutos vel in officiis constitutos, Regem esse.

Antiqvissimam verò Solis venerationem fuisse, non tantùm ex Rabbinorum traditis colligi potest, qvi ejus introductionem Nimrodo assignant, verùm ex sacris literis etiam, ubi jam Moysis tempore eam nominatim prohibuit Deus. Deut. 4. v. 19. c. 2. si antiqvior est, ut à multis creditur, Jobi historia, habes lib. Job. c. 31. 26. 27. de osculo, qvo Solem honorabant superstitiosi, manu ad os admotâ, qvi mos posteà ad homines salutandos transiit. Ex eodem cultu erat, qvod omnes illæ gentes adorabant, facie ad plagam cœli orientalem conversa, cui contrarius erat Judæorum ritus; porta enim templi magna ad orientem spectabat, sanctuarium ad occidentem. v. Ezech. 8. v. 16. maluêre tamen Christiani, ut à Judæis, qvibuscum eos Ethnici confundebant, tantò manifestiùs separarentur, ad Orientem sacella sua convertere, Solem Justitiæ Christum, mente venerantes, qvod hic obiter notamus. v. Clemens Stromat. 7. lt. Selden. lib. 2. c. 7. Voss. l. 2. c. 3.

24. Famosus itaqve Baal ille, qvem Sidonii

ali-

aliiqve coluerunt; Solem repræsentabat, ideò à Phœnicibus Belsamen, Dominus cœli dictus. Euseb. d. l. 1. c. 7. Neq; alius erat Belus Babyloniorum, licet historicè ad Nini parentem sive Nimrodum referri posset. Adon etiam idem, qvod Baal, Dominum nempè & Herum notabat; unde Adonidis apud Græcos fabula originem habuit, qvem Veneris amasium ferebant, sicut Solem Lunæ; & luctu in morte Adonidis, sive Thammuz. Ezech. c. 8. v. 14. significabatur Solis ad alterum Hæmisphærium transitus, ut explicat Macrob. 1. Saturn. c. 21. aut frumenti in terris occultatio. Marcellin. lib. 19.

Multa erant Baali cognomina à loco, ubi colebatur, vel ab effectibus Solis variis. A monte Peor, dictum putamus, Baal Peor sive Phegor Moabitarum & Midianitarum Deum, Num. 25. v. 3. nisi à nuditate vel ab aperiendo, eam vocem derivare lubet; qvæ tamen Rabbini hinc commentantur, pudet allegare. v. Selden. lib. 1. c. 5. Voss. lib. 2. c. 7. Fœda istius imagine, Solis vim procreatricem notatam fuisse credibile est, qvam exprimere etiam voluêre Lampsaceni & Gentiles alii in Priapo, qvorum turpitudinem, & impias in sacris illis voluptates, meritò execramur. Sunt, qvi ex Ps. 106. v. 28. Plutonem per Baal Phegor intelligant, sed veriùs videntur ibi, per *mortuos* ipsa idola muta & inanima notari.

Baal Zephun Exod. 14. 11. Rabbini statuam fuisse dicunt, magica Ægyptiorum arte Israelitis objectam, qvæ eos in deserto in errorem conjiceret. Sed loci cognomentum credere magis placet. v. Num 33. 7.

Baal Berith, Jud. 8. v. 27. 33. vel Deum fœderis si-

ve certa lege colendum, sive etiam Berytium notat, I qva urbe Israelitæ superstitionis illius genq acceperint ut conjicit Bochart. d. l. 2. c. 17. Baal Zebub. 2. Reg. 1. v. 7. Muscarum Deus, vel contemtim ira ab Israelitis vocatus, cum Baal Zebachim, Sacrificiorum Deus à Phœnibus diceretur, vel qvod omninò muscas abigere crederetur. v. supr. lib. 1. cap. 2. Sect. 2. n. 53.

25. Solem qvoq; venerabantur Ammonitæ in Molocho sive Rege, in cujus honorem liberos suos traducebant per ignem, qvæ lustrationes seu februationis species erat, tùm etiam planè comburebant, qvod ab aliqvibus immeritò in dubium vocatur. v. Ps. 106. (al. 105.) v. 37. 2. Reg. 17. v. 31.

Septem conclavia huic Deo posita fuisse tradidit R. Simeon in Jalkuth, & ex eo Paul. Fagius in Chaldaic. Paraphras. Levit. in qvorum primo similam; in secundo, turturem; in tertio, ovem; in qvarto, arietem; in qvinto, vitulum; in sexto, bovem; in septimo demum hominem offerri atqve immolari fas fuerit, inter tympana cantus atqve saltationes sacrificulorum. Credebant scilicet præstantissimo Deo, excellentissimo cultus genere, non aliam hostiam, qvàm præstantissimam creaturam, i. e. hominem convenire, unde Græci putabant, has gentes Saturnum colere, truculentum illum liberorum interfectorem. Notavimus etiam supra, eos Abrami factum perversè æmulatos esse.

26. Arabes Uranum, i. e. Cœlum, aut Solem potiùs, nomine Urotalt colebant, tradente Herodot. qvod lucis beneficium notat, est enim Oroth Tal, vel Tal Oroth, ros luminum, Esa. 26. v. 20. (aliàs ros olerum vertitur) Sol etiam Æthiopibus erat Assabinus, cui Cinnamomum offere-

ferebant. Plin. lib. 12. c. 19. Theophraſt. lib. 9. de Plant. c. 5. Idem in Emeſſa Syriæ, Elegabalus, ſive Græca pronunciatione, Heliogabalus; qvo nomine inſanus ille Antoninus Varius appellatus eſt. Deum creatorem, i. e. Solem omnia producentem, ea voce notari ſtatuit Nic. Fuller. lib. 1. Miſc. ſac. c. 14. alias etymi rationes vid. apud. Voſſ. l. 2. c. 5. & Selden. lib. 2. c. 1. Perſæ deniqve devotiſſimo cultu proſeqvebantur Mithram, i. e. Solem, ejusqve ſymbolum, ignem. In Mithræ templum per ſeptem ſacras portas aditum fuiſſe, ejusqve idoli initiatos per octoginta pœnarum genera tranſire debuiſſe, ignem, frigus, alia, apud Orig. ex Celſo, l. 5. narratur, add. Suid. in voce Mithra. Unde Rabbinorum ſeptem conclavia ad Molochi hiſtoriam translata conjicit Selden. de I. 1. c. 6.

27. Lunæ cultus iisdem aut paulò minoribus argumentis, qvibus Solis, corruptæ hominum menti inſinuatus, inter gentes Syrias maximè viguit; præter aſtri ipſius conſpicuam omnibus pulchritudinem, & vices mirabiles, nocturni potiſſimùm luminis beneficium, admirantes; accedebat, qvod Lunæ magnas in omnium rerum generatione vires eſſe, multis obſervationibus deprehenderent. Hæc itaqve Dea erat, qvam Uraniam, ſive Cœleſtem, & Aſtartem, (qvæ naturale, non animale numen eſt,) vocabant, & Baaltin, & Deam Syriam, nec alia Baby-

byloniorum Mylitta, & Melecheth, Regina, Jer. 44, 17. & Miplæzeth 1. Reg. 15, 13. & Anaitis Persarum, & Arabum Alitta sive Alilath: qvod si Chamos Moabitarum idolum Sol fuit, Nebo ejusdem gentis & Babyloniorum qvoqve numen, Lunam commodè licet interpretari, v. tamen Hieron. in Esa. 16. v. 2. ubi Chamos eundem esse putat ac Baal Phegor. v. Voss. lib. 2. c. 8. Selden. lib. 2. c. 11.

Astarten Græci pleriqve pro Venere habent, scilicet qvod eadem ferè Veneri, tum Junoni qvoqve tribuebant, qvæ Syri Lunæ; & apparet utramqve, naturali sensu principium naturæ passivum, & humoris vim, gentilibus Theologis notâsse. Verisimilis tamen Orientales Populi Lunam, qvam minorem illam Veneris stellam tanto cultu dignam censuêre. Figurabatur autem Astarte forma superiùs feminina, inferius piscis; qvo modo etiam Dagonem, frumenti seu fertilitatis præsidem repræsentabant, qvi tamen nil aliud, qvàm Lunam physicè designâsse videtur; nam sexum in diis plerisqve non distingvebant Matæologi, nec tantum Lunam Deum, sed & Lunum Deum habebant. v. Voss. d. Lib. 2. c. 21, 22, 23. &c. 76. Cornuta etiam erat Astarte, scilicet ad Lunæ crescentis formam, qvamvis Rabbini, qvi Hebræam vocem Astoreth & Astaroth greges interpretantur, ovis specie cultam velint. De cujus vocis Etymo vid. Voss. d. c. 21. & Bochart. lib. 2. Canaan. c. 2. Qvod, si Astarten, hominem & Regis filiam fuisse credamus, ex cornibus illis bubulis argumentari liceat, eam cum Jò in vaccam mutata, confusam fabulam habuisse.

Turpissima verò flagitia, qvæ in Sacris idoli hujus locis committebantur, ex sacris profanisqve historiis notiora sunt & fœdiora, qvâm ut referri mereantur. Lucem inde accipit textus, 2 R. 17. v. 30. Si per Sucoth Benoth, tabernacula filiarum, intelligantur feminarum illa-

rum

rum receptacula, qvæ more gentium qvarundam, ad matrimonia non admittebantur, nisi prius ad fana Lunæ aut Veneris istius, qvæstum corpore fecissent. v. Selden. d. l. c. 6. & Voss. c. 22.

Lunam verò etiam designari per Chivun, *Amos* 5. v. 26. qvia jungitur τῷ Sichut Malchem, tabernaculo Molochi, i. e. Solis, monet idem Vossius d. l. c. 23. qvanqvam vulgò Saturnum aut Hesperum intelligant. Cur verò pro Civun septuaginta interpretes, & ex iis D. Stephanus Act. 7. v. 43 dixerit Remphan, seu Rephan, haud facilè dictu est, nisi qvod varia omninò ratione peregrina vocabula à Græcis exprimi videamus. D. Sal. Glass. lib. 1. Phil. sacr. Tract. 2. circa fin. J. Drusius pro Civun, facili literæ כ in ר transitu, Interpretes Rivun legisse, & inde ῥέφαν scripsisse putat; qvod improbat Selden. d. l. c. 13. à qvo ceterorum qvoqve idolorum, qvæ obscuriora sunt, & in sacra historia memorantur, explicationem petere licet, ut Nergal. c. 8. Nisroth, & Rimmon. c. 9. Sesach. c. 12.

28. A Phœnicibus plurimas superstitiones ad Carthaginem, aliasqve Africæ oras, & mediterranei maris insulas cum coloniis & mercatura propagatas, admodum est credibile, idqve doctissimè demonstrat, sæpè à nobis citatus Clariss. Bochart. dict. libr. *Canaan.* E plurimis unum tantùm notabimus, nempe de Diis Samothraciis, celeberrimis apud Scriptores Græcos. Cognominabant eos Deos magnos & Cabiros; sed hi Phœnicii erant, ut ex Sanchoniathone liqvet apud Euseb. à potentia dicti; id enim notat vox Hebræa & Arabica Cabir. Qvatuor erant numero, ut tradidit Scholiastes Apollonii lib. 1. Axieros, i. e. Ceres, Axiokersa

Pro-

Proserpina, Axiokersos, Pluto; Casmilus, Mercurius. Alii malunt per hæc idola, physicè cœlum, aërem, terram, & genios intelligere. Voss. lib. 2. c. 57.

Ex Hebræo verò & Phœnicio idiomate probat Scholiastæ sententiam, Bochart. lib. 1. Can. c. 12. dum statuit; Axieros esse Hebræum, *Achazi-erets. Possessio* mea *terra*. Reliqva duo terminatione tantùm diversa, Achazikerez, possessio mea excidium sive mors. Jer 46. v. 20. Casmilum verò, sive rectius Cadmillum, à ministrando, in Dialecto Arabica, nomen habere; scriptumq; esse à Phœnicibus Cadmel, i. e. ministrum Dei.

29. Effusissima qvoqve in multiplices superstitiones gens fuit Ægyptia: ejus Dii animales memorantur Gentis conditores & primi Reges, qvales Menis, cujus symbolum erat bos. Mnevis nomine Heliopoli cultus. Vulcanus, ignis in arce fabrili inventor, Saturnus, i. e. Noachus, Ammon. i. e. Chamus. Osiris, i. e. Misraim, Jovis, i. e. Chami filius, agrorum colendorum autor, cui soror & conjux Isis. Tum notissimus Apis non Græcorum ille Sicyonius, (si enim his credas, è Græcia petenda erit, non Ægyptiorum tantùm, sed omnium gentium Theologia) sed vel ipse Osiris. unde Serapis vel Sarapis, qvasi Osir-apis, Osiris-Pater dici videtur, vel ut cum H. Grotio conjicit Voss. lib. 1. c. 29. Josephus Patriarcha, cujus symbolum, bos ille Memphitanus fuerit. Mercurius denique sive Hermes Ægyptius, non alius fortè,

qvàm

qvàm Taautus ille antiqvissimus Scriptor & Sacrorum autor, qvem Sacerdotes Ægyptii in mysteriis suis seqvebantur. Cum qvo confundi non debet Hermes ille suppositititius Trismegistus, posteriorum longè seculorum homo, doctus tamen, &, ut colligi potest, Semi-Christianus.

Sensu verò naturali Ægyptii in Osiride & Api, bove illo candido maculis distincto, Solem colebant: sive Cœlum & naturæ partes agentes. Imò etiam terram, maria, flumina, & speciatim, qvi regioni utilissimus erat, Nilum. Per Isidem verò & Venerem Ægyptiam, modò Lunam, modò naturam omnem, qvâ patitur. Utriq; opponebant hostem Typhonem, malum scilicet principium bono, tùm Nilo dulci & benigno fluvio, mare salsum & noxium. vid. Voss. lib. 2. c. 10. 56. 74. 75. de bestiis in Ægypto cultis mox summatim dicemus.

30. Pauca qvædam de aliis nationibus subnectemus. Decantatissimus est turpis ille in Phrygia, Cybeles sive Rheæ, qvam etiam magnã Deam Deorumq; matrem vocabant, cultus, stolidis & fœdibus ritibus ab hominibus eviratis, qvos à patrio fluvio Gallos nominabant, administratus: Qvem suo etiam tempore adhuc vidit Beatus Augustinus, ut colligitur ex lib. 7. de C. D. c. 26. Si unqvam vixit Cybele, Regina qvædam fuerit, fœdo adolescentis cujusdam amore capta, Attinis nempe sive Attidis; de cujus fabula videri possunt Mythologi, v. Diodor. Sic. lib. 3. Servius in 9. Æneid. Arnob. lib. 5. Voss. lib. 1. c. 20. Ita etiam Silenus Phryx fuit, Ny-

Nysæ regulus ob sapientiam inter Deos cultus Diodor. d. l. Verùm jamdudum notavit Varro, per Deæ hujus periculosa mysteria, Terram ejusqve cultum intelligi v. Augustin. d. lib. 2. c. 52.53.54.

31. Gallos, etsi eos Cicero pro Fontejo, dum causæ suæ servit, ab omni religione remotos dixit, Cæsar tamen, Gallicarum rerum peritissimus, superstitionibus supra modum deditos describit. Nota est sæva & immanis Druidum inter Gallos, Germanos, Britannos, & omnes Celticas gentes religio, qvi humanis hostiis Deos suos placabant. Inde Lucanus:

Et qvibus immitis placatur sangvine diro
Tautates, horrensqve feris altaribus Hesus,
Et Taranis, Schythicæ non mitior arae Dianæ.

Unde etiam Cæsarum edictis sæpe hæc immanitas, cum prælertim Romæ qvoqve Sectatores haberet, est inhibita, qvamvis eam immeritò in Gallis & Scythis culpent Græci & Romani, qvorum tamen sacra hâc crudelitate non carebant, imò omnes gentes in humanas hostias aliqvando consensisse demonstrari potest. v. Euseb. lib. 4. de Præp. Ev. c. 7. scelere scilicet Diaboli, infensissimi hominum hostis.

Teutaten verò Gallorum, Mercurium interpretaban-

bantur Romani, qvem etiam à Germanis, vel maximè cultum fuisse, testatur Tacitus de Mor. German. cum ait: Deorum maximè Mercurium colunt, cui certis diebus humanis qvoqve hostiis litare fas est: & Lib. 6. annal. memorat ab Hermunduris diversam aciem Marti & Mercurio sacratam. Videntur tamen majus aliqvod atqve excelsius numen gentes hæ animo esse complexæ, qvod Theut sive Thot non isti tantùm, sed & Ægyptii vocabant. v. Voss. lib. 1. c. 36.

De Tarani suprà diximus. §. 14. Hesus Marti respondisse videtur, sensu tamen potius naturali. v. suprà §. 16. & Voss. d. l. c. 35. neqve negari potest post Phocæensium in Galliam appulsum & conditam Massiliam, Græcorum qvoqve fabulas cum Gallis communicatas fuisse, Gallorum verò sacrà ut plurimùm retinuerunt Britanni, maximam partem ab iis orti.

§. 32. Germani, teste Cæsare, eos solos Deos ducebant, qvos viderent: Solem, Vulcanum, i. e. ignem, & Lunam, unde conjicit Philip. Cluver. lib. 1. Germ. antiq. c. 29. Germanos sub tribus istis numinibus naturalibus, Deum unum, in tribus personis coluisse, qvod optandum potiùs, qvàm credendum est; imagines tamen Diis non posuisse, sed lucos atq; nemora consecrasse, & Deorum nominibus secretum illud, qvod solâ reverentiâ viderent, appellâsse, autor est Corn. Tacitus. Idem tamen, à Germanis cultos, tradit Mannum, Tuistonis, i. e. Adamum Dei, Theut, filium, & hunc ipsum Tuistonem: qvem haud absurdè conditorem gentis ferebant, unde etiam Teutonicum nomen originem habet.

Qvod verò idem Isidem à Svevis, à Naharvalis Castorem & Pollucem, item Herculem, Ulyssem, alios, pro

Diis & Heroibus habitos narrat, inde est, qvod Romani, ut & Græci, ex sua religione ceterarum gentium ritus interpretarentur, & si aliqvalem reperissent similitudinem, mox concludebant, sua numina etiam illic coli. Hinc ubiq; terrarum Joves, Martes, Mercurios, Veneres, Dioscuros, invenire se putabant. Satius est, credere Germanorũ qvosdam in vetustissimo illo errore hæsisse, qvo duo principia, sive Deus bonus & malus asserebantur. Hoc de Slavis refert Helmold. lib. & Saxones atqve Septentrionales populos Diabolum & veneficos adorasse, legas apud Sax. Gram. lib. 6. Johan. Magn. lib. 1. c. 9. & seqq. Isaac. Pontan. lib. Hist. Dan. de Sarmatarum & aliorum Diis, vid. Voss. lib. 1. c. 39. 40.

33. Hactenus de vanissimorum idolorum tàm animalium, qvàm naturalium, qvatenus fabulis de Diis, Physicæ interpretationes mixtæ sunt, pro instituto nostro plus satis dictum est. Nec operæ pretium videtur, ut molestè exeqvamur, vel qvæ de cultu merè naturali, vel de sacrorum ipsorumet ratione fusè narrari possent. Constat enim partim ex iis, qvæ breviter tetigimus, & exqvisitis doctorum virorum operibus, præsertim Cl. Vossii libr. 2. 3. & 4. de Theol. gentil. nullam penè naturæ partem ab hominibus neglectam, qvin divino honore, aut symbolico saltem cultu digna censeretur. Sic Cœlum, Sidera, Elementa, montes, flumina, meteora, venti, nubes, Iris, homines, vivi & mortui, hominumqve affectus, facultates, accidentia, amor, concordia, fortuna, pax, eloqventia, etiam febris, mors, animalia deniqve magna atq; parva, cultores suos invenerunt. Nam in Ægy-

pto

pto boves, canes, feles, simiæ, leones, ciconiæ, ibes, accipitres, aqvilæ, Crocodili, pisces, serpentes, scarabæi; Inter Græcos Thebanis mustelæ, Delphis, lupus, Ambraciotis leænæ: Cretensibus sues, Syris pisces, iidemqve Samogitis & Borussis qvibusdam, inter Deos erant, aut Deorum venerabilia symbola. Indorum qvidam Cercopithecos & Vespertiliones etiamnum colunt.

At de variis cultus generibus & partibus, de sacrificiis, Sacerdotibus, precibus, expiationibus, initiationibus, auguriis, auspiciis, oraculis, sortibus, operosa foret narratio. Id enim agebat Diabolus, ut omnia fierent variè, speciosè atq; solenniter, tum ad voluptatem, ambitionē & curiositatem hominum accommodatè: alicubi etiam, in ludibrium qvasi humani generis & Dei contumeliam, stolidè & absurdè. Imitari etiam voluit, pravá tamen cum deturpatione, Judaicos ritus, à Deo præscriptos, ne qvis sanctiores eos gentium superstitionibus putaret, qvibus non minori, ut videbatur, aut majori etiam splendidiorique ratione Deus coleretur: qvod si tot scelera inter ipsa sacra, cædes nimirū hominum, turpes concubitus, fœdos gestus, scommata neqvissima, & id genus alia, consideremus, mirari satis non possumus, sapientissimas cultissimasq; gentes; impiis & detestandis erroribus tamdiu capi atq; teneri potuisse. Nihil sanctius habuit Græcia mysteriis illis Eleusiniis, iisq; initiari sumos Principes, aliosq; maximi hominis viros, in magno erat honore; at qvæ fuerit illorū & Orgiorum Bacchi turpitudo, qvamvis sumo tegeretur silentio, vulgatum tamen est, diffusa Christianæ religionis per Orbē terrarum luce. Qva de re legendi Clemens Alexandrinus in protreptico, & ex eo Eusebius l. 1. de præp. Ev. c. 5. & l. 2. c. 3. 4. Augustin. l. 7. de C.

D. c. 20. 21. &c. Lactantius Lib. 1. de falſ. relig. & Arnobius lib. 5. Tertullianus Patrumqve alii. Vid. etiam. Petr. Caſtellan. & Meurſium de feſtis Græcorum.

34. Hactenus de Superſtitione & Impietate gentium, qvalis illa potiſſimùm fuerit circa tempora nati Salvatoris noſtri, qvi tamen dignatus eſt, gentes haſce peſſimas, imò omnes omninò homines, in Deum licet rebelles, Dæmoni obſeqventes, in ſemetipſos turpes ac nefarios, gratiâ & meritis ſuis, ex profundiſſimâ errorum & vitiorum abyſſo educere, qvotqvot benignæ ejus vocationi non reſiſterent. Qvamvis dolendum eſt, multò maximam hominum partem diutiſſimè reſtitiſſe, atqve etiamnum, ut jam de hypocritis & hæreticis nihil dicamus, reſiſtere illos, qvi in magnis atqve optimis Orbis regionibus Chriſti nomen palàm averſantur, & vel Mahummediſmo vel Gentiliſmo adhærent, de qvibus in progreſſu opuſculi hujus, aliqvid dicendi hinc inde locus erit. Reſtat hîc, ut de ſtatu Eccleſiæ Judaicæ qvædam addamus. *Iſraelitarum* qvidem, ut loqvitur D. Paulus (Rom. 9. v. 4. 5.) *erat adoptio & gloria, & teſtamentum, & legis conſtitutio & cultus, & promiſſiones & patres, & ii, ex qvibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qvi eſt in omnibus Deus laudandus in ſecula.* Verùm ea jamdudum maximam Judaicæ Eccleſiæ partem invaſerat legis divinæ aut oblivio, aut perverſa interpretatio, traditionum ſuperſtiuarum atqve impiarum ob-

ſer-

servatio, hæresium & schismatum collisio, ut exiguus admodum eorum fuerit numerus, qvi Sacramentum veræ religionis, qvod à sanctis Patriarchis atq; Prophetis acceperant, retinerent atqve servarent, pusillus scil. grex justorum, salutem Israel expectantium; ut loqvitur Cardinalis Cæsar Baronius in apparatu ad annales n. 16. De qvibus omnibus dubitare nos non sinunt gravissimæ D. Johannis Baptistæ, & ipsius Servatoris nostri, in mores ac doctrinam Judæorum invectivæ. Atqve ut de postremo, de corruptione nempè veræ religionis, ex qva calamitas Ecclesiæ vel maximè æstimari debet, breviter dicamus; Tres erant circa hæc tempora, præcipuæ inter Judæos, sectæ, Pharisæorum, nempe, Saducæorum & Essenorum. Harum primæ atq; vetustissimæ fit mentio apud Josephum, 150. circiter annis ante natum Christum, in historia Jonathæ Asamonæi. lib. 13. antiq. cap. 19. & deinceps plures.

35. Celeberrimi horum Pharisæi, sive è separatione, sive à legis lectione atq; explicatione dicti, qvo tempore, & à qvibus originem habuerint, incertum est, juniores tamen Saducæis à plerisqve habentur. De eorum Heterodoxia hæc potissimùm ex Evangelica Historia constant, tribuisse eos traditionibus qvibusdam ad externam qvandam morum sanctimoniam & rigidam ceremoniarum superfluarum

observantiam adinventis, ex suo arbitratu & Magistrorum placitis, æqvalem cum ipsa Scriptura sacra, aut majorem etiam autoritatem, & in iis salutem animarum qvæsiviſſe, non attento divinarum literarum vero sensu, per qvem ad Messiæ adventum, & spiritualia beneficia duci & erigi debebant, neglecta etiam sincera pietate in Deum, & caritate in homines. vid. Matth. c. 15. c. 22. 23. Marci c. 7. & passim.

Magnam verò apud vulgus secta hæc qvæsivit autoritatem & gratiam; ex opinione illa singularis sanctitatis & probitatis, qvam præferebant Pharisæi, observatione stricta jejuniorum & disciplinæ ascetica, qvâ corpus affligebant: præstatione etiam decimarum de decimis; gestu, habitu, vestitu, aliaq; rituum πολιτεία, adeò, ut populum in potestate haberent, & facilè huc illuc impellerent. qvæ de causa regibus ipsis atq; Ethnarchis Judæorum formidabiles erant, ut ex Josephi historia constat, qvi & ipse Pharisæum se profitetur. Multi qvidem inter eos diligenti sacrarum literarum interpretatione non exiguam laudem commeruerunt, & reperiuntur apud Scriptores Judaicos, magistrorum præcipuorum nomina & successiones, inter qvos eminent Hillel & Schammaj. sive Simeon; tùm Heillelis filius Simeon, & nepos Gamaliel, D. Pauli præceptor: nec spernendi inter Hillelis æqvales, aut discipulos paulò ante Christi nati tempora, Onkelos & Jonathan, qvorum Targum, sive interpretatio & paraphrasis Chaldaica in libros Veteris Testamenti etiamnum extat, ut conjici possit, alios aliis levius errâsse; nihilominùs tamen ex hac potissimùm secta extitêre infensissimi Christi hostes, & deterrimi hypocritæ, incorrigibiles adeò, ut Christus ipse eos peccati illius irremissibilis, & Spiritum sanctum commissi, reos faciat, Matth. 12. v. 31. Marci 3. v. 28.

Et

Ex hoc autem genere hominum constitutos esse Scribas, qvorum ab Evangelistis sæpissimè mentio fit, legis scilicet interpretes publicos, admodum est probabile, qvamvis etiam ex aliis sectis esse potuerint, nec confundenda sint Scribarum & Pharisæorum nomina, qvorum hoc ad hæresin, illud ad officium publicum pertinet. vid. Chemnit. Harm. c. 10. Qvid verò de fato, tùm de animarum immortalitate & transmigratione senserint, aliaq; ejusmodi, de his & aliis Judæorum sectis plenius tradita, & diligenter examinata, legi possunt apud Joseph. Scaliger. in elenchtic. hæres. contra Serarium. It. Drusium de Trib. sectis, qvibus addendus Vir summæ eruditionis, Causabonus in Exercitat. Baron. ad apparat. n. 9. Notandum etiam, Pharisaicæ sectæ propaginem esse Talmudicam Judæorum Theologiam, qvâ maxima eorum pars inter aniles & inficetas traditiones & fabulas, à vero Scripturæ intellectu ac salutari Messiæ cognitione impeditur.

36. Saducæi non à justitia, sed à Sadoco qvodam nomen obtinuisse creduntur, qvi unà cum Baitho, à qvo Baithusæorum, cognata Saducæis secta, orta est, discipulus fuisse perhibetur Præceptoris non mali, Antigoni Sogæi, circa tempora Jaddua Pontificis. Pessimus horum error erat, qvo negabant animæ immortalitatem & resurrectionem corporis, Angelos etiam bonos malosve, ita ut divitibus potissimùm hæc secta placuerit; Ceterum rejectis traditionibus, soli Scripturæ, & uti qvædam tradunt, libris Mosaicis tantùm inhærebant, & Deum colendum esse, sed propter hujus tantùm vitæ commoda, malè intellectâ Antigoni illius piâ qvâdam sententiâ asserebant. v. D. Georg. Calixt. Concord. l. 2. c. 8.

Apparet hinc, homines istos ab Epicuri sententia parùm discessisse, eosqve adhuc hodiè, proh dolor! multi sequuntur, qvibus ludibria videntur, qvæ de præmiis & pœnis æternis pii credunt, sperant aut metuunt. Inter Judæos hodiernos Sadducæorum dogma retinere ex parte dicuntur, qvos Karræos atq; Scripturarios vocant, Talmudistis & Traditionariis oppositos, de qvib. vid. Autor suprà citatos, & Jo Selden. Dissert. de Calendar. veter. Eccles.

36. Tertium genus Essenorum, à cetera vitæ potissimùm solitariæ instituto, & morum continentiâ, diversum, magnis laudibus celebratur à Josepho, Lib. 2. de bell. c. 7. memoriæ eorum etiam Plin. lib. 5. Hist. nat. c. 17. prolixè verò Philo duobus libellis. Qvos malè de MonachisChristianis intellexit Euseb. lib. 2 Hist. Eccles. c. 16. qvamvis qvædam sint utrisq; communia, vita scilicet contemplativa, & à matrimoniis officiisqve publicis remota, qvâ tamen cœlestis gloriæ mercedem comparari, falsò & contra veræ fidei fundamenta, sibi persvadebant.

Aptari his non debet nomen Hasidæorum, qvo, ut jam alibi monuimus, Maccabaicis temporibus vocabantur pii omnes, qvi se Tyrannis & idololatris cum vitæ & fortunarum periculo exponebant, neq; alii ab Essenis sunt Osseni, Baronio seorsim memorati. Graviter verò ab historiæ veritate discedit Plinius, cum Essenorum Sectam per seculorum millia stetisse credidit, cum junio-

res

ges sint Saducæis. Numerum eorum 4. millibus definit Joseph. lib 18. dear tiq. c. 2.

38. Fuerunt etiam aliæ inter Judæos sectæ, minoris famæ atqve durationis. Tales erant Herodiani, qvi turpi adulatione Herodem pro Messia venditabant, qvod regiæ familiæ successisset. Gaulonitæ à Juda qvodam Galilæo congregati, qvi soli Deo, nulli verò magistratui, obediendum esse contendebant. De Samaritis alibi dictum est; his tamen temporibus, omissa veteri idololatria, dissentiebant à Judæis circa sacrorum librorum autoritatem, è qvibus Pentatevchum tantùm, corruptis tamen locis qvibusdam, recipiebant, nec Hierosolymis, sed in monte Garizim, Deum adorandum esse, dicebant.

Dositheos, rectiùs Dositheanos, otii scilicet Sabbathini scrupulosos & stolidos observatores. Sebuæos, Gorthenos, alios, apud Autores veteres & recentiores reperire licet, de qvibus hîc prolixius agere operæ non foret pretium. vid. Baron. & Casaubon. dd. ll.

CAPIT. II.

De Historia Christi Jesu, Servatoris nostri dum in terris ageret, & qvæ ad illa tempora pertinent.

SAluberrimam eandemqve ſvaviſſimam de Domino atqve Servatore noſtro Jeſù Chriſto Hiſtoriam breviter expoſituri, non alios Autores nos ſeqvi profitemur, qvàm qvi divino inſtinctu ſcripſerunt, qvatuor Evangeliſtas. His enim & teſtimonium ipſius Spiritus ſancti in animis fidelium efficax, & externus Catholicæ Eccleſiæ conſenſus, à multis jam ſeculis aſſiſtit; exploſiqve dudum ſunt cum commentitiis ſuis Evangeliis & actis fabuloſis hæretici & fanatici, qvibus ſanè alius ſcopus propoſitus fuit, qvàm ille, qvem aſſerit atqve tuetur D. Johannes, c. 20. v. 31. nempè ut ex Hiſtoria Evangelica appareret, *Jeſum eſſe Chriſtum, Filium Dei, & ut credentes in eum habeant vitam æternam.* Hoc firmiter & divinè tenuerunt, qvos diximus, qvosqve tùm in Græco, qvo in gentium gratiam ſcripſêre idiomate, tùm in fidelibus atqve eruditis verſionibus legunt paſſim Chriſtiani. Neqve qvenqvam offendere debet, qvod in omnibus atqve minutiſſimis temporis, verborum & aliis ejuſcemodi circumſtantiis, non ubiqve congruant Evangeliſtarum omnium dicta. Id enim, ſi factum eſſet, uno tantùm, non qvatuor tantæ exiſtimationis teſtibus uteremur, è qvibus tamen tantò firmiora fidei & conſolationis fundamenta capimus, qvantò clariùs rem ipſam ab omnibus aut pluribus tradi, & ſingulorum obſervationibus illuſtra-

[illegible] Multa verò, qvæ obiter legen-
[illegible] accuratè expendentibus
[illegible] concordiâ cohærere deprehen-
[illegible] propter jam olim primis Chriſtia-
[illegible] qvi ſimplicioribus ſuccurrerent,
[illegible] & paganorum calumni-
[illegible] Evangeliſtarum tuerentur & o-
[illegible] qvidam viri non pœniten-
[illegible] collocarunt, in conſtruenda una
[illegible] è qvatuor Evangeliſtis; Id
[illegible] tentavit Tatianus, Juſtini
[illegible] de qvo ſuo loco, dein Am-
[illegible] Theophilus Antioche-
[illegible] verò nec improbanda ratio-
[illegible] Cæſarienſis, cui viſum eſt, non
[illegible] Evangeliſtarum textu, per canones
[illegible] qvæ vel ab omnibus vel
[illegible] Evangeliſtis narrantur. D. poſteà
[illegible] accuratius inveſtigare cœpit tem-
[illegible] ſeriem. Nec ſeculis poſteà ſecu-
[illegible] barbarie, & bonarum litera-
[illegible] defuêre, qvi in eodem argumen-
[illegible] etiam inter Scholaſticos, qvos vo-
[illegible] neqve inglorius hoc in genere
[illegible] (Chr. 1420.) fuit, nec in aliis, Joh.
[illegible] qvem unum ex qvatuor nomi-
[illegible] Efflorescente deinde
[illegible] religionis & literaturæ melioris
[illegible] plerumqve noſtrorum memo-
ria,

ſtrari videmus; Multa verò, qvæ obiter legentibo diverſa apparent, accuratè expendentibus pulcherrimâ concordiâ cohærere deprehenduntur. Qvapropter jam olim primis Chriſtianiſmi ſeculis, ut ſimplicioribus ſuccurrerent, & contra hæreticorum & papanorum calumnias conſenſum Evangeliſtarum tuerentur & oſtenderent, egregii qvidam viri non pœnitendam operam collocârunt, in conſtruenda unà qvadam narratione è qvatuor Evangeliſtis; Id primus, qvod ſciamo, tentavit Tatianus, Juſtini Martyris diſcipulus, de qvo ſuo loco, dein Ammonius Alexandrinus, Theophilus Antiochenus, & alii, diverſâ verò nec improbanda ratione Euſebius Cæſarienſis, cui viſum eſt, non commixto Evangeliſtarum textu, per canones & claſſes componere, qvæ vel ab omnibus vel ab aliqvibus Evangeliſtis narrantur. D. poſteà Auguſtinus accuratius inveſtigare cœpit temporis & rei geſtæ ſeriem. Nec ſeulis poſteà ſecutis, ingruente licet barbarie, & bonarum literarum neglectu, deſuêre, qvi in eodem argumento laborarent, etiam inter Scholaſticos, qvos vocant Theologos: neq; inglorius hoc in genere ſcriptionis (An. Chr. 1400.) fuit, nec in aliis, Joh. Gerſon, libro, qvem unum ex qvatuor nominavit, alii, μονοτέσσαρον. Effloreſcente deinde denuò purioris religionis & literaturæ melioris ſtudio, avorum patrumq; noſtrorum memoria,

tia, plurimi haud infelici successu harmonicum illum Evangelistarum consensum indagare atq; proponere annixi sunt; Inter qvos Andreas Osiander singularem rationem, ingenio suo fidens, probare conatus est, ut scil. in singulis Evangelistis continuæ narrationis ordo servaretur, nulla historiarum transpositione admissâ, qvam veteres omnes pro obtinenda narratorum consonantia inevitabilem duxerant. Verùm, ut ille aliqvos habuerit adstipulatores, ita vetusta historiæ Evangelicæ, ex qvatuor sacris illis Autoribus concinnandæ, ratio, à plurimis atqve gravissimis Theologis retenta est. Inter qvos insignem locum meruit Cornelius Jansenius, Episcopus Iprensis, qvem plerunq; seqvitur Cardinal. Baronius, Jacob Salianus, & alii Romanæ Ecclesiæ Doctores, nec pauci è nostratibus. Ex his verò egregiam operam ad Ecclesiasticæ Historiæ lucem (qvod sine aliorum invidia dictum sit) navarunt, magni nominis & egregiæ eruditionis Theologi, qvi opus illud harmonicum magnis voluminibus continuatisqve laboribus edidêre, Martinus Chemnitius, Polycarpus Lyserus, Johannes Gerhardus. Qvod, cum in studiosorum omnium manibus esse non possit, nec multis concessum sit istiusmodi prolixitatis libris tempus impendere, brevioribus utiq; compendiis juvare expedit, qvi ad hæc studia, ut sanè omnes decet, aliqvam curam attulerint;

Ide-

... hoc, perspicuam atque,
... brevem Evangelicæ Hi-
... concordiam allegatis ubi-
... concordantibus locis, propo-
... tamen, uti pro instituto nostro &
... necessum erat, eâ commenta-
... historiæ ipsius consecutionem.
... Et qvamvis non simus nescii,
... doctissimi Viri à tradita ha-
... atqve ordinis ratione hodiè
... qvos haud parùm æstimandus
... Calixtus brevibus atqve eruditis
... concordia Evangelistarum, receptio-
... discedendum nobis esse, duxi-
... qvi probabiliter dissentiunt,
... tempore atqve ordine qvæstionibus,
... exagitandos, multò minus, si in
... consentiant, pro hæreticis ha-
... existimamus, sed tenendum
... dictum, *in Scriptura sa-*
... scilicet ad divinæ veritatis & fi-
... attinet) *non esse prius neq;*

... diligenter cavimus, ut tanta
... historiæ dignitas, ubertas atqve
... tempus atqve operam perderemus
... confutandis, incertis & ...
... qvas ex Autoribus pr...
... aperte jam olim damnatis &

re-

Ideoqve & nos, capite hoc, perſpicuam atqve, qvantum fieri poteſt, brevem Evangelicæ Hiſtoriæ ſeriem atqve concordiam allegatis ubiqve ſacri textus concordantibus locis, proponemus, omiſſa tamen, uti pro inſtituto noſtro & materiæ dignitate, neceſſum erat, eâ commentatione, qvæ ad hiſtoriæ ipſius conſecutionem non pertineret. Et qvamvis non ſimus neſcii, qvibus argumentis doctiſſimi Viri à tradita hactenus temporis atqve ordinis ratione hodiè diſſentiant, inter qvos haud parùm æſtimandus eſt, D. Georg. Calixtus brevibus atqve eruditis libellis de concordia Evangeliſtarum, receptiori tamen ſententiæ inſiſtendum nobis eſſe, duximus. Interim eos, qvi probabiliter diſſentiunt, in hiſce de tempore atqve ordine qvæſtionibus, culpandos aut exagitandos, multò minùs, ſi in fidei fundamento conſentiant, pro hæreticis habendos, minimè exiſtimamus, ſed tenendum eſt ſapiens Rabinorum dictum, *in Scriptura ſacra*, (qvantum ſcilicet ad divinæ veritatis & fidei demonſtrationem attinet) *non eſſe prius neq; poſterius.*

Illud qvoqve diligenter cavimus, ut tanta ſit Evangelicæ hiſtoriæ dignitas, ubertas atqve utilitas, ne tempus atqve operam perderemus in referendis vel confutandis, incertis & fabuloſis narratiunculis, qvas ex Autoribus parùm probatis, aut aperte jam olim damnatis &

re-

rejectis, multi tamen interserere Evangelicæ narrationi non verentur. Qvod in celebri illo annalium sacrorum Scriptore Baronio, vel maximè taxavit Isaacus Casaubonus, editis, utinam etiam continuatis atq; ad finem deductis, doctissimis exercitationibus. Ceterùm in digerenda Evangelica narratione ita procedemus, ut præmissis primum, qvæ ortum Domini manum præcesserunt, ministerium, i.e. gesta ejus post Baptismum, per annos distincta, proponamus, tùm intermixtis suo loco, qvæ ad Judaicam historiam, usqve ad excidium sacræ urbis absolvendam pertinent, Apostolorum vitam & acta subnectamus, ita, ut Caput hoc secundum, primum post Christum natum seculum sit exhibiturum. Poterunt autem, qvi Evangelicam historiam ex ipso sacro textu & Commentariis harmonicis prolixius alio tempore sunt tractaturi, & ad reliqvæ Historiæ Ecclesiasticæ post Apostolorum tempora conseqventiam festinant, totum hunc, qvem ex sacris libris proponimus, nucleum præterire, qvod etiam in gratiam incipientium primo lectionis cursu fieri penè necesse ducimus, ut satius illis sit à secunda hujus Capitis Sectione legendi initium facere.

Se-

SECTIO I.

... Nativitatem Domi-
...um, de ipsa nativitate &
... , usque ad tempora
... ad annum Christi ...
primum.

SUMMARIA:

... n. 1. *Vaticinia de ortu* ... n. 2. *Genealogia Christi,* ... *Virginis genus,* n. 4. *Ortus* ... n. 5. *De tempore conce-* ... *Christi,* n. 6. *Speciatim de mense &* ... *Harmoniam Evangelistarum* ... n. 8. *Annunciatio angelica, Nati-* ... *& proximè secuta,* n. 9. *Ju-* ... *rerum hujus temporis Historia,*

... Nativitatem Christi humanam, ... temporum atq; seculorum, ... humanæ conceptum, æterna ... secundum qvam Christiani ... confitentur, Christum Jesum ... æternum, unigenitum, ... Deum verum de Deo vero, lu- ... Expressit hunc fidei nostræ ... D. Johannes aureo illo ... sua initio, cap. 1. *In prin-*

ci-

SECTIO I.

De iis, qvæ Nativitatem Domini præcesserunt, de ipsa nativitate & proximè eam secutis, usqve ad tempus ministerii, sive ad annum Christi trigesimum.

SUMMARIA:

Generatio Christi æterna, n. 1. *Vaticinia de ortu Christi in carne*, n. 2. *Genealogia Christi*, n. 3. *Matris Virginis genus*, n. 4. *Ortus Johannis Baptistæ*, n. 5. *De tempore concepti & nati Christi*, n. 6. *Speciatim de mense & die*, n. 7. *Ad Harmoniam Evangelistarum acceditur*, n. 8. *Annunciatio angelica, Nativitas Christi, & proximè secuta*, n. 9. *Judaicarum rerum hujus temporis Historia*, n. 10.

1. PRæcessit Nativitatem Christi humanam, imò omnium temporum atq; seculorum ortum, mentisqve humanæ conceptum, æterna ejusdem generatio, secundum qvam Christiani Orthodoxi omnes confitentur, Christum Jesum esse Dei æterni filium æternum, unigenitum, coëssentialem, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine. Expressit hunc fidei nostræ summum articulum D. Johannes aureo illo atqve subtili historiæ suæ initio, cap. 1. *In principi-*

cipio erat Verbum, (λόγος) *& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.*

Intelligens *Verbum*, sive λόγον, non accidentalem, sed substantialem, ex idiotismo Hebraicæ & Chaldaicæ lingvæ: maluitqve in summo hoc mysterio annunciando hac voce uti, qvam appellatione filii, ut eo magis abomni materiali & carnali generatione sensum atqve sermonem averteret, pestiqve sui temporis hæreticis, hoc Christianæ religionis principium, veluti arcem contra blasphemias validissimam, opponeret. v. Mart. Chemnit. harm. c. 1. Georg. Calixt. in Concord. Evangelii. 1. c. 1.

2. Præcesêre etiam incarnationem Filii Dei vaticinia, jam inde à mundi primordiis, per multa secula in Ecclesia Dei, clariùs nempe semper atqve apertiùs declarata. Qvi enim Adamo significatus fuerat ex muliere nasciturus, revelatus est Abrahamo è progenie ejus futurus; Virginem Matrem apertè prædixerat Isaias; è Tribu Juda proditurum Jacobus, & è Davidis familia, ipse David, aliiqve Prophetæ, qvi neq; locum nativitatis, neqve alias circumstantias siluêre. Nam temporis qvoq; rationem habuit non Daniel solùm, in illo hebdomadum calculo, de qvo diximus suprà Libr. 1. c. 3. Sect. 1. n. 4. verùm & longè antè eum, idem Jacobus Patriarcha, illustri illa Gen. 49. v. 10. Prophetiâ, qvâ indicat non ante apparitûrum Messiam sive Silo, qvàm sublato Sceptro Judæ, qvod tamen cum aliqva latitudine accipiendum est, eo nimirum sensu, ut dignitas, politia atq; nomen Ju-

Judaicæ gentis, etsi Regium axioma alio atqve alio tempore, vel sublatum vel imminutum, impeditumqve fuerit, mansura sint, donec natò è Virgine, Dei filio, corruere jam apertè, & sine spe resurgendi incipiant tàm Reipublicæ, qvàm Ecclesiæ Judaicæ fulcra, eo usqve utcunqve sustentata: qvod factum est, postqvam Romanorum dominatui subjecta Judæorum gens, ejusdemqve impatiens, afflictiones insignes, & tandem haud multò post Domini in cœlos ascensum, universale excidium sibi acceleravit, uti è seqventibus patebit.

Qvi enim è veteribus atq; recentioribus Jacobæum hoc effatum credidere, in Herodis sive Idumæi sive Ascalonitæ regno præcisè adimpletum fuisse, ii respondere solidè non potuerunt objectioni Judæorum & Ethnicorum, qvam movit etiam Julianus ille Apostata, qvod scilicet sceptrum sive regalis dignitas, neq; ante Davidis regnum in tribu Juda fuerit, neqve post Sedeciam ad illam redierit: Tum eò sunt adacti, ut Herodis regnum, cum Philone illo personato Annii, ultimis demum ejus annis legitimè cœpisse, atqve ita vaticinio satisfactum esse, dicendum putarent: Reges etiam atqve Ethnarchas Asamonæos, contrà omnium librorum fidem è Levitico genere in Judæam tribum transferrent, aut eorum familiam è materno ortu, qvem per conjecturas è Judæ sive Davidis gente deducebant, æstimandam dicerent; qvæ omnia evitari possunt, si statuamus, Jacobi oraculum non uno temporis momento, sed eo, qvem diximus aliqvorum annorum eventu definiri, nec sublatum fuisse sceptrum Judæ, populi nimirum Judaici Rempublicam & politiam Ecclesiasticam, post reditum è Babylone: imò ipsius tribus Judæ, è qva cives Hierosolymitani & primores populi pleriq; fuere, dignitatem &

prærogativam non prorsus imminutam, nisi temporibus illis, qvæ ortum Domini nostri humanum proximè antecesserunt & secuta sunt. v. Euseb. L. 8. de præpar. Ev. Casaub. ad Baron. exerc. 1. n. 2. & 3. Mart. Chemnit. in harmon. c. 3. ubi prophetiam Ezechielis. c. 21. v. 26. eleganter cum Jacobæa confert.

In eo etiam indulserunt credulitati suæ veteres qvidam, qvos sequitur Baronius, arbitrantes, per Sibyllarum & Poetarum carmina, tum scripta Hystaspis sive Hydaspis cujusdam, & Hermetis Trismegisti, Græcis & Latinis innotuisse mysterium incarnationis, cum tamen accuratè dicta atq; scripta illa examinantibus suppositia, & Christianis demum temporibus composita, magni judicii viri deprehenderint, & ex illa assertione istud sequatur incommodum, ut manifestius prædicta videatur Christi incarnatio gentibus, qvam ipsis Judæis, qvibus tamen Prophetica oracula omnium maximè erant cognita. vid. Casaubon. Exerc. 1. 2. 10. & 11. Incautè etiam sequuntur Nicephorum l. 1. c. 17. & Svidam in voce *Augustus*, autores sequiorum temporum & incertæ fidei, qvi fidem adhibent carminibus illis Delphicis, qvibus Dæmon Augusto Cæsari respondisse fertur, sibi à puero Hebraico silentium impositum; eodemqve pertinet narratio de ara, ab Augusto primogenito Deorum posita, neq; enim his testimoniis eguit, aut honoratus est Salvator noster, & qva fraude responderint dæmonia, de Christo interrogata, legas apud Augustin. de C. D. l. 19. c. 23. ubi oracula à Porphyrio allegata vel conficta examinat. add. Euseb. l. 4. de præp. Evang. c. 8. 9. Interim illud certum est, jam ante Christi nati tempora siluisse aut cessasse Dæmonum in plerisq; locis responsa. videatur Cic. l. 2. de divinat. & Plutarchus, ubi ejus rei causam inqvirit duobus libellis. Sanè si absq; delectu patrum qvorundam tradita sequeremur, dicendum etiam forct, Philosophos gentiles salutarem Dei veri, imò ipsum Λόγον cognitionem habuisse. Talia nimirum reperies apud

pud Clemen. Alexandrin. Justinum Martyrem, Chrysost. etiam, interpretatione commodâ, qvantum fieri potest, lenienda, aut benignè condonanda, dum bonæ qvidem causæ intenti, ad argumenta tamen aliena, humani erroris haud expertes, delabuntur, vid. Casaub. Exerc. I. n. 1.

3. Ad τὸ προγεγραμμένον etiam pertinet Genealogia Christi secundùm carnem, tradita à duobus Evangelistis, Matthæo, c. 1. Luca 3. Ille ab Abrahamo incipiens ad Josephum, maritum Mariæ descendit, & Davidis genus per Salomonem, & qvi eum secuti sunt Reges Judæ, continuat; Hic verò orsus à Josepho ad Adamum usqve ascendens progreditur, & in Davidis genere, non Salomonis, sed Nathanis lineam sequitur, discrepat etiam in parte Sealthielis, Josephi, & aliis articulis, uti hæc diversitas ex collatione patet, multisqve doctorum disqvisitionibus jam olim causam dedit; Qvibus id qvoqve videtur difficillimum, qvod uterqve Evangelista non Mariæ, è qva tamen Christus natus est, sed Josephi, qvem ejus Patrem naturalem minimè fuisse, omnibus constat Christianis, stirpem enarrat. E multis veterum novorumqve Interpretum explicationibus, qvæ omnes variis involvuntur difficultatibus, primo loco tenendam putamus illam, qvâ asseritur, Lucam Mariæ Virginis; Matthæum Josephi genus (ut etiam ex adoptione non minùs, qvàm ex naturali propagine Davidicus ortus appareret) enarrare voluisse: illam itaqve è Nathanis (qvi Davidis fi-

lius fuit, 2. Sam. 5. v.14.) familiâ, non regia qvidem, celebri tamen & ducali (v. Zach. 12, 12.) Josephum verò è Regia ortum, Heli non filium naturalem, sed generum; ita, ut filii vox à D. Luca omissa, & ex præcedentibus repetenda, commodo sensu accipi debeat. Heli illum, Mariæ patrem, sive plenius Heliacimum, vocatum etiam fuisse Jojacimum, qvo nomine apud veteres notus est, facili scilicet mutatione horum vocabulorum. vid. 2. Reg. 23. v. 24. Ita etiam alios esse Zerobabelem & Sealthielem Lucæ, alios Matthæo memoratos: Cainanum verò Arphaxadi, de qvo libr. 1. dicere meminimus, ex Græca versione irrepsisse. Vide hæc fusè & eruditè deducentem Chemnitium in Harmon. c.3. add. D. Salomon. Glass. Lib. 3. Phil. sacr. Tract. 1. Can. 39. n. 5.

Dissimulari qvoqve non potest Matthæum, dum vel memoriæ causæ, vel ut insignes procerum Judaicæ stirpes mutationes, potissimùm notaret, per tria interstitia, 14. gradus recenset, tres Reges post Joramum omittere, Achaziam nempe, Joam & Amaziam; tùm pro Jojakimo Josiæ filio, vicinitate vocis & scriptoris errore Jechoniam substitutum, cum tamen Joachimus & propter historicam veritatem, & tesseradecada implendam, omnino sit inserendus. v. dd. ll.

Communis alia conciliandi ratio est eorum, qvi concedunt utrumqve Evangelistam Josephi genus tradere, ab adoptionibus & matrimoniis cum vidua fratris, volunt itaqve Lucam enumerare parentes Josephi legales, Matthæum naturales. Qvæ vetusta est opinio Julii Africani, hausta ex autoribus non bonis. v. Euseb. lib. 1. hist. Ec. cap. 7. Cui qvidam etiam illam addidere tra-

traditionem, ac si Heli, pater nimirum Josephi legalis, ex tribu Levitica fuerit, unde Judæi etiam & Hæretici nonnulli Christum ex ea, non verò ex Judaica stirpe natum dicebant, quo referri debet fabula de Sacerdotio Domini Levitico, apud Svidam in voce *Jesus Christus*. Quod verò Mariæ genus non memorent sacri Scriptores, ita eunt excusatum, quia constiterit omnibus, Mariam Josepho Sponso, sanguine proximo junctam fuisse, tradita itaq; mariti familia ex actis publicis, quæ non æquè muliebrem stirpem continebant, virginis originem omnibus simul innotuisse. vid. Baron. in apparat. n. 34. & ibi Casaub. Calixt. in concord. lib. 1. c. 2. Moniti verò Apostoli de contentionibus genealogicis vitandis 1. Tim. 1. v. 4. 12. Tit. 3 v. 9. memores, modestissimè de hac controversia loquamur & sentiamus, nec novos scrupulos eruamus, cum præsertim tempore prædicationis Evangelicæ, cui Judæi, generis sui ac legum periti, tantopere obstrepebant, non legamus, Christi ortum ex Davidis stirpe in dubium esse vocatum.

4. Speciatim verò de Maria Virgine Matre, Evangelistæ & nomen tradunt, & patriam & statum virginitatis, & Sponsum, genus etiam haud obscurè, cum filium ejus Davide ortum prædicant, quod aliter fieri non potuit, quàm secundùm carnem, adeoq; ratione Matris. Hæc secundum ductum sacræ Scripturæ certa atque indubitata sufficiant: neque minus piè id creditur, mansisse eam virginem in partu & post partum, non secus ac ante partum, nec fidem abrogabimus veteribus, qui tradidêre Patris Jojakimi & Matris Annæ nomina, hujus etiam genus Leviticum, & cum Elizabetha cognationem, ætatem quoq; juvenilem sanctissimæ Virginis fa-

cilè admittimus; qvo autem anno aut die nata fuerit, certo statuere non audemus, cùm sint, qvi 4. alii, qvi 16. aut diversum etiam annum ætatis, cum Salvatorem peperit, ei assignent. In reliqvis, qvæ ex argumentationibus humanis & parùm idoneis Autoribus, Nicephoro nempè, & qvos ille falsò allegat, Hippolyto & Evodio, magnâ curiositate, & parùm modestè obtruduntur, tanqvam certa & credenda; licebit nobis ἐπέχειν, suspensoq; assensu nostro acqviescere iis, qvæ à sacris Scriptoribus tradita sunt, aut sine absurditate concedi possunt. Patet itaq;, qvo nitantur fundamento, qvæ de miraculosa educatione beatissimæ Virginis Deiparæ in sanctuario Templi, de voto virginitatis, & alia ejus commatis prolixè atq; operosè commentari non verentur magni licet nominis Autores, sed suo servientes instituto: Baronius, Canisius, Christophorus à Castro, alii. vid. Casaub. Exerc. 1. n. 14. & 24.

5. Proximè tandem antecessit conceptionem & natalem Salvatoris nostri conceptus & ortus D. Johannis Baptistæ, præcursoris, miraculo non uno in sacra historia celebris. Ita enim honorare volebat Deus eum, qvi in spiritu & virtute Eliæ Messiam *præcederet, & converteret corda filiorum Israël ad patres suos, nempè ad veram atqve antiqvam Patriarcharum & Prophetarum fidem*, & pararet Domino plebem perfectam. v. Luc. 1. v. 5. ad 25.

Za-

D. Johannis parentem veteres
Pontifice habuerunt, cùm ta-
nominet de vice Abia,
dias, qvas David constituerat, o-
tiam, functionem suam sorte sum-
sacerdote summo minimè dici po-
in Apparat. n. 69. & seqq. Qvid
collegerint in temporis computo,

tempore concepti & nati Do-
Christi exactè indagando, ve-
atqve diligentia multorum Scri-
difficilior, qvod Evangelistæ a-
temporis circumstantias, qvas
politanorum Scriptorum, & com-
sive Græcorum, sive Romano-
qvas vocant, Epochis, per anno-
initia, pro diversitate ratio-
variantibus, haud facilè licet
conciliare. Meminit autem
temporis natalitii descriptione Au-
Cyrenii seu Qvirini, Syriæ Præsi-
calculi rationes, qvando An-
missum scribit, sexto post con-
mense, & cum Baptismû
ejus trigesimum (sive cæ-
tum) refert; Ministerium ve-
annum 15. Tiberii, c. 3. v. 1. Mat-
vixisse nascente Christo
Hero-

Zachariam D. Johannis parentem veteres multi pro summo Pontifice habuerunt, cùm tamen Evangelista eum nominet de vice Abia, qvæ erat inter illas, qvas David constituerat, octava; dicat etiam, functionem suam sorte sumsisse, qvod de Sacerdote summo minimè dici potest. v. Baron. in Apparat. n.69. & seqq. Qvid tamen inde collegerint in temporis computo, mox dicemus.

6. De verò tempore concepti & nati Domini nostri Jesu Christi exactè indagando, vetus jam cura atqve diligentia multorum Scriptorum fuit, eò difficilior, qvod Evangelistæ aliqvas notant temporis circumstantias, qvas cum traditis profanorum Scriptorum, & computo annorum sive Græcorum, sive Romanorum, aliisqve, qvas vocant, Epochis, per annorum, atq; mensium initia, pro diversitate rationum multipliciter variantibus, haud facilè licet conjungere atqve conciliare. Meminit autem D. Lucas in temporis natalitii descriptione Augusti Cæsaris, Cyrenii seu Qvirini, Syriæ Præsidis, præbet etiam calculi rationes, qvando Angelum ad Mariam missum scribit, sexto post conceptum D. Johannem mense, & cum Baptismũ Christi ad annum ejus trigesimum (sive cœptum, sive completum) refert; Ministerium verò Johannis ad annum 15. Tiberii, c.3. v.1. Matthæus præterea tradit vixisse nascente Christo Hero-

Herodem Regem, primum scilicet illum sive magnum. Ex his atqve aliis adminiculis Chronologi inqvisiverunt annum illum mundo salutarem, ita tamen., ut salvo fidei nostræ fundamento aberrare potuerint, unius alteriusve anni spatio, multis atqve gravibus causis, qvas hic explanare non possumus, remissâ uberiori qvæstionis hujus cognitione ad autores talia principaliter tradentes atqve examinantes.

Vulgaris verò Æra Christiana, cujus Autor habetur Dionysius Monachus, sive Abbas Romanus, de qvo suo loco, statuit natum Christum Olympiade 194. ejusqve anno qvarto, Anno Urbis conditæ 752. finiente, Anno mundi ad calculum Hebraicum & Calvisianum, 3949. die 25. Decembr. sive octavo Calend. Januar. eaqve ratione Christiani, qvi Romano Præsuli parent, etiam ii, qvi ab illius potestate superiori seculo sese exemerunt, annos à nato Christo numerare, atqve actis publicis privatisqve adscribere solent.

Animadverterunt autem Viri docti, & temporum computandorum peritissimi, aberrásse Dionysium annis duobus vel ad minimum uno. Duos annos integros deficere statuit cum Scaligero Calvisius Chronolog. c. 76 & numerat annum Nativitatis ab orbe condito 3947. Olympiadis 194. secundum Urb. condit. 750. finientem imperii Augusti Cæsaris 42. Consules. L. Cornelium Lentulum, M. Valerium Messallinum, ab Actiaca victoria (nam & hinc epocham singularem deducunt) 30. vel ab Alexandria capta 31. Æræ Nabonassaris. 746. annum Julia-

Julianum, sive à Julio Cæsare ordinatis intercalationibus correctum 43. Eodem recidit computus Cardinalis Baronii, nisi qvod vitium Dionysianæ Epochæ dissimulare maluit, de qvo vide Calvis. c. 47. Salianus natum Salvatorem in annum seqventem refert Augusto Cæsare XIII. M. Plautio Sylvano Coss. sed ex Hypothesi sua in An. mund. 4052. Atqve ita anno tantum uno ab Æra vulgari discedit. Congruit huic positioni ratio Eusebii, qvi scilicet annum tertium Olympiadis 194. assumsit, qvamvis annum mundi ex Græcorum calculo numeret 5199. qvi ad Hebraicos fontes ex mente Eusebii (qvi Christi nativitatem in annum 2015. post Abrahamum natum refert) reductus, esset An. mund. 3963. Qvemadmodum etiam computat Phil. Melanchthon. in Chron.

Qvi plura de hisce differentiis eorumqve rationibus desiderat, consulat Scaliger. 6. de emend. temp. Tit. de Natal. Christi. Hieronym. Vecchiett. Lib. 4. c. 1. & 12. ubi cum Calvisio annum Olympiadis 194. secundum retinet, sed in conjungendis ceteris Epochis, qvod & alii faciunt, variat. Frid. Spanhem. Dub. Evangel. part. 2. dub. 1. Hospinian. in Festo Natalitio. Add. etiam Chemnitium nostrum in Harmon. c. 8. Usser. Armachan. in Annal. part. posteriore.

7. De mense & die natalitio haud minus ambigunt Viri docti; Etenim jam olim Ecclesiæ orientales, & imprimis Ægyptiæ Festum Epiphaniorum sive Theophanias, non ob Magorum adventum aut Baptisma Christi, sed ob Natalem Domini celebrant, & meminit D. Chrysostomus ex occidentalis Ecclesiæ traditis,

tis, ante paucos annos, suo tempore, diem illum 25. Decembr. à Græcis esse receptum: Fundamentum autem calculi tum diei natalitii, tùm Conceptionis ac Nativitatis D. Johannis Baptistæ, inde sumserunt Veteres, qvod putârunt, Zachariam fuisse summum Pontificem, & Angeli apparitionem ei factam in Sanctuario, qvod semel tantùm in anno intrari fas fuit, in Festo scilicet expiationis, mensis septimi die decimo. (Lev. 16.) Ratione itaqve inita statuerunt, conceptúm esse Johannem 8. Calend. Octob. sive d. 24. Sept. natum 24. Junii anni seqventis. Christum verò Dominum conceptum sexto mense post conceptionem Johannis exacto, die nempe 25. Martii. natum d. 25. Decembr. à media nocte incipientis. Cum verò concedi non possit, Zachariam fuisse sum̃um Sacerdotem, & verisimile tantùm, non verò certum sit, apparitionem Zachariæ mense septimo, in qvem aliqvot festa concurrebant, factam, totus hic calculi ordo, conjecturis tantum & veteri nititur observantia.

Neq; certâ omninò demonstratione procedit sententia Scaligeri, qvi ex vice Sacerdotum (qvarum 24. erant à Davide constitutæ) arbitratur, se mensem Nativitatis exactè indagâsse, (diem enim definire, cùm Evangelista tantùm mensem tradat, solius Dei esse, ipse fatetur. Statuit ergò restituto à Maccabæis templo A. M. 3785. d. 22. Novemb. classis octavæ ordinem, ex qvo erat Cacharias, Ephemerian suam incepisse d. 21. Julii, finiisse d. 28. Conceptum ergò D. Johannem mense proximo, Augu-

[illegible] natum sine Aprilis, qvo tempo- [illegible] olim Alexandrina Ecclesia. [illegible] conceptum incidere in mensem [illegible] Septembrem, qvod tempus ob alias [illegible] graves, pastorum nempe in cam- [illegible] agendi commoditatem, hyberno [illegible] præterlarant, Matth. Beroald. & Hen- [illegible] Calvis.

[illegible] probabiliter non apodicticè asseri [illegible] prærogativas dederit in encæ- [illegible] Judas Maccabæus. Poterat enim vel [illegible] i.e. primo, vel illi, qvem remo- [illegible] vel deniq; illi, qvi ex anni tem- [illegible] erat. v. D. Calixt. in Concord. [illegible] qvi 25. Martii Nativitati Domini [illegible] Vecchiett. d. l. 4. c. 11. & 12. & ipse ar- [illegible] sacerdotalibus usus.

[illegible] verò inter alias de tempore diffi- [illegible] est, qvam deprehendunt Chrono- [illegible] & censu Qvirinii. Etenim [illegible] consentientibus Romanis Historicis, [illegible] Sulpitium, non vivo, sed mor- [illegible] Herode, expulsoqve filio ejus Ar- [illegible] Syriæ fuisse, & censum in Ju- [illegible] diserte & diligenter tradidit, ut [illegible] pauci verbis Evangelistæ ma- [illegible] qvam de historia Josephi hic du- [illegible] enim Herodis Saturninum [illegible] idem cum aliis, constanter [illegible] Card. Baronius Josepho errorem

Chro-

gusto scilicet incipiente, natum fine Aprilis, qvo tempore memoriam ejus colebat olim Alexandrina Ecclesia. Christi itaqve Domini conceptum incidere in mensem Januarium ortum in Septembrem, qvod tempus ob alias etiam rationes, patùm graves, pastorum nempe in campis excubias, & census agendi commoditatem, hyberno illi Festo natalitio prætulerant, Matth. Beroald. & Henric. Wolfius. Seqvitur etiam Calvis.

Verùm probabiliter non apodictice asseri potest, cui classi prærogativas dederit in encæniis templi Judas Maccabæus. Poterat enim vel suo ordini dare, i.e. primo, vel illi, qvem removisset Antiochus, vel deniq; illi, qvi ex anni tempore admittendus erat. v. D. Calixt. in Concord. lib. 1. c. 3. Sunt, qvi 25. Martii Nativitati Domini assignant, ut Vecchiett. d. l. 4. c. 11. & 12. & ipse argumento à vicibus sacerdotalibus usus.

Magna verò inter alias de tempore difficultates illa est, qvam deprehendunt Chronologi in Magistratu & censu Qvirinii. Etenim Josephus, consentientibus Romanis Historicis, Qvirinum illum Sulpitium, non vivo, sed mortuo demum Herode, expulsoqve filio ejus Archelao, Præsidem Syriæ fuisse, & censum in Judæa egisse, tàm disertè & diligenter tradidit, ut Interpretum haud pauci verbis Evangelistæ malint vim facere, qvàm de historia Josephi hîc dubitare. Circa finem enim Herodis Saturninum Syriam rexisse idem cum aliis, constanter annotavit. At Card. Baronius Josepho errorem Chro-

Chronologicum annorum novem confidenter tribuit. in Apparat. n. 86. Inter hæc extrema tutior videtur media illa sententia, Qvirinum bis Syriæ & censui agendo præfuisse, primò qvidem jussu extraordinario, cum Cæsar Augustus ex curiositate qvadam, provincialium numerum & facultates per illum explorare vellet, vivo adhuc Herode Magno; dein eo, qvo Josephus adnotavit tempore, post ejectum Archelaum, & Judæam in provinciam redactam, Magistratu scilicet ordinario: priori ἀπογραφῇ sive descriptione nihil exactum à Judæis, sed nomina tantùm consignata; at posteriori pecuniam extortam. Cum ergò Lucas ait, primum hunc censum fuisse. intelligendum id esse respectu secundi, qvem idem Cyrenius aliqvot posthinc annis severius egerit. Simpliciter enim primum non poterat dicere, cum latere eum neqviret, Pompejum & alios Romanorum Duces sæpiùs tributa à Judæis exegisse. v. Calvis. d. l. & in An. 3947. Salian. in An. 4052.

8. His ita præmissis, qvæ in Historia Evangelica à concepto & nato Christo, usq; ad tempora Baptismi & ministerii ejus, per D. Matthæum & Lucam, tradita sunt, ad temporis seriem probabiliter & brevissimè contracta, exhibebimus, subjecta seorsim explicatione qvadam, ubi maximè opus fuerit.

9. Sexto

...post conceptum D. Johannem men-
...Gabriel Mariæ Virgini in Nazareth
...ationem Christi, qvi eodem
...Spiritu Sancto in utere beatissimæ
...conceptus. Luc. 1. v. 26. ad 39.
...Elisabetham cognatam in civita-
...Judæ, i. e. in Hebron, acciduntq; ea, qvæ
...Lucæ c. 1. v. 39. ad 57. Tribus post an-
...Christi nativitatem mensibus, nasci-
...Prodromus Christi. Luc. 1. v. 57.
...Mariæ Sponsus, dum uterum e-
...advertit, monetur ab Angelo de
...conceptu. Matth. 1. v. 18. ad fin.
...Bethlehem Juda, expletis men- A. M. 39...
...ab annunciatione, Christus JEsus, An. Chr...
...Mundi Salvator, mysterio omnium ...
...miraculorumqve maximo, qvod ...
...hominum Angelorumqve captum ...
...qve exsuperat, natum Angeli an- Calvis.
...storibus. Luc. 2. v. 1. ad 21. Elapsis
...ex requisito legis Moysaicæ, cui
...cit, qvi ejus implendæ atqve ob-
...venerat, circumciditur Domi-
...JEsus. Luc. 2. v. 21. Magi ex
...stellæ indicio ducti, qvæ-
...& adorant Jesum, Matth. 2. v. 1.
...& agnoscitur in templo Hie-
...Simeone & Hanna Luc. 2. v. 22.
...scilicet à Nativitate sex,
ade-

9. Sexto post conceptum D. Johannem mense, Angelus Gabriel Mariæ Virgini in Nazareth annunciat incarnationem Christi, qvi eodem tempore ex Spiritu Sancto in utere beatissimæ Matris est conceptus. Luc. 1. v. 26. ad 39.

Maria visitat Elisabetham cognatam in civitate montis Judæ, i.e. in Hebron, acciduntq; ea, qvæ memorantur Lucæ c. 1. v. 39. ad 57. Tribus post annunciatam Christi nativitatem mensibus, nascitur Johannes, Prodromus Christi. Luc. 1. v. 57. ad fin. Josephus, Mariæ Sponsus, dum uterum eam ferre animadvertit, monetur ab Angelo de sacro Virginis conceptu. Matth. 1. v. 18. ad fin.

Nascitur in Bethlehem Juda, expletis mensibus novem ab annunciatione, Christus JEsus, Dei Filius, Mundi Salvator, mysterio omnium mysteriorum miraculorumqve maximo, qvodqve omnem hominum Angelorumqve captum multò longèqve exsuperat, natum Angeli annunciant pastoribus, Luc. 2. v. 1. ad 21. Elapsis diebus octo, ex reqvisito legis Moysaicæ, cui sponte se subjecit, qvi ejus implendæ atqve obsignandæ gratiâ venerat, circumciditur Dominus, & nominatur JEsus. Luc. 2. v. 21. Magi ex oriente, miraculoso stellæ indicio ducti, qværunt, inveniunt & adorant Jesum, Matth. 2. v. 1. ad 12. Offertur idem & agnoscitur in templo Hierosolymitano à Simeone & Hanna Luc. 2. v. 22. *Post hebdomadas, scilicet à Nativitate sex, adeo-*

A. M. 3947. An. Christi verò secundum Calvis. I.

a deoqve ex communi calculo d. 2. Februar. Jose-
A.M.3949. phus cum Virgine & puero JESU, Angeli jussu
An. Chr. verò 2. fugit in Ægyptum. Herodes Rex pueros Beth-
lehemiticos per summam malitiam & crudelita-
A.M.3950. Annus Æræ Christianæ vulgaris primus; qvem deinceps omisso anno mundi solum adscribemus. tem occidi jubet; mortuo Herode Josephus cum suis redit in Palæstinam, & secedit in Nazareth. Matth. 2. v. 13. ad fin. Jesus duodecennis cum Parentibus ad Festum Paschale Hierosolymam profectus, amittitur, & qvæsitus reperitur inter Doctores *in atriis* templi. Luc. 2. v. 41. ad fin.

A.Chr.12. Omittenda hîc primò monemus, qvæ ex fabulosis Scriptoribus, & Pseud-Evangeliis Petri & Jacobi nomine ab hæreticis olim venditatis, etiam pii Ecclesiæ Doctores qvondam allegare consveverunt, præsertim, postqvam deprehensum est, ea, & alia recens conficta, Christiano populo tanqvam certò credenda obtrudi, & ad varias atqve ineptas superstitiones viam sternere. Talia sunt, qvæ de Spelunca suburbii Bethlehemitici, & fonte in ea orto, de bove & asino, qvi Christi præsepi adstiterint, de morte Zachariæ & sangvine ejus ad murum templi indelebili, de casa, in qva Christus natus sit, Romam, de Mariæ cubiculo Lauretum translato, de fasciis pueri Jesu, de Cæsaris Augusti scientia Nativitatis Domini, & alia ejusmodi narrantur, qvorum pleraq; & indubitanter, & loco incommodo asserit Baronius in An. Chr. 1. ubi vid. Causabon.

Eadem, secundò, curiositas vel crudelitas intricatam reddidit historiam Magorum, dum anxiè disqviritur, qvi fuerint, unde & qvandò venerint. Et dudum qvidem Epiphanius maluit eos ex Arabia & regione ejus qvadam, ab ipso noviter appellata, Magodia, qvam ex Perside deducere, qvam illis patriam pleriqve & probabilius assi-

assignant. Verùm qvos veteres ex Persarum moribus Philosophos atqve Astronomos credidêre, ex Danielis fortasse prophetiis de Messia edocti, seqventibus seculis, absurda opinione Reges facti sunt, numero tres, nominibus etiam parùm commodè effictis, insigniti; qvæ tamen referre non ausus est Baronius, & modestior ceteris, Dominos oppidorum fuisse putat, qvi consvetudine illarum provinciarum Reges aut Reguli vulgò dici potuerint: Nimis itaqve facile credunt, qvi corpora trium Regum Coloniæ Agrippinæ vel Mediolani invenire se putant. De tempore, qvo venerint, haud minor est dubitatio. Communi occidentalis Ecclesiæ observantia tertio decimo die post natum Christum Bethlehemum venisse putantur; Qvod tempus, etsi conficiendo è Perside itinere angustũ nimis videatur, retineri tamen potest, cùm non constet, qvando domo exierint, & annon stella illa miraculosa ante Natalem Domini ipsis apparuerit. Nam qvod Epiphanius ex ætate puerorum, qvos Herodes trucidari fecit, etiam Christi ætatem colligit, & inde secundo demum ejus anno Magos advenisse existimat, majori probabilitate rejici, qvam concedi potest; cùm argumentum hujus sententiæ totum pendeat ab extensione illa temporis, qvam crudelissimus Tyrannus, ut eò certius, qvem qværebat, deprehenderet, sangvinario mandato adjecit; nec incommodè verba Evangelistæ, Matth. 2. v. 16. de tempore, qvod exactè dicitur à Magis didicisse, ad proximè præcedens vocabulum, qvo minor biennii ætas designatur, referri possunt, ut sensus sit, jussisse Herodem occidi bimulos, ex sæva scilicet interpretatione & adjectione sua, usqve ad eos, qvi paulò ante adventum & abitum Magorum nati essent, etiamsi vix mensem unum atqve alterum vixissent. Plurimi enim existimant, eorum sententiam esse recipiendam, qvi cædem innocentium puerorum post oblationem Christi in templo secutam esse conjiciunt: hactenus spectasse Magorum redituum, aut rem distulisse

lisse videtur Tyrannus, donec novo rumore ex Simeonis & Hannæ effatis per urbem disperso, ad immane facinus stimulatus est. Qvod vero etiam filium suum, & qvidem bimulum, necaverit, ex ea causa atq; hoc tempore Herodes, etsi id veteres qvidam tradidere, moti dicterio Augusti à Macrobio relato, cum historia ejus à Josepho extractè tradita conciliari neqvit. Et locum habuit Augusti jocus in parricidam, qvi jam duos è Mariamne filios occiderat, & Antipatrum in vinculis habebat, qvem etiam paulò ante mortem, nec diu post Christi nati tempora tandem vita privavit.

Recedimus, tertio, à fabulis, qvas interserere hic conati sunt sectarii qvidam primorum post Christum natum temporum, dum miracula confingunt, qvæ in pueritia sua usq; ad tempus ministerii ediderit Salvator. Fuit enim Jesus Parentibus suis subditus, nec prius, qvàm expleto, qvod divinitus constitutum erat, tempore, innotescere populo voluit, unico illo excepto, qvod contigit anno ejus duodecimo; cum itaq; parentem adoptivum, fabrum haberet, dubium non est, qvin & ipse fabrili operi manus admoverit, unde & à popularibus suis faber dicitur Marc. 6. v. 3. Rejicit etiam τὰ παιδικὰ, fabulosa pueri miracula, Baronius in an. 12. n. 6. qvi tamen retulit illa, haud magis certa. qvæ de arbore in Ægypto prætereunte virgine, sese inclinanti, & de collapsis regionis illius idolis tradita sunt. in an. 1. n. 43. & seqq. Etenim prisci qvidam Doctores omnia Prophetarum vaticinia literali qvodam sensu implenda, atq; ad historiam Christi applicanda censebant, inde bos & asinus in stabulum Bethlehemiticum, Magi in Arabiam & ad regalem dignitatem translati, & qvæ de Ægyptiorum ad Christum conversione prædicta erant, ad statuas collapsas tracta sunt, v. Casaub. d. l. Baron. Inter incerta etiam est ætas atq; mors Josephi, parum verò congrua habetur Epiphanii conjectura, qva putat eum octogenarium fuisse, cum virginē duceret, certè qvomodo Dei singulari concilio in ma-

... testimonium atqve securitatem
... facta est, ut è desponsa-
... nasceretur Salvator, ita verisimile
... ætate, qvæ matrimonio apta esset,
... illa conficere, & rei familiaris
... Mortuus tamen haud immeri-
... Christi. Nam Mariæ, qvæ
... aliqvoties fit mentio;
... in An. 12. n. 8. & 9.
... ut in libri primi fine rece-
... & Judaicarum hujus temporis
... 17. & 18. antiq. Herodes post
... Aristobulum filios, fraude &
... qvem è liberis habebat natu maxi-
... appeti cœpit; rapere enim
... regnum, cui jam à parente
... ne liberis filiorum inter-
... non exigua complecti, & matri-
... videbatur, aliqvando æqvior es-
... sibi competitor regni existe-
... novem erant uxores & nume-
... d. l. Ad consilia verò sua Pheroram
... suum, conciliata sibi uxoris
... adscivit. Uxor enim Pheroræ
... ob Sectæ Pharisaicæ patroci-
... suscepisse visa est. Cum enim
... ipso scilicet Anno nati Christi,
... populi Qvirinus fecit, jura-
... male sc. ab universo popu-
... suam sibi metuens, in
... jurare recusarunt Phari-
... vaticinia, qvibus con-
... Herode in alium, ipsumq; a-
... esse. Ex his propterea Rex
... ingentem mulctam indixit. Hanc
... insignis cum Herodis in-
E
digna-

matrimonii honorem & testimonium atqve securitatem virginalis partus & pudicitiæ factum est, ut è desponsata potiùs, qvàm soluta nasceretur Salvator, ita verisimile fit, ea fuisse Josephum ætate, qvæ matrimonio apta esset, usqve viribus, ut itinera illa conficere, & rei familiaris curam gerere potuerit. Mortuus tamen haud immeritò creditur ante ministerium Christi. Nam Mariæ, qvæ ad passionem usqve illius vixit, aliqvoties fit mentio, nulla Josephi, v. Baron. in An. 12. n. 8. & 9.

10. Subnectenda jam est, ut in libri primi fine recepimus, rerum Herodis & Judaicarum hujus temporis Synopsis ex Josephi libr. 17. & 18. antiq. Herodes post occisos Alexandrum atqve Aristobulum filios, fraude & calumniis Antipatri, qvem è liberis habebat natu maximum, ejusdem jam insidiis appeti cœpit; rapere enim Antipater, qvàm expectare regnum, cui jam à parente destinatus erat, maluit, veritus, ne liberis filiorum interfectorum, qvos caritate non exigua complecti, & matrimoniis honorare avus videbatur, aliqvando æqvior esset, aut ex reliqvis fratribus sibi competitor regni existeret, d. l. 17. c. 1. Herodi enim novem erant uxores & numerosa proles. v. Joseph. d. l. Ad consilia verò sua Pheroram Herodis fratrem patruum suum, conciliata sibi uxoris ejus benevolentia, socium adscivit. Uxor enim Pheroræ odium Herodis incurrerat, ob Sectæ Pharisaicæ patrocinium, qvod illa palam suscepisse visa est. Cum enim Herodes hoc tempore; ipso scilicet Anno nati Christi, qvo etiam descriptionem populi Qvirinus fecit, juramentum ab omnibus Judæis; malè sc. ab universo populo ob crudelitatem atq; avaritiam suam sibi metuens, in Cæsaris & sua verba exegisset; jurare recusârunt Pharisæorum millia sex, jactantes etiam vaticinia, qvibus contineri dicebant, regnum ab Herode in alium, ipsumq; adeò Pheroram, transferendum esse. Ex his propterea Rex multos occidit, reliqvis ingentem mulctâ indixit. Hanc pro illis solvit uxor Pheroræ, insignis cum Herodis in-

dignatione, qvi tamen à fratre impetrare non potuit, ut mulierem sibi invisam, & consiliis suis, qvæ de connubiis regiæ familiæ habebat, adversam, dimitteret. d. c. 1. Hac igitur occasione simultatis usus Antipater, conscio & administro Pherora, Herodi patri venenum parat, & ut ipse tutior esset, amicorum opera patrem eò deducit, ut se Romam mitteret d. l. c.3.4. Interim Pheroras morbò lethali correptus, & fratris humanitate delinitus, pœnitentia ducitur, qvò minùs consilium illud exeqveretur. c. 5. eo verò mortuo rumor spargitur, tanqvam ei à conjuge propinatum esset venenum, qva de re, cum anxiè inqvireret Herodes, feminæ alioqvi infensus, comperit, non tam Phœroræ, qvàm sibi ipsi ab Antipatro filio, adjutore Pherora, malum id fuisse paratum c. 6 Revocatum ergò Romá Antipatrum, detectæ fraudis ignarum, præsente Qvintilio Varo Syriæ Præside, qvi Saturnino circiter An. 3948. successerat, primum ipse, dein per Nicolaum Damascenum, parricidialis sceleris accusat, & multis testimoniis convictum in vincula conjicit; rem verò omnem ad Cæsarem per legatos defert. c. 8. Interim ipse & seniò confectus, (septuagesimum enim Annum agebat) & domus suæ malis tractus, in gravem & fœdum morbum incidit, cui leniendo neqve medicamina, neqve aqvæ calidæ, qvibus utebatur, qvidqvam proficiebant. Nihil tamen ex sævitia sua, licet cadaveri, qvàm homini vivo similior, remisit, qvid? qvod doloris impatientia sibi ipsi manus inferre conatus. d.l.c.9. Vivos enim exussit Judam & Matthiam, nobiles juvenes & legisperitos, qvorum svasu qvidam aqvilam auream, qvam in frontispicio templi Rex Cæsari dedicaverat, intempestivo zelo detraxerant. Dein immani consilio Salomæ sorori, ejusq; marito Alexæ negotium dedit, ut primores Judæorum, qvos ob id Hierosolyma Hierichuntem, ubi decumbebat, evocatos, in circo concluserat, statim atqve ipse animā exhalasset, occidi curarent. Scilicet ut populus Judaicus, qvem morte sua lætaturum sciret, luctus univer-

[illegible] necato nobilissimo, cujuslibet [illegible] verò à Cæsare facultate, qvin[illegible] Antipatrum, cum fugam a car[illegible] d.l.c.9. Mutato deniqve iterum [illegible] Archelao regnum, Philippo pro[illegible] nomine relinqvebat, adscripta [illegible] cognatis, legatorum sum[illegible] paschales, cum regnasset, ut Jose[illegible], annos 37 postqvam Romæ Rex [illegible] a morte Antigoni. Verum ut re[illegible] Calvisius, in Chronol. c.46. con[illegible], annos, à Romana appellatione [illegible] 37. A. M. 3949. altero post Chr[illegible]. qvo finito demum incipit Annus [illegible].

[illegible] Herodes cognomento Magnus, [illegible], imprimis impietate in Deum, & [illegible] Maximus, qvem legati Judæi a[illegible] paulò post mortem ejus audiri, [illegible] sed ut sævissimam bestiam sibi præsu[illegible] meriti erant, qvi neglecto ve[illegible] & spirituali regno, fidei fundamen[illegible] atq; splendoris amore cæcutien[illegible] Tyrannum socordia, mobilitate & adu[illegible], & ita in ejus manus jusso Dei judi[illegible] præcipitaverant.

[illegible] qvos pro arbitratu suo Herodes con[illegible], repetenda sunt, qvæ lib. 1. ad An[illegible] qvomodo scilicet Simonem, Bœthi [illegible] socerum suum ad eam dignitatem [illegible] verò illi, post annos 22. qvod conju[illegible] filia ejus, uxor Regis con[illegible] anno regni sui ultimo ademit, sus[illegible] Hierosolymitano, Joseph. [illegible] hoc, tanqvam facti illius in a[illegible], dejecto, Pontificem creavit

Joazam.

niversalis causam haberet, necato nobilissimo, cujuslibet familiæ qvoqve. Accepta verò à Cæsare facultate, qvinqve ante mortem diebus, Antipatrum, cum fugam à carcere moliretur, sustulit. d. l. c. 9. Mutato deniqve iterum Testamento, qvo filio Archelao regnum, Philippo provinciæ patrem Tetrarchiæ nomine relinqvebat, adscripta ingenti, pro Cæsare, amicis & cognatis, legatorum summâ, decessit ante ferias paschales, cum regnâsset, ut Josephus d. l. c. 10. computat, annos 37 postqvam Romæ Rex esset appellatus, sed 34. à morte Antigoni. Verum ut reformat hunc calculum Calvisius, in Chronol. c. 46. consentiente etiam Saliano, annos, à Romana appellatione 40. ab Antigono victo 37. A. M. 3949. altero post Christum natum Anno, qvo finito demum incipit Annus primus Æræ Christianæ.

Hunc finem habuit Herodes cognomento Magnus, reapse vitiis omnibus, imprimis impietate in Deum, & crudelitate in homines Maximus, qvem legati Judæi apud Augustum Cæsarem paulò post mortem ejus auditi, non ut hominem, sed ut sævissimam bestiam sibi præfuisse, qverebantur. Sed ita meriti erant, qvi neglecto veræ, de Messiæ cœlesti & spirituali regno, fidei fundamento, profani dominatus atq; splendoris amore exercentes, execrabilem Tyrannum socordia, mobilitate & adulatione sua foverant, & ita in ejus manus justo Dei judicio semetipsos præcipitaverant.

De Pontificibus, qvos pro arbitratu suo Herodes constituit atqve dejecit, repetenda sunt, qvæ libr. 1. ad An. 3927. notavimus; qvomodo scilicet Simonem, Bœthi filium Alexandrinum, socerum suum ad eam dignitatem evexerit; eandem verò illi, post annos 22. qvod conjurationi Antipatri & Pheroræ filia ejus, uxor Regis, conscia fuisse putaretur, anno regni sui ultimo ademit, suffecto Matthia Theophili filio Hierosolymitano, Joseph. d. l. 17. c. 6. Mox tamen & hoc, tanqvam facti illius in aqvilam auream participem, dejecto, Pontificem creavit

Joazarum, uxoris illius Alexandrinæ fratrem. Joseph d. l. c.8. aut potiùs patruum, Simonis nempè fratrem, Bœthi filium. v. d. l. c. 15. in princip. notat etiam d. c.8. Josephus, ob impedimentum qvoddam legale Matthiæ isti ad unam saltem diem substitutum fuisse Josephum Ellemi filium cognatum ejus atqve vicarium.

Archelaus, mortuo patre, potestatem, dilata tamen ad Cæsaris approbationem Regis appellatione publica, ita enim Herodes testamento caverat, exorsꝰ, seditione populi statim vexatur, qvam ille, postqvam verba nihil proficerent, acri cæde hominum 3000. in ipsa paschali celebritate repressit. d. l. 17. c. 11. Inde Romam profectus, qvamvis à fratre Antipa, qvem pater prioribus tabulis hæredem scripserat, tum legatis Judæorum 50. qvibus se 8000. Romæ habitantium adjunxerant, graviter accusaretur, obtinuit tamē ditionem à patre relictam, Judæam nempè & Idumæam, qvibus Cæsar Samariam qvoq; adjecit, verum non Regis, sed Ethnarchæ titulo, spe regii nominis facta, qvando se eo dignum esset gesturus. Reliqva ita divisit Cæsar, ut Philippus Archelai frater consangvineus, Bataneæ, Trachonitidis, Auranitidis & partis, qvam Zenodorus qvidam possederat; Herodes verò, qvi & Antipas, de qvo diximus, Galilææ & Peræææ seu Transjordanensis regionis Tetrarchæ essent. Salomæ etiam Herodis sorori, feminæ sceleratissimæ Jæmnia & Zothum & Phasaëlis attributæ, sed Gaza, Gadara, & Hippon Græcanici instituti urbes, Syriæ provinciæ adjectæ sunt. Lib. 17. c. 13. An. Mund. 3949.

Dum hæc Romæ agerentur, in Judæa graviter tumultuatum est; homines enim perditissimi, Judas, Ezechiæ latronis qvondam famosi, & ab Herode puniti, filius, Simon Herodis servꝰ, Athronges etiam pastor, & deniq; qvidam, qvi se Alexandrum, Herodis & Mariamnes Asamonææ filium, qvasi alio ad cedam substituto, è vinculis elapsum fingebat, regium nomē affectabant, latrociniis periculosè grassantes, oppressi tamen sunt vario eventu

[illegible] Hierosolymæ Procurator à Varo Præsi-
[illegible] populum in se atq; legio-
[illegible] secum habebat, concitavit, unde
[illegible] furium, & incendium etiam
[illegible] Varo 2000. ex seditiosis in
[illegible] Joseph. d. l. 17. c. 12. & de Pseud-Alexan-
[illegible] damnavit. c. 14.
[illegible] perstringit Josephus, narrans, ut
[illegible] fratris viduam Glaphyram,
[illegible] filiam, repugnante lege divina, (ha-
[illegible] Alexandro) sibi matrimonio jun-
[illegible] abrogaverit, eiq; fratrem il-
[illegible] paulo post Jesum Siæ filium sub-
[illegible] novem accusatus ob crudelita-
[illegible] à Cæsare detrusus, & Viennam in
[illegible] An. Ær. Chr. 7. v. d. l. 17. c. 15.
[illegible] hac occasione Syriæ provinciæ
[illegible] tamē Cæsareæ seorsim recta, qvi
[illegible] Coponius. Tum secundùm illum atq;
[illegible] Sulpitius Qvirinius, Syriæ Præses,
[illegible] Herodis mortem anno, aut ineunte
[illegible] Pontificatum adeptus est Joaza-
[illegible] ejus autoritate populum à se-
[illegible] submisisse. Lib. 18 c. 1. At i-
[illegible] ob populi seditionem ab ipso Qvi-
[illegible] Ananus Sethi f. d. l. c. 3. Judas verò
[illegible] Galilæus, (A. Ch. 8.) adscito sibi
[illegible] haud exiguam multitudinem
[illegible] & collegit, dictitans, nefas esse
[illegible] Deum, parere aut censum solve-
[illegible] populi auribus excepta, & qvar-
[illegible] magnis motibus, & deniq; toti-
[illegible] causam dedit. v. Joseph d.
[illegible] hujus Judæ & descriptionis, qvā
[illegible] Gamaliel doctꝰ Pharisæus, Act.
[illegible] dicit, Judam surrexisse, post tur-
[illegible] Theudam, cujus Josephus demum

lib.

ventuomnes, sed Hierosolymæ Procurator à Varo Præside relictus Sabinus, avaritia sua populum in se atq; legionem Romanam, qvam secum habebat, concitavit, unde multum sanguinis in urbe fusum, & incendium etiam excitatum est; tùm adveniente Varo 2000. ex seditiosis in cruces acti vide Joseph. d. l. 17. c. 12. & de Pseud-Alexandro, qvem Cæsar ad remigium damnavit. c. 14.

Archelai gesta paucis perstringit Josephus, narrans, ut domum reversus, Alexandri fratris viduam Glaphyram, Cappadociæ Regis filiam, repugnante lege divina, (habebat enim liberos ex Alexandro) sibi matrimonio junxerit, Joazaro pontificatum abrogaverit, eiq; fratrem illius Eleazarum, & huic paulò post Jesum Siæ filium substituerit, post annos verò novem accusatus ob crudelitatem à Judæis, regno à Cæsare detrusus, & Viennam in Gallia exulatum missus sit. An. Ær. Chr. 7. v. d. l. 17. c. 15.

Judæa verò & Samaria hac occasione Syriæ provinciæ accessit, sub Procuratore tamē Cæsareæ seorsim recta, qvi hoc tempore fuit Coponius. Tum secundùm illum atq; severum censum egit Sulpitius Qvirinius, Syriæ Præses, nono scilicet post Herodis mortem anno, aut ineunte decimo, qvando iterum Pontificatum adeptus est Joazarus, tradit enim Josephus ejus autoritate populum à seditione cohibitum, censui se submisisse. Lib. 18 c. 1. At idem motus est officio ob populi seditionem ab ipso Qvirinio, & subrogatus Ananus Sethi f. d. l. c. 3. Judas verò qvidam Gaulanites sive Galilæus, (A. Ch. 8.) adscito sibi Pharisæo qvodam Sadoco, haud exiguam multitudinem ad res novas stimulavit & collegit, dictitans, nefas esse Judæis, cuiqvam, præter Deum, parere aut censum solvere. Qvæ opinio pronis populi auribus excepta, & qvartam sectam constituens, magnis motibus, & deniq; totius Reipublicæ Judaicæ exitio causam dedit. v. Joseph d. lib. 18. c. 1. & 2. Meminit hujus Judæ & descriptionis, qvā scilicet ille oppugnabat, Gamaliel doctꝰ Pharisæus, Act. 5. v. 37. Cum verò idem dicat, Judam surrexisse, post turbatorem alium nempe Theudam, cujus Josephus demum

lib.20.c.2. mentionem facit, incusatur hic à Baronio Anachronismi, defenditur autem à Casaubono, qvi duos Theudas fuisse censet, Exerc.2.n.18. Alias conciliationes vid.ap. Salian. in. An. Chr.1.n.5.

Coponio Procuratori successor à Cæsare Augusto datus est Marcus Ambivius, huic Annius Rufus, qvo Præside Augustus decessit, An. Chr.14. Ejus successor Tiberius, in locum Rufi, Valerium Gratum Judææ præfecit, hic Pontificatum variè mutavit. Substituit enim Anano sive Annæ, Ismaelem Fabi f. huic mox Eleazarum, Annui f. post annum verò Simonem, Canithi f. Pontificem creavit, & iterum post annum, Josephum cognomento Cajapham, Annæ generum, circa An. Chr. 21. v. Joseph. d. l.18.c.3. Venalis enim ferè erat stola pontificia, aut ex lubitu Cæsaris & Procuratorum, prout expedire videretur, concedebatur. Grato suffectus est à Tiberio Pontius Pilatus, An. Chr. 26. decem ante obitum Cæsaris annis. Joseph. de l. c. 4. & 5. in fin. apud qvem legi possunt, qvomodo propter signa militaria, qvæ imaginibus Deorum exornata erant, Pilatus Judæos offenderit, eorumqve pervicacia victus simulacra illa urbe iterum extulerit, dein ut tumultum eorum immissis plebi militibus multo sangvine composuerit, qvo respicere videtur Christus. Luc. 13. v. 1. & 2.

Circa hæc tempora Herodes Antipas & Philippus Tetrarchæ, urbes partim novas extruerunt, partim instaurârunt. Ille qvidem Sephorim, Galilææ Metropolin, & Juliadem, dein Tiberiadem, hic, Cæsaream Philippi, & Juliam, qvæ aliàs Bethsaida dicitur. Joseph. lib. 18. c. 4.

SECTIO II.

De Ministerio Domini nostri Jesu Christi, à Baptismo ejus usqve ad Ascensionem in Cœlos.

SUM-

SUMMARIA:

...Johannis, n. 1. *Baptismus Christi*, n. ...
... *in ministerio Christi*, n. 3. 4.
... *anni* n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
... n. 16. ad 27. *Quartus annus*,
... *De quatuor Evangelistarum*
...

... & ortum Domini in terris,
... conceptus & ortus D. Johannis
... ministerium, sive tempus il-
... qvo publicè per prædicationem &
... Israëlitico innotuit Christus,
... prædicatio & ministerium Johannis,
... Scriptores, Matthæus, c. 3. v.
... v. 1. 8. Luc. 3. v. 1. 18. Joh. 1. v. 6.
... Prophetæ, Esaias, 40. v. 3.
... & Angelus Gabriel, Luc. 1. v.
... Zacharias, Luc. 1. v. 76.

... notavit D. Lucas, *annum nempè ... Pontius Pilatus ... (scilicet Antipas, Herodis Magni ... Philippus frater Ituræ & Trachonitidis ... Tetrarcha, Annas & Cajaphas Pontifices* ... 3. v. 1. 2. Meminit autem Abilæ sive ... Lysaniæ, qvi eam obtinebat, ad De... pertinentis, eò, qvod ad ejus fines non ... Videtur autem hic Lysanias ... cujus mentionem facit Josephus lib. ... nimirum Mennæi filius; illo ... Dominos, ad ejusdem nominis ... tempus, Cæsaris promissu, particula ... post alios Casaub. Exerc. ad Baron.

SUMMARIA:

Ministerium Johannis, n. 1. *Baptismus Christi*, n. 2. *Acta primi anni in ministerio Christi*, n. 3. 4. 5. 6. 7. *Acta secundi anni* n. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Acta tertii anni*, n. 16. ad 27. *Quartus annus*, à n. 28. ad 60. *De quatuor Evangelistarum Scriptis, &c.*

1. UT conceptum & ortum Domini in terris, antevertit conceptus & ortus D. Johannis Baptistæ, ita etiam ministerium, sive tempus illud omne, qvo publicè per prædicationem & miracula populo Israëlitico innotuit Christus, antecessit prædicatio & ministerium Johannis, de qvo agunt sacri Scriptores, Matthæus. c. 3. v. 1. ad 12. Marcus v. 1. 8. Luc. 3. v. 1. 18. Joh. 1. v. 6. 15. Prædixerunt idem Prophetæ, Esaias, 40. v. 3. Malachias, 3. v. 1. & Angelus Gabriel, Luc. 1. v. 17. tùm ipse parens Zacharias, Luc. 1. v. 76.

Tempus accuratè notavit D. Lucas, *annum nempè Tiberii Cæsaris decimum qvintum, cum Pontius Pilatus Præses Judææ, Herodes (scilicet Antipas, Herodis Magni filius) Galilææ, Philippus frater Iturææ & Trachonitidis, Lysanias Abilenes Tetrarcha, Annas & Cajaphas Pontifices essent.* Luc. 3. v. 1. 2. Meminit autem Abilæ sive Abilenæ regionis & Lysaniæ, qvi eam obtinebat, ad Decapolin Cælesyriæ pertinentis, eò, qvod ad ejus fines non semel Dominus accessit. Videtur autem hic Lysanias alius fuisse, qvàm is, cujus mentionem facit Josephus lib. 14. antiq. c. 5. Ptolemæi nimirum Mennæi filius; illo scilicet cæso, post varios Dominos, ad ejusdem nominis regulum, circa hoc tempus, Cæsaris promissu, particula illa Syriæ rediit, vide post alios Casaub. Exerc. ad Baron.

ron. An. 31. n. 4. Multi tamen hunc ab Evangelista memoratum, eundem esse putant, qvem Josephus nominat. v. Chemnit. in Harmonia Evang. c. 16.

Qvod verò duos Pontifices hîc notatos reperimus, cum unus tantùm juxta legem esse debuerit, & hoc tempore, *ut ex superioribus patet*, fuerit Caiphas, rationem pleriq; reddunt, qvod Annas sive Ananus, eodem munere functus, & Caiphæ socer, non minori vulgò existimatione, magna qvoqve apud generum dignatione, & ejusdem vicarius, aut in consilio Princeps & Senior fuerit, qvi enim alterius vicibus Pontificatum inter eos distribuunt, historiarum testimonio destituuntur. v. Casaub. add. An. 31. n. 8. & 10. Salian. in An. Chr. 30. n. 30. sic haud dispari ratione. 1. Reg. 4. v. 4. Abjathar, etsi remotus à summo Sacerdotio, Zadoco tamen jungitur.

Locus, ubi prædicavit Johannes, vocatur desertum, tractus scilicet montanus, & minus fertilis ad transitum Jordanis. Victus ejus describitur tenuis, vestitus vulgaris; ut hac ratione ab omni externo splendore destitutus, simplicitati veterum Prophetarum accederet. Neq; enim pro miraculo habendum est, qvod locustas comederit, cum ex historicis constet, id genus animalculorum popularem cibum plebejis in regionibus istis præbuisse, add. Lev. 11. c. 22. Isidori verò Pelusiotæ subtilitas, qvà hîc ab Evangelista non locustas, sed summitates herbarum indigetari putat, ab interpretibꝰ magni nominis meritò rejicitur. v. Ca-

...ad n. 13. & 20. ubi etiam infirmi... notat, qvod aliqvi, ex vita Jo... monasticis ordinibus, qvales potissi... proximis seculis in Ecclesia ha... se existimant; licet diffitendum ... Johannem non proprio ausu, sed di... ad Nazaræorum instituta, vitam ... strepitu civili remotam, elegisse. ...

... postqvam igitur Johannes præ... cœpisset, venit ad eum Jesus ... sacramentali, opera servi sui im... qvod illo opus haberet, sed ut ... impleret, divinæ scilicet vo... obseqvens, simul etiam lava... exemplo confirmaturus, atq; san... At, dum aqvis Jordanis fluvii insi... coeli aperti sunt, Spiritus san... columbæ conspicitur, vox Dei Patris ... filius meus dilectus, in te acqvi... 3. v. 13. 17. Luc. 3. v. 21. 22. Marc. 1. v. ... ut sunt verba D. Lucæ, ... INCIPIENS, QVASI ANNO... GINTA (*qvod plurimi de anno tri... accipiunt, qvos post alios laudat &* ... *An. Chr. 30. n. 18. At completum* ... *& cœptum trigesimum primum* ... *Baronius, Scaliger, Casaubonus,* ... *Chronol. & in An. Ær. Chr. 29.* add.

An. Ær. Christian. 29.

v. Casaub. d. l. ad n. 13. & 20. ubi etiam infirmitatem argumenti notat, qvod aliqvi, ex vita Johannis, pro monasticis ordinibus, qvales potissimum hodiè & proximis seculis in Ecclesia habentur, inveniſſe se existimant; licet diffitendum non sit, D. Johannem non proprio ausu, sed divino instinctu, ad Nazaræorum instituta, vitam austeram, & à strepitu civili remotam, elegisse. v. Chemnit. d. l.

2. Paulò postqvam igitur Johannes præ- An. Ær. dicare & baptizare cœpisset, venit ad eum Jesus Christian. & Baptismo hoc sacramentali, opera servi sui im- 29. bui voluit, non qvod illo opus haberet, sed ut omnem justitiam impleret, divinæ scilicet voluntati per omnia obseqvens, simul etiam lavacrum hoc suo exemplo confirmaturus, atq; sanctificaturus. At, dum aqvis Jordanis fluvii insistit Salvator noster, cœli aperti sunt, Spiritus sanctus figurâ columbæ conspicitur, vox Dei Patris auditur, Tu es filius meus dilectus, in te acqviesco. Matth. 3. v. 13. 17. Luc. 3. v. 21. 22. Marc. 1. v. 15. Erat autem, ut sunt verba D. Lucæ, CHRISTUS INCIPIENS, QVASI ANNORUM TRIGINTA (*qvod plurimi de anno trigesimo currente accipiunt, qvos post alios laudat & sequitur Salian. in An. Chr. 30. n. 18. At completum annum trigesimum & cœptum trigesimum primum præferunt Baronius, Scaliger, Casaubonus, Calvisius c. ult. Chronol. & in An. Ær. Chr. 29.*

add. Georg. Calixt. Harm. lib. 2. c. 1. in fin. Baptizatus itaque secundùm hanc sententiam fuit anno Tiberii Cæsaris decimo qvinto, C. Rubellio, C. Fusio Geminis, Coss. & ut vulgò Ecclesiæ Romanæ observatione probatur, die sexto Januarii, anno ætatis suæ 31. mense primo. Qvamvis hunc diem plurimi & gravissimi Autores in dubium vocent, & Domini Baptismum ad Novembrem vel Decembrem, imò etiam Septembrem præcedentem referant. v. Chemnit. Prolegom. Harmon. cap. 4.

3. A tempore Baptismi hujus & sensu verborum D. Lucæ pendet calculus annorum, qvos Dominus in ministerio suo, & in toto illo exinanitionis suæ statu, versatus est; Id verò cum maxima atqve gravissima interpretum parte, inter tot opinionum certamina, ad annos triginta tres, & partem qvandam trigesimi qvarti, qvatuor aut qvinqve scilicet mensium, (accuratè enim hæc definiri non possunt) determinandum esse putamus; & sic, qvæ ad ministerium ejus pertinent, trium annorum & dimidii circiter, spatiis concludenda, secuti inter alios innumeros, Theologos nostros, operis harmonici Autores, Martinum Chemnitium, Polycarpum Lyserum & Johannem Gerhardum, qvos vid. in Prolegom. c. 3. & 4. & c. 166.

Nolumus compendium hoc onerare allegationibus diversarum sententiarum, veterum atqve recentium, qvarum pleræqve à doctis examinatæ atqve explosæ sunt, neqve enim ferè est hodiè, qvi assentiatur patribus qvi-

qvibusdam, Clementi Alexandrino, & aliis, qvi omnia Evangelistarum narrata, atqve adeò totum Christi ministerium ad unum annum restringunt, qvamvis hanc sententiam singulari libello defendere placuerit doctissimo Vossio. Neqve sunt, qvi veterum qvorundam exemplo, Christi ætatem in carne ad annos 36. 40. aut 50. extendant; pauci etiam non tam verbis, qvam calculo, qvando tria tantùm Paschata observant, duos annos cum dimidio sive ætatis 32. computant; videantur hac de qvæstione Chronologicorum & Harmonicorum scripta. Verùm ea sententia, qvam primus ex Astrologicis fundamentis stabilivit Gerardus Mercator, plurimos atqve maximæ eruditionis & famæ adstipulatores habet, qva ministerio Christi assignantur anni qvatuor completi, & qvintus cœptus, & ideo qvinqve Paschata ex Evangelica Historia eruuntur: hanc cum Scaligero tuetur Sethus Calvisius, Chronolog. c. ult. cujus calculum, sicut in cæteris, ita etiam hic margini adscripsimus, etsi in enarratione ipsa tres tantùm annos & partem qvarti servemus. Add. Georg. Calixt. in Harmon. Micræl. Lib. 2. Syntagm. Sect. 1. Qvæst. 7 8. Salian. in anno Chr. 30. n. 33. qvamvis primum annum post Baptismum sine concionibus & miraculis transisse putet Hieron. Vecchiett. Lib. 4. de anno primitiv. qvi annos qvatuor sine additamento ex qvinto colligit. Ministerii Christi acta, per qvatuor Paschata distinxit, & ex IV. Evangelistis Harmon. exhibuit Johannes Richardsonus. Ardachadensis Episcopus apud *Usserium Armach.* Annal. part. posteriore à p. 659.

Primus Annus Ministerii Christi.

Ann. Ær. Chr. 29. verus, secund. Cal. vis. 32. vulgò 31.

4. Baptizatus Dominus, Spiritûs S. instinctu, in vicinam solitudinem solus digreditur, & qvadraginta dierum jejunio supra naturæ vires exercè-

ercetur, tentatur dein à Diabolo, qvi explorare cupierat, an Christus verè esset filius Dei, Matth. 4. v. 11. 12. Marc. 1. v. 12. 13. Luc. 4. v. 1. 14. Redit inde Galilæam, iterumq; ad Johannem commeat, qvi, sicuti de absente egregiè testificatus fuerat, ita præsentem summa cum fide atq; humilitate confessus est, dicens: hic est agnus Dei, qvi tollit peccata mundi. Joh. 1. v. 19. 36. eoqve tempore ex Sectatoribus Johannis, Andreas & Simon, fratres, ad Christum venêre, qvi tunc Simoni cognomentum Cephæ sive Petri, dedit, aut potius dandum prædixit, Joh. 1. v. 37. 42. *qvæ fuit qvasi præparatio qvædam vocationis anno seqventi demum factæ, cum scilicet in Apostolorum numerum sunt assumti.* At inter discipulos nomen professi sunt Philippus & Nathaneel, Joh. 1. v. 43. 51. *qvem aliqvi infirma conjectura Bartholomæum fuisse putant.* Succedit primum illud atqve evidens miraculum aqvæ in vinum conversæ occasione nuptiarum, qvæ Canæ in Galilæa celebrabantur Joh. 2. v. 1. 11. à cognatis Domini, uti ex præsentia & solicitudine Mariæ matris colligitur.

Explodenda verò est fabula, vetus licet, qva Johannes Evangelista sponsus, & Christo superveniente à sponsa abductus asseritur. Recentior etiam est Nicephori traditio, qvod Simon Apostolus, qvi Cananites, sive, ut Luc. 6. v. 15. explicatur, zelotes cognominabatur, sponsus fuerit, qvàm ut fidem mereatur. v. Casaub. ad an. 31. n. 30. Qvi verò miraculum hoc ad annum seqventem differunt, nitũtur veteri Ecclesiæ observatione, qvod eodem

[illegible] sunt adventus Magorum, & Bapti[illegible] [illegible] v. Salian. in anno Christi [illegible] sententiam tuetur etiam Baroni[illegible] [illegible] Chemnit. c. 26.

[illegible] descendit Christus in Ca[illegible] ad lacum Tiberiados, (qvi et[illegible] dicitur) populosam, comita[illegible] [illegible] suis, Joh. 2. v. 12. *natis sci[illegible] Maria, qvæ Cleophæ & Alphæi [illegible]; erant autem fratres sive con[illegible] & Joses, & Judas & Simon.* [illegible] c. 16. v. 1. *Matth. 27. v.* [illegible] *ejus meminêre Nazarethani.* [illegible] Inde ascendit Hierosolymas ad [illegible], (qvod primum est in tempore [illegible] Joh. 2. v. 13. Expellit negotiatores [illegible] Iudæis signa desiderantibus de [illegible] sua, parabolico sermone [illegible] illi de templi ædificio accipi[illegible] [illegible] 14. 22. (*v. Casaub. ad An. 31. n.* [illegible] postmodum multa signa, ut non [illegible] credere viderentur, qvorum ta[illegible] aut hypocrisin ipse probè ha[illegible] Joh. 12. v. 23. 24. 25.

[illegible] colloqvium cum Nicodemo, de [illegible] fidei mysteriis, Joh. 3. v. 1. [illegible] inde in Iudæam, sive regionem [illegible] circumspectam. Joh. 3. v. 22. do[illegible] ac sectatores complures (Joh. 4. v. 1.

dem die 6. Januar. sicut adventus Magorum, & Baptismus, ita etiam hoc acciderit. v. Salian. in anno Christi 31. Verùm communem sententiam tuetur etiam Baronius d. an. 34. add. Harmon. Chemnit. c. 26.

5. Finitis nuptiis descendit Christus in Capharnaum, urbem ad lacum Tiberiados, (qvi etiam marè Galilææ dicitur) populosam, comitatus matre & fratribus suis, Joh. 2. v. 12. *natis scilicet sorore matris Mariæ, qvæ Cleophæ & Alphæi conjux alibi dicitur; erant autem fratres sive consobrini illi Jacobus & Joses, & Judas & Simon. Marc. 6. v. 3. c. 15. v. 39. c. 16. v. 1. Matth. 27. v. 56. ita etiam sororum ejus meminêre Nazarethani. Marc. 6. v. 3.* Inde ascendit Hierosolymas ad festum Paschale, (qvod primum est in tempore ministerii) Joh. 2. v. 13. Expellit negotiatores ex templo, & Iudæis signa desiderantibus de morte & resurrectione sua, parabolico sermone respondet, qvem illi de templi ædificio accipiunt. v. Joh. 2. v. 14. 22. (*v. Casaub. ad An. 31. n. 38.*) Edit tamen postmodum multa signa, ut non pauci in eum credere viderentur, qvorum tamen infirmitatem aut hypocrisin ipse probè habat perspectam. Ioh. 12. v. 23. 24. 25.

Seqvitur colloqvium cum Nicodemo, de summis Christianæ fidei mysteriis, Ioh. 3. v. 1. 21. digressus inde in Iudæam, sive regionem Hierosolymis circumspectam. Ioh. 3. v. 22. docuit, & discipulos ac sectatores complures (Ioh. 4. v. 1.

4. v. 1.) nactus est, & baptizavit, Joh. 3. v. 22. non ipse tamen, sed per discipulos, ut mox explicatur. Joh. 4. v. 2.

Qvanqvam ex Pseud-Evodio Nicephori Petrum solum Christi manibus baptizatum velint, qvi ex prærogativa Petri Monarchiam Romani Pontificis exædificant. Baron. in an, 31. n. 40. ubi vid. Casaubon. Salian. in an. 31. n. 3. &c.

6. Eodem tempore D. Johannes continuabat ministerium suum, baptizans in Ænon, loco aqvis commodo, haud procul à Jordane, egregiumqve iterum testimonium Christo perhibet, discipulosqve suos ab intempestivo zelo revocat. v. Joh. 3. v. 23. 27. 36. Nondum enim conjectus erat in carcerem, uti dicitur Joh. 3. v. 24. *Unde patet, solum Evangelistam Johannem memorare ea, qvæ Christus ante captivitatem Johannis egerit, ceteri enim post eam ordiuntur, Matth. 4. v. 12. Marc. 1. v. 14. Luc. 4. v. 14.* Sed id paulò post factum est, jussu Herodis Tetrarchæ, non tàm ob magnum populi favorem, & metum seditionis, ut tradit Joseph. lib. 18. c. 7. qvàm propter objectum atqve improbatum incestum cum fratris uxore. Matth. 14. v. 3. 4. Marc. 6. v. 17. Luc. 3. v. 19.

Fratrem Herodis, cui uxorem Herodiadem abduxerat, Philippum sacri Scriptores nominant, qvorum testimonio standum est, etsi Josephus eum Herodem vocet, d. l. potuit autem duplex nomen habuisse, & Philippi & Herodis. Sicut & raptor ipse Herodes & Antipas appellabatur. Neqve tamen ideo necesse est, ut is Philippus fue-

[illegible], qvemadmodum vulgò existi[illegible] fuit Salome. Joseph. d. l. v. [illegible] n. 47.

[illegible] captura Johannis. Matth. 4. v. 12. [illegible] invidia, in Galilæam redeun[illegible] Dominus. Joh. 4. v. 1. 3. In [illegible] in Samariam sive regio[illegible] ad oppidum Sichar, vel Si[illegible] habuit cum muliere illa Sa[illegible] civitate ipsa magno cum assensu [illegible] qvi dicebant: *hic est verè Serva[illegible]*, Joh. 4. v. 5. 41. 42.

[illegible] colligi potest ex verbis Do[illegible] *adhuc qvatuor menses sunt* [illegible] positum illarum regionum [illegible] Decembri, vel inchoato Januario. [illegible] anni captus est Johannes, qvan[illegible] demum anno actum patent, v. [illegible] 3. c. 2. Chemnit. c. 32.

[illegible] verò in Galilæam, ubi satis [illegible] exceptus est, qvanqvam ipse [illegible], Prophetam non honorari [illegible] propter educationem suam vul[illegible] Galilæa.) Joh. 4. v. 44. 45. sa[illegible] (*alii regulum maluni.*) in Ca[illegible] scilicet Herodis Tetrarchæ, [illegible] solebat. Marc. 6. v. 14. Hoc [illegible], clarum scilicet & latè divul[illegible], postqvam Christus alterâ [illegible] in Galilæam rediisset. Joh. 4.

fuerit Tetrarcha Iturææ, qvemadmodum vulgò existimatur, ejus enim conjux fuit Salome. Joseph. d. l. v. Casaub. ad Baron. an. 31. n. 47.

7. Intellectâ capturâ Johannis, Matth. 4. v. 12. & Pharisæorum invidia, in Galilæam redeundum sibi esse, censuit Dominus. Joh. 4. v. 1. 3. In itinere verò transiens in Samariam sive regionem Samaritanam ad oppidum Sichar, vel Sichem colloqvium habuit cum muliere illa Samaritana, & in civitate ipsa magno cum assensu civium docuit, qvi dicebant: *hic est verè Servator mundi Christus.* Joh. 4. v. 5. 41. 42.

Tempus hujus itineris colligi potest ex verbis Domini, Joh. 4. v. 35. cum ait: *adhuc qvatuor menses sunt ad messem.* Qvod secundum positum illarum regionum congruit exeunti Decembri, vel inchoato Januario. Circa finem itaq; primi anni captus est Johannes, qvanqvam id multi seqventi demum anno actum putent. v. Calixt. in Harmon. lib. 3. c. 2. Chemnit. c. 32.

Post reditum verò in Galilæam, ubi satis humaniter primò exceptus est, qvanqvam ipse jam tùm testaretur, Prophetam non honorari in patria, (qvæ propter educationem suam vulgò habebatur Galilæa.) Joh. 4. v. 44. 45. sanavit filium Regii, (*alii regulum malunt.*) in Capernaum, ministri scilicet Herodis Tetrarchæ, nam & is Rex vocari solebat. Marc. 6. v. 14. Hoc dicitur secundum, clarum scilicet & latè divulgatum miraculum, postqvam Christus alterâ jam vice è Judæa in Galilæam rediisset. Joh. 4. v. 46. 54.

Si-

Secundus Annus Ministerii Christi.

An. Ær. Chr. 30. verus secund. Calvis. 33. communiter 32.

8. Initium hujus anni, Autorum, qvos allegavimus, vestigia legentes, ponimus in publica illa prædicatione Salvatoris nostri, per Synagogas Galilææ. Matth. 4. v. 12. Marc. 1. v. 14. 15. Luc. 4. 14. 15. cùmqve idem faceret in Nazareth, periculum vitæ adiit, ejectus à civibus suis; & tantùm non de montis vertice præcipitatus. Luc. 4. v. 16. 29. Evasit autem, divinâ scilicet potentia, per medium eorum. d. l. v. 30. & domicilium constituit, & prædicare cœpit in Capernaüm. Matth. 4. v. 13. 17. Vocat ibi qvatuor discipulos, Petrum & Andream fratres, Jacobum & Johannem, itidem fratres Zebedæi filios, omnes piscatores, Matth. 4. v. 18. 22. Marc. 1. v. 16. 20. cùm priùs miraculosa piscium captura eos commovisset. Luc. 5. v. 1. 11. *nisi id, ut aliqvibus videtur, alio tempore factum est*; Regressus in civitatem liberat dæmoniacum in ipsa Synagoga. Marc. 1. v. 21. 28. Luc. 4. v. 31. 37. sanat socrum Petri febricitantem, Marc. 1. v. 29. 31. Luc. 4. v. 38. 39. qvod alio loco per recapitulationem memorat Matthæus c. 8. v. 14. 15. Circa vesperam plurimis aliis, contra varia mala auxilium tulit. Matth. 8. v. 16. 17. Marc. 1. v. 32. 34. Luc. 4. v. 40. 41. Secedit inde qvietis & orationis causa in locum desertum, sed seqvente magnâ hominum

rum turbâ. Marc. 1. v. 35. 38. Luc. 4. v. 42. 43. totamqve iterum Galilæam peragrat, & in Synagogis docet. Marc. 1. v. 39. Luc. 4. v. 44. Matth. 8. v. 23. 25.

9. In itinere illo sanavit leprosum. Marc. 1. v. 40. Luc. 5. v. 12. 16. & paulò post, cum Capernaum rediisset, paralyticum, cui etiam peccata remisit. Marc. 2. v. 1. 12. Matth. 9. v. 2. 8. Luc. 5. v. 17. 26. Vocat Matthæum à telonio, Marc. 2. v. 13 14. Luc. 5. v. 27. 28. qvod Matthæus ipse alio loco narrat, c. 9. v. 9.

Variè hic interpretes rerum gestarum seriem ordinant, nam qvi leprosum illum, cujus meminit Matthæus, c. 8. v. 2. eundem putant, qvem Marcus & Lucas describunt, conciones Domini, c. 5. 6. 7. Matth. enarratas hic interserunt, tùm ordini D. Matthæi insistentes, ante ejus vocationem recensent historias, de servo centurionis, de filio viduæ in Nain, & alia, c. 8. & 9. Matth. tradita. Vid. post multos Georg. Calixt. lib. 3. Harmon. Nos hic Chemnitium secuti sumus. vid. rationes ejus Harm. c. 36. & 43.

10. Post hæc ascendit Hierosolymam ad festum Judæorum, eminenter ita dictum, scilicet ad Pascha, ibiqve curat hominem, qvi 38. annos decubuerat ad lacum Bethesda. Joh. 5. v. 1. 15. qvod, cum in Sabbatho feciset, secuta est acris Judæorum cum Domino disputatio, in qva se Christus satis clarè filium Dei profitetur, & de agnitione veritatis, & extremo judicio graviter & divinè pronunciat. Joh. 5. v. 10. ad fin.

Hoc secundi anni Pascha statuit etiam Baron. an. 32. n. 1. & D. Calixtus, sed alio ordine. v. Harm. Lib. 3.

c.1. Verùm Calvisius cum Scalig. Pascha hujus anni qværit in historia Apostolorum spicas vellentium. Matth. 12. Marc. 2. & in Sabbatho secundo primo, qvod notat Luc. c. 6. v. 1. & festum, Joh. 5. v. 1. pro alio qvodam habet, eodem tamen anno celebratum.

Durante Paschali solennitate, & in aliqvo ejus die, sive Sabbatho mox secuto, Apostoli cum Christo per sata euntes, & spicas vellentes, arguuntur à Pharisæis, defenduntur autem à Domino. Matth. 12. v. 1. 8. Marc. 2. v. 23. 28. Luc. 6. v. 1. 5.

Accidisse hoc ait D. Lucas in Sabbatho δευτεροπρώτῳ, secundo primo, qvam vocem variè explicant interpretes. v. Chemnit. c. 45. Harm. Noviter verò & probabiliter ex Levit. 23. 15. eandem interpretatus est Scaliger in 6. de emend. temp. & in Canon. lib. 1. c. 6. & lib. 3. ad idem cap. lib. 1. v. Casaub. in an. 32. n. 2. Tertium, sive tertii anni Pascha inde eruunt aliqvi, qvi qvinqve statuunt Paschata, ut Calixt. in Harmon. Lib. 4. c. 1.

Eadem qvæstio de Sabbathi observatione agitur in Synagoga qvadam occasione hominis, cujus aridam manum Dominus restitueret. Matth. 12. v. 9. 14. Marc. 3. v. 1. 5. Luc. 6. v. 6. 10. Id in Galilææ finibus accidisse videtur, mentione Herodianorum, setellitum nempe Herodis Tetrarchæ, (*alii malunt sodales qvosdam, in honorem Herodis magni, institutos intelligere.* v. Scalig. ad n. Euseb. 1983.) qvibus cum Pharisæi contra Dominum conspirarunt. Marc. 3. 6. Luc. 6. v. 11. Hujus periculi vitandi causâ secessit Jesus, inseqvente eum magnâ populi multitudine

Judæa & Phœnicum finibus, ut in ... ne à turba premeretur, con... sanavit autem multos, & dæ... qvibus nolebat se filium Dei vo... 12. v. 14. 21. Marc. 3. v. 6. 11.

...illo, post preces totâ nocte ad ... fusas, ascendens in montem, ... Apostolorum numero viros duode... Apostolos vocavit, qvibusdam et... dedit cognomina. Marc. 3. v. 13. ... de qvibus latiùs in seqventi... Qvo facto tùm ad illos, tum ... hominum turbas, conciones il... Matth. c. 5. 6. 7. & Luc. 6. traditas. ... ex illis in campestria descen... innuit D. Lucas c. 6. v. 17.

... diversis habenda sunt, qvæ cum ali... duo illi Evangelistæ commemorant; ... multis videatur, conciones qvas... temporibusqve habitas in unum lo... v. Chemnit. in Harm. c. 51. Calixt. Lib.

... sermonibus, sanavit leprosum, ... (nisi idem hic per recapitulatio... qvod iisdem circumstantiis ... c. 1. & Luc. c. 5. aut illa per an... narrata huc pertineant, ut pleriq; ... de Capernaum ingressus servum ... paralyticum, Matth. 8. v. 5. 13. Luc. ... mox ille, ut ex Græco textu Luc.

ne ex Galilæa, Judæa & Phœnicum finibus, ut in naviculam ejus, ne à turba premeretur, conscendendum esset, sanavit autem multos, & dæmones ejecit, à qvibus nolebat se filium Dei vocari. v. Matth. 12. v. 14. 21, Marc. 3. v. 6. 12.

11. In secessu illo, post preces totâ nocte ad cœlestem Patrem susas, ascendens in montem, selegit à Discipulorum numero viros duodecim, eosqve Apostolos vocavit, qvibusdam etiam peculiaria dedit cognomina. Marc. 3. v. 13. 19. Luc. 6, 12. 19. de qvibus latiùs in seqventibus acturi sumus. Qvo facto tùm ad illos, tùm ad confluentes hominum turbas, conciones illas habuit Matth. c. 5. 6. 7. & Luc. 6. traditas. Qvædam etiam ex illis in campestria descendens repetiit, ut innuit D. Lucas c. 6. v. 17.

Neqve enim pro diversis habenda sunt, qvæ cum aliqva differentia duo illi Evangelistæ commemorant; qvamvis D. Mattæus multis videatur, conciones qvasdam diversis locis temporibusqve habitas in unum locum congessisse. v. Chemnit. in Harm. c. 51. Calixt. Lib. 3. c. 5.

12. Finitis sermonibus, sanavit leprosum, Matth. 8. v. 1. (nisi idem hic per recapitulationem narretur, qvod iisdem circumstantiis tradidêre. Marc. c. 1. & Luc. c. 5. aut illa per anticipationem narrata huc pertineant, ut pleriq; censent,) deinde Capernaum ingressus servum Centurionis paralyticum, Matth. 8. v. 5. 13. Luc. 7. v. 1. 10. & mox die, ut ex Græco textu Luc.

7. v. 11. colligi poteſt, ſeqventi reſuſcitat filium viduæ in Nain. Luc. 7. v. 11. 17.

De ordine ſeqventium factorum dictorumqve Chriſti, admodum diſcrepant interpretes, qvorum alii D. Matthæum ſeqvuntur, alii Marcum & Lucam, & Matthæum hic repetitione, ſive ut D. Auguſtinus loqvitur, rememoratione uti ſtatuunt, qvos ſeqvitur Chemnit. in Harm. c. 54.

13. E vulgatis tot Chriſti miraculis, & Diſcipulorum ſuorum dubitatione, motus D. Johannes, è carcere ablegat ad Chriſtum duos, de perſona & officio ejus inqviſituros, utiqve non ſua, ſed ipſorum cauſa, qvos videbat ægrè à ſe divelli, & ad Chriſtum adduci poſſe, niſi novâ hac informatione erectos. Luc. 7. v. 18. 23. Matth. 11. v. 2. 6. ſeqvitur reſponſum Chriſti ad miracula ſua, provocantis, & egregia de Johanne teſtificatio. d. l. Matth. 11. v. 7. 15. Luc. 7. v. 24. 28. 30. cui ſubnectitur gravis qverela, de ingratitudine & ſtupore Judæorum, & civitatum Galilææ. Matthæi 11. v. 16. 24. Luc. 7. v. 31. 35. tùm precatio ad Deum, & dulciſſima invitatio ad pœnitentes & afflictos Matth. 11. v. 25. 30. cui mox humaniſſimo exemplo fidem fecit, dum vocatus ad convivium à Phariſæo qvodam, benignè ſuſcipit mulierem peccatricem, lacrymis pedes Domini rigantem, & ungvento ungentem. Luc. 7. v. 36. 50.

Hanc mulierem Magdalenam fuiſſe magno conatu defendunt pleriqve, qvi ab una tantùm unctum fuiſſe Chriſtum ſtatuunt, qvibusqve & hæc peccatrix, & Ma-

... eſt, qvæ Magdalena dicitur. v.
... ſeqq. ſed egregiis argumentis ...
... Magdalenam alteri à Galilæa,
... Bethanienſem, duduṁ eruerunt
... viri, qvos Baronius immerito
... vocat. v. Jacob. Faber Stapulenſ. de
... n. 17. Chemnit. 57. 58.

... peregrinationem per vicos & ca-
... ſuſceptam, in qva eum ſeqvеban-
... tantùm, ſed & mulieres, & inter
... Magdalena, ſeptem dæmoniis libera-
... pauperatem Domini opibus
... Luc. 8. v. 1. 3. rediit domum,
... i. e. Capernaum, oblatumqve ſibi
... Diabolus cæcum & mutum
... idq; factum, tanqvam ipſius
... ret, propterve calumniantibus
... egregiè defendit, eosqve in
... peccare arguit, ſignumq; pe-
... hiſtoriam ſive typum mortis &
... ſuæ ablegat Matth. 12. v. 22. 45.
... add. Luc. 11. v. 14. 28. *qvæ ta-*
... modum alio tempore facta exiſti-
... Harm. c. 59 alii Lucam recapitu-
...

... contentione, tùm inedia, &
... fatigatum Dominum, cognati
... habere voluerunt, veriti, ne in a-
... retur; judicabant enim de eo tan-
... viribus ſuis abutente, ſive qvod

 cu-

Maria soror Lazari eadē est, qvæ Magdalena dicitur. v. Bar. in. an. 32. n. 17. & seqq. sed egregiis argumentis tres unctrices, & duas Marias, Magdalenam alterā à Galilæa, alteram Lazari sororem Bethanienſem, dudum eruerunt & probarunt doctiſſimi viri, qvos Baronius immeritò Sextos & Pyrrhones vocat. v. Jacob. Faber Stapulenſ. de trib. unctric. Caſaub. ad d. n. 17. Chemnit. 57. 58.

13. Poſt peregrinationem per vicos & caſtella Galilææ ſuſceptam, in qva eum ſeqvebantur non Apoſtoli tantùm, ſed & mulieres, & inter eas Maria Magdalena, ſeptem dæmoniis liberata, & aliæ, qvæ paupertatem Domini opibus ſuis ſublevabant. Luc. 8. v. 1. 3. rediit domum. Marc. 3. v. 20. i. e. Capernaum, oblatumqve ſibi hominem, qvem Diabolus cæcum & mutum effecerat, reſtituit, idq; factum, tanqvam ipſius Diaboli ope fieret, proptervè calumniantibus Scribis & Phariſæis, egregiè defendit, eosqve in Spiritum ſanctum peccare arguit, ſignumq; petentes, ad Jonæ hiſtoriam ſive typum mortis & reſurrectionis ſuæ ablegat Matth. 12. v. 22. 45. Marc. 3. v. 22. 30. add. Luc. 11. v. 14. 28. *qvæ tamen ad eundem modum alio tempore facta exiſtimat Chemnit. in Harm. c. 59 alii Lucam recapitulatione uti putant.*

Ea verborum contentione, tùm inedia, & populi confluxu, fatigatum Dominum, cognati ejꝰ in poteſtate habere voluerunt, veriti, ne in amentiā prolaberetur; judicabant enim de eo tanqvam de homine viribꝰ ſuis abutente, ſive qvod

custodiæ hujus familiaris obtentu, ab instante à Pharisæis persecutione eum liberare cuperent. Marc. 3. v. 20. 21. Chemnit. c. 59. Calixt. lib. 4. c. 4. Respondit autem iis, qvi nunciabant, matrem & fratres sive cognatos ejus, eum expectare, præferre se cognationem spiritualem carnali, i. e. fideles suos sibi matre & fratribus, solo cognationis jure spectato, longè chariores esse. Matth. 12. v. 46. 50. Marc. 3. v. 31. Luc. 8. v. 19. 21.

Matrem sanè Domini consilii illius de capiendo Christo expertem fuisse, fides & pietas ejus dubitare non sinit, at fratres sive agnatos tale qvid tentâsse mirum non est, cum non crederent eum, uti expressè dicitur Joh. 7. v. 5. Liberat tamen & hos ab ignominioso hoc consilio Casaubonus, qvi ex versione Arabica ita interpretatur verba D. Marci c. 3. v. 21. Ac si tantùm voluissent Dominum prehendere, atqve ex turba eum auferre, medicamine refovendum, qvod putarent eum deliqvium pati ex continua vexatione. v. Exercit. ad an. 32. n. 29. Baron.

14. Illo ipso die, ut notat D. Matthæus, digressus ex urbe docuit populum, stans in navicula ad littus maris sive lacus. Proposuit autem aliqvas parabolas de semente, de zizaniis, de grano sinapis, de fermento. Matth. 13. v. 1. 35. Marc. 4. v. 1. 34. Luc. 8. v. 4. 18. eas deinde domum reversus discipulis familiariter explicavit, & alias adjecit de thesauro, de margarita, de reti in mare projecto. Matth. 13. v. 36. 52. Jam, ut ex ordine à D. Marco servato apparet, (*Mattha-*

... & Luc. c. 8, 22. alio tempore & ... factum sit, ubi etiam Mat- ... autores sequuntur. v. Baron. ... Calix. Lib. 3. c. 8.) cum nec domi in ... extra illud qviescendi facultas ..., consilium cœpit trans- ... in alterum lacus litt9. Marc. ... Scribæ cuidam, comitem ..., ad sepulturam suorum disces- ... etiam, qvi suis valedicere vo- ... animos perspectos atq; co- ..., respondet ea, qvæ habentur ... & Luc. 9. v. 57. ubi vid. Chem- ... navim Christo & Discipulis, ... tempestas magna, qvam Dominus ..., Matth. 8. v. 23. 27. Marc. 4. v. 36. ... 22. 25.

... trans lacum, qvæ à duobus oppi- ... Gerasenorum sive Gerasenorum ..., cognominabatur, homines ... crudeliter infestos, liberavit; ... vero permisit, ut in porcorum gre- ..., qvem, cum illi in mare præcipi- ... moti, & plura verentes inco- ... rogarunt Dominum, ut è finibus il- ... Matth. 8. v. 28. 34. Marc. 5. v. 1. 20. ...

... Lucam unius tantùm obsessi men- ..., qvi altero longè sævior fuit, & so- ... est. v. Chemnit. c. 65. con-

 tra

theus enim c. 8, 18. & Luc. c. 8, 22. alio tempore & loco id narrant, nisi bis factum sit, ubi etiam Matthaei seriem graves autores sequuntur. v. Baron. in an. 32. n. 3. Calixt. Lib. 3. c. 8.) cum nec domi in oppido, neqve extra illud qvieſcendi facultas Domino relinqveretur, conſilium cœpit transfretandi eâ veſperâ in alterum lacus litto. MARC. 4. v. 35. Eô dum iret, Stribæ cuidam, comitem ſe offerenti, & alii, ad ſepulturam ſuorum diſceſſum paranti, tertio etiam, qvi ſuis valedicere volebat, cum omnium animos perſpectos atq; cognitos haberet, reſpondet ea, qvæ habentur, MATTH. 8. v. 19. 22. & Luc. 9. v. 57. ubi vid. Chemnit. c. 63. Ingreſſis navim Chriſto & Diſcipulis, ſupervenit tempeſtas magna, qvam Dominus verbo ſedavit, MATTH. 8. v. 23. 27. MARC. 4. v. 36. 41. Luc. 8. v. 22. 25.

In regione trans lacum, qvæ à duobus oppidis vicinis, Gercheſenorum ſive Geraſenorum & Gadarenorum, cognominabatur, homines duos, à dæmoniis crudeliter infeſtos, liberavit; Dæmonibus verò permiſit, ut in porcorum gregem irruerent, qvem, cum illi in mare præcipitâſſent, damno eo moti, & plura verentes incolæ locorum, rogârunt Dominum, ut è finibus illis diſcederet. MATTH. 8. v. 28. 34. MARC. 5. v. 1. 20. Luc. 8. v. 26. 39.

Apud Marcum & Lucam unius tantùm obſeſſi mentio fit, illius nempè, qvi altero longè ſævior fuit, & ſolus dein Chriſtum ſecutus eſt. v. Chemnit. c. 65. con-

tra Andr. Osiandr. qvi diversas hic suo more facit historias add. Calixt. lib. 3. Harm. c. 8.

Ann. Ær. Chr. 32. secund. Calvis.

15. Rediit itaqve Dominus ad domicilium suum in Capernaum, & convivio unà cum Discipulis exceptus est ab Apostolo suo Matthæo. Cum ei Pharisæi consortia publicanorum & aliorum ejusmodi hominum objicerent, respondit, se peccatorum causâ in mundum venisse, rationem etiam reddidit qvibusdam, qvi Johannis Baptistæ doctrinam & disciplinam sectabantur, cur non ad illius exemplum sæpius jejunarent Discipuli sui Matth. 9. v. 1. 18. Marc. 5. v. 21. Marc. 2. v. 15. 22. Luc. 8. v. 40. c. 5. v. 29. 39.

Ita hæc ordinat Chemnitius, qvi Matthæum convivium hoc suo loco memorare statuit, vocationem vero per occasionem recapitulare : Marcum verò & Lucam vocationem justo tempore tradere, & convivii ea occasione simul mentionem facere. Ceteri interpretes hæc omnia, & qvæ apud Matth. mox seqvuntur, longè prius facta censent. Calvisius ab hoc convivio tertium annum ministerii inchoat, aliter v. illius anni historias tradit Calixt. Lib. 4. Concord.

Inter sermones illos rogatus suppliciter à Jairo Archi-Synagogo, resuscitat filiam ejus mortuam, & dum ad domum ejus se conferret, sanat mulierem Hæmorrhousam Matth. 9. v. 18. 26. Marc. 5. v. 22. 43. Luc. 8. v. 41. 56. *De statua Christi & hujus mulieris, Cæsareæ Philippi sive Paneadæ à se visa, & herba ei adnasci solita, vid. Euseb. Lib. 7. Hist. Eccles. c. 14.*

Sub-

...D. Matthæus historiam de duobus ...omino sanatis, Matth. 9. v. 27. 31. & dæ... ...v. 32. 34. qvem Pharisæi iterum ...dæmonis restitutum esse; *quod alii ...*, *qvæ §. 13. recensuimus.* Et post ...collocandus esse secundus reditus ...oppidum Nazareth, ubi eum iterum ...stupore, contemtu & incredulitate ...ves sui. Marc. 6. v. 1. 6. Matthæus id ...c. 13. v. 54. 58.

...ius Annus Ministerii Christi.

An. Chr.

...Initium tertii anni pertinere vide... ...Domini per vicos Galilææ, nota... ...c. 6. v. 6. & Matth. c. 9. v. 35. 38. ...est solennis illa missio duodecim ...ad prædicandum Evangelium & ...cum præceptis qvibusdam ad ...propositum specialiter accomoda... ...10. v. 1. 15. Marc. 6. v. 7. 11. Luc. ...tamen prolixiori commonefa... ...qvæ aliqvando, non tam in illa le... ...qvàm in ordinario ministerio, post a... ...suam Discipulis essent eventura. ...v. 16. 42. Egressi autem Apostoli ...dæmonia ejecerunt, & ægros sanâ-

 runt.

Subjungit D. Matthæus historiam de duobus cæcis à Domino sanatis, Matth. 9. v. 27. 31. & dæmoniaco muto. v. 32. 34. qvem Pharisæi iterum dicebant, ope dæmonis restitutum esse; *qvod alii adeo referunt, qvæ §. 13. recensuimus.* Et post hæc videtur collocandus esse secundus reditus Domini ad oppidum Nazareth, ubi eum iterum magno cum stupore, contemtu & incredulitate exceperunt cives sui. Marc. 6. v 1. 6. Matthæus id alio loco refert. c. 13. v. 54. 58.

Tertius Annus Ministerii Christi.

16. Ad initium tertii anni pertinere videntur circuitus Domini per vicos Galilææ, notatus à D. Marco c. 6. v. 6. & Matth. c. 9. v. 35. 38. qvem secuta est solennis illa missio duodecim Apostolorum, ad prædicandum Evangelium & miracula edenda, cum præceptis qvibusdam ad id tempus & propositum specialiter accomodatis Matth. 9. 10. v. 1. 15. Marc. 6. v. 7. 11. Luc. 9. v. 1. 5. addita tamen prolixiori commonefactione de iis, qvæ aliqvando, non tam in illa legatione, qvàm in ordinario ministerio, post ascensionem suam Discipulis essent eventura. Matth. 10. v. 16. 42. Egressi autem Apostoli prædicârunt, dæmonia ejecerunt, & ægros sanâ- An. Ær. Chr. 31.

runt. Marc. 6. v. 12. 13. Luc. 9. v. 6. idemqve interim Christus ipse faciebat. Matth. 11. v. 1.

Ad hoc tempus plerique referunt legationem Discipulorum Johannis, quam nos supra n. 12. narravimus.

17. Interea haud diu ante Paschatos festum, Herodes Antipas, persvasus ab adultera Herodiade ejusqve filiâ, Johannem Baptisten hactenus in vinculis habitum, capite rruncare jussit. Matth. 14. v. 6. 12. Marc. 6. v. 21. 29. add. Joseph. lib. 18. antiq. c. 7. *cujus verba referri merentur, hominis licet Judæi, & verum Evangelii Johannis sensum atque scopum ignorantis aut dissimulantis:*

Hunc, Johannem, qvi Baptista cognominatus est, Tetrarcha necavit, virum optimum, Judæos excitantem ad virtutum studia, & imprimis pietatis & justitiæ, simulqve ad Baptismi lavacrum; qvod ita demum Deo gratum ajebat fore, si non ab uno tantùm alteróve peccato abstineant, sed animis per justitiam prius mundatis, addant & puritatem corporis.

Corpus Johannis ad sepulturam concessum est Discipulis ejus. Marc. 6. v. 29. translatum autem postmodum fuisse dicitur Samariam sive Sebasten. vid. Baron. in an. 33. n. 4. & ibi Casaubon.

18. Famâ factorum Christi & Apostolorum ejus ad Herodem perlatâ, dixit ille aut addubitavit, num Joannes è morte revixisset. Matthæi 14. v. 1. 2. Marc. 6. v. 14. 15. 16. eôqve Jesum

...deliberavit, Luc. 9. v. 7. 8. 9. *vid. Ba-* ... *& ibi Casaubon.* Id cum au-... à Discipulis Johannis, & Apo-... tempore rediissent, secessit cum his ... cum qvietis causâ in locum soli-... procul Bethsaidâ; *in opposita ta-... in ditione Philippi, ut not. Chem-* ... & ibi à turbis circumventus, ... per summum miraculum, cùm ... panes & pisces duos haberet, ... mille, non computatis mulieri-... Matth. 14. v. 13. 33. Marc. 6. v. 30. ... 10. 17. Johan. 6. v. 1. 15. *ubi versu ... notatur, fuisse circa Pascha Judæo-*

... vesperam, ut plebi, regnum sibi de-... subtraheret, Joh. 6. v. 15. in mon-... solus, Apostolos autem jubet mare ... navi trajicere, (qvod multi de sinu ... explicant, v. Chemnit. d. c. ... cum illi noctu, adversante vento, ... Christus ad eos rediit, pedibus ... ambulans, unde timentes Apostoli, ... videre putabant; Petrus verò ac-... mandato, obviam ei factus, & ex ... fidei penè mersus, servatur à Chri-... 14. v. 23. 33. Marc. 6. v. 47. 52. Joh. ... appellunt deinde ad regionem Ge-... ubi plurimos ægrotos sanavit. Matth.

14.

sum videre desideravit, Luc. 9. v. 7. 8. 9. *vid. Baron. in an. 33. n. 8. & ibi Casaubon.* Id cum audisset Dominus à Discipulis Johannis, & Apostoli eodem tempore rediissent, secessit cum his tùm securitatis, tùm qvietis causâ in locum solitarium haud procul Bethsaidâ; *in opposita tamen regione Peræa, in ditione Philippi, ut not. Chemn. c. 177.* Verùm & ibi à turbis circumventus, cibavit ex iis per summum miraculum, cùm qvinqve tantùm panes & pisces duos haberet, viros qvinqvies mille, non computatis mulieribus & pueris, MATTH. 14. v. 13. 33. MARC. 6. v. 30. 46. Luc. 9. v. 10. 17. Johan. 6. v. 1. 15. *ubi versu qvarto tempus notatur, fuisse circa Paschа Judæorum.*

Circa vesperam, ut plebi, regnum sibi deferenti, sese subtraheret, Joh. 6. v. 15. in montem secedit solus, Apostolos autem jubet mare, sive lacum navi trajicere, (qvod multi de sinu tantùm qvodam explicant, v. Chemnit. d. c. 179.) qvod cum illi noctu, adversante vento, ægrè facerent, Christus ad eos rediit, pedibus super mare ambulans, unde timentes Apostoli, spectrum se videre putabant; Petrus verò accepto Domini mandato, obviam ei factus, & ex infirmitate fidei penè mersus, servatur à Christo. MATTH. 14. v. 23. 33. MARC. 6. v. 47. 52. Joh. 6. v. 18. 21. Appellunt deinde ad regionem Genesareth, ubi plurimos ægrotos sanavit. MATTH.

14.

14. v. 34. 36. Marc. 6. v. 53. tùm tranqvillo ſcilicet jam lacu, rediêre Capernaum. Joh. 6. 17. *Ibi enim ultimus itineris terminus notatur, omiſſa exſcenſione intermediâ in Geneſareth.*

19. Poſtero die à populo, qvi eum qvæſierat, & partim navibus à Tiberiade advectus erat, inventus, concionem de ſpirituali cibo carnis ſuæ, i. e. de vera fide, & de primaria cauſa, cur ſe qværere atqve deſiderare deberent, habuit. Joh. 6. v. 22. 51. qvod pleriqve crudè & cum ſcandalo accipiebant. d. l. v. 52. & è Diſcipulis etiam multi ab eo diſcedebant ſermones ejus nimis duros cauſantes. d. c. v. 60. 66. (*Inter qvos tamen Marcum Evangeliſtam immeritò numerari putamus, licèt id tradat Epiphanius, incautè aſſentiente Baron. in an. 33. n. 13. ubi vid. Caſaubon.*) Interrogante verò Domino Apoſtolos, an & ipſi diſceſſuri eſſent? Reſpondit nomine omnium Petrus: *Domine, ad qvem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognoſcimus, qvod tu es Chriſtus, filius Dei vivi.* Joh. 6. v. 67. 69. ubi tamen ſubjicitur, qvomodo Chriſtus Judæ proditoris apoſtaſian prædixerit. v. 70. 71.

Ad Paſcha tertii hujus anni, qvod indicari diximus à Johanne c. 6. v. 4. an adſcenderit Chriſtus, ex Hiſtoria Evangelica erui liqvidò neqvit. Affirmant iu qvinqve Paſchatum auctores, & qvi hactenus tradita & mòx ſeqvutura, in duorum annorum geſta diſtingvunt, & tertium qvartumq; Paſcha per conjecturas eliciunt. v. Calviſ. h. in anno 31. & 32. aliter Calixt. in Harm.

Lib.

[...] Propendet autem Chemnitius [...], qvod Dominus libertate ſua uſus, [...] v. Joh. 7. v. 3. qvam ſua ſpon[te], [...] tùm etiam metu Judæorum. Joh. [...] hoc anno ad feſtum Paſchale, [...] venerit, ut ex d. Joh. c. 7. [...] in annum qvartum differunt alte[...] [...]

[...] hoc tempore, poſt feſtum, [...] Paſchale, Scribæ & Pharisæi Hiero[...] [...], ubi Dominus verſabatur: [...] qvæſtionum occaſiones captan[...] [...], à Diſcipulis Chriſti ne[...] [...], reſpondet Dominus de vera [...] & interna puritate, & Apoſto[...] [...] dixiſſe videbatur, expli[...] [...] v. 1. 20. Marc. 7. v. 1. 23. Secedit [...] Tyriorum & Sidoniorum, & exo[...] [...] petitione mulieris Cananææ, fili[...] [...] Dæmone liberat. Matth. 15. v. 21. 28. [...] 29. Regreſſus deinde ad mare [...] variè afflictis ſalutem reddit. [...] 31. Inter alios reſtituit qvem [...] auribus captum, cum ſputo ſuo [...] membra, & vocem *Ephata*, [...] pronunciaſſet. Marc. 7. v. 31. 37. [...] præter mulieres ac pueros, ſeptem [...] aliqvot ſatiavit. Matth. 15. [...] Marc. 8. v. 1. 10. Conſcenſa navi tra[...] [...] Magdala, *unde ſine dubio Mariæ [...] cognomen eſt, nec admitti debet fa*[bu-]

Lib. 4. c. 1. & Lib. 5. c. 1. Propendet autem Chemnitius in eam sententiam, qvod Dominus libertate sua usus, nec alieno potiùs impulsu, v. Joh. 7. v. 3. qvam sua sponte è loco vile videretur, tùm etiam metu Judæorum. Joh. 7. v. 1. non ascenderit hoc anno ad festum Paschale, qvànqvam ad Scenopegiam venerit, ut ex d. Joh. c. 7. constat, qvam tamen in annum qvartum differunt alterius sententiæ defensores.

20. Venerunt hoc tempore, post festum, ut videtur, Paschale, Scribæ & Pharisæi Hierosolymis in Galilæam, ubi Dominus versabatur: Joh. 7. v. 1. & qvæstionum occasiones captantes, de lotione manuum, à Discipulis Christi neglecta disputant, respondet Dominus de vera legis observantia & interna puritate, & Apostolis suis, qvæ obscuriùs dixisse videbatur, explicat. Matth. 15. v. 1. 20. Marc. 7. v. 1. 23. Secedit inde ad fines Tyriorum & Sidoniorum, & exoratus instanti petitione mulieris Cananææ, filiam ejus à Dæmone liberat. Matth. 15. v. 21. 28. Marc. 7. v. 24. 29. Regressus deinde ad mare Galilææ multis variè afflictis salutem reddit. Matth. 15. v. 29. 31. Inter alios restituit qvendam lingvâ & auribus captum, cum sputo suo affecta tetigisset membra, & vocem *Ephata*, (i. e. *aperire*) pronunciasset. Marc. 7. v. 31. 37. Viros 4000. præter mulieres ac pueros, septem panibus & piscibus aliqvot satiavit. Matth. 15. v. 32. 39. Marc. 8. v. 1. 10. Conscensa navi trajecit in fines Magdala, *unde sine dubio Mariæ Magdalenæ cognomen est, nec admitti debet fabu-*

bula historiæ Lombardicæ ne castello, illi, à Lazaro, qvem falsò fratrem ejus putant, hoc nomine extructo) d. Matth. 15. v. 39. acriter rejicit Pharisæos & Sadducæos, signum de cœlo petentes, simulqve discipulos suos de vitando fermento, i. e. heterodoxia eorum, commonefacit. Matth. 16. v. 1. 12. Marc. 8. v. 11. 21. veniens in Bethsaida, cæco cuidam peculiari modo, & qvasi per gradus visum reddit. Marc. 8. v. 22. 26. In finibus Cæsareæ Philippi, sive Tiberiados, super variis hominum de se judiciis Discipulos interrogans, elicit Petro egregiam illam confessionem: Tu es Christus, filius ille Dei viventis. Matth. 16. v. 13. 16. qvem propterea laudat Dominus, ob cœlestis revelationis beneficium, addita promissione de fundanda & conservanda Ecclesia, (*qvæ vox hic primâ vice reperitur*) & de clavibus regni cœlorum. d. Matth. 16. v. 13. 20. Marc. 8. v. 27. 29. Luc. 9. v. 18. 20. noluit tamen eo tempore de divinitate sua aliqvid edisseri. Marc. 8. v. 30. Luc. 9. v. 21. *Hæc enim impleto redemtionis opere prædicanda erant plenius, & ab idoneis, post Spiritus sancti miraculosa dona accepta, autoribus rectiùs; qva de causa etiam plebi passim evulgationem miraculorum suorum interdicebat.*

An. Chr. secundum Balvis. 32. sive qvartus Ministerii.

Qvo verò trahant promissiones Petro Apostolo factas, & ut super dictum hoc Matth. 16. v. 18. 19. & alterum Joh. 21. v. 15. 17. (*Pasce oves meas*) fundamenta Pontificiæ Monarchiæ extruant, qvi in ea arcem si-

...constituunt, notius est, qvàm ut ... plenè sunt qvæstione hac Theologo... Philologorum etiam commentarii, ... legere, qvæ ad annales Baronii an. 33. ... immensæ doctrinæ & accurati judi... Calasbonus. v. Chemnit. Harm. c. ... Harm. c. 8.

... instruit Dominus Apostolos de ... morte sua, & Petrum, carnali qva... ...entia eum ab hoc instituto dehor... ...objurgat; cœpit etiam de affli... ...ferenda, & de extremo adven... ...ari Matth. 16. v. 21. 28. Marc. 8. ... v. 22. 27. Subindicat tamen glo... ...dam sui manifestationum mox suc... ...d. II. Matth. 16. v. 28. vid. Chemit. ... qvæ & secuta est in egregia illa ...ione, post sex dies. Matth. 17. v. 1. ... sive post octo, computatis extre... ... v. 28. in monte Galilææ, qvem Ta... ...rium; cum Hieronymo pleriqve ... Adstiterunt autem Domino clari... ...s & Elias. Spectatores divini mi... ...Apostolis fuêre Petrus, Jacobus & Jo... ...Matth. 17. v. 1. 8. Marc. 9. v. 1. 7. Luc. ... Descendens de monte & imperato de ...ferant, silentio, edocet Apostolos, de ...venturum ante Messiam dicebant ... Matth. 17. v. 9. 13. Marc. 9. v. 9. 13. Ad tur... ...de, filium expectantem, regressus, libe-

ra-

fideiatqve Ecclesiæ constituunt, notius est, qvàm ut hic enarrari debeat, pleni sunt qvæstione hâc Theologorum, Historicorum, Philologorum etiam commentarii, operæ precium est legere, qvæ ad annales Baronii an. 33. n. 17. & seqq. notat. immensæ doctrinæ & accurati judicii Scriptor Isaacus Casaubonus. v. Chemnit. Harm. c. 85. Calixt. lib. 5. Harm. c. 8.

21. Posthæc instruit Dominus Apostolos de Passione & morte sua, & Petrum, carnali qvadam providentia eum ab hoc instituto dehortantem, acriter objurgat; cœpit etiam de afflictione patienter ferenda, & de extremo adventu suo concionari Matth. 16. v. 21. 28. Marc. 8. v. 31. 39. Luc. 9. v. 22. 27. Subindicat tamen gloriosam qvandam sui manifestationum mox successuram, dd. ll. Marth. 16. v. 28. vid. Chemit. c. 86. in fin. qvæ & secuta est in egregia illa transfiguratione, post sex dies. Matth. 17. v. 1. Marc. 9. v. 1. sive post octo, computatis extremis. Luc. 9. v. 28. in monte Galilææ, qvem Tabor (& Itabyrium) cum Hieronymo pleriqve nominant. Adstiterunt autem Domino clarificato Moyses & Elias. Spectatores divini miraculi ex Apostolis fuêre Petrus, Jacobus & Johannes d. Matth. 17. v. 1. 8. Marc. 9. v. 1. 7. Luc. 9. v. 36. Descendens de monte & imperato de iis, qvæ viderant, silentio, edocet Apostolos, de Elia, qvem venturum ante Messiam dicebant Scribæ. Matth. 17. v. 9. 13. Marc. 9. v. 9. 13. Ad turbam deinde, illum expectantem, regressus, libera-

ravit à Dæmone hominis cujusdam orantis, & cum infirma fide luctantis, filium lunaticum miserè vexatum, cui ob fidei imbecillitatem, sive ob securitatem atqve oscitantiam suam, mederi non potuerant Apostoli, qvos propterea ad fidem, per jejunium & preces excitandam, adhortatur, Scribas vero, qvi illos exagitabant, Marc. 9. v. 14. 16. vehementer increpat. Matth. 17. v. 14. 17. 21. Marc. 9. v. 14. 19. 29. Luc. 9. v. 37. 41. 43. v. Chemnit. c. 89.

22. Eodem tempore, cum adhuc versaretur in Galilæa, iterum meminit mortis suæ; nihilo magis intellectus ab Apostolis suis. Marc. 9. v. 30. Luc. 9. v. 43. nisi qvod valdè mœrebant, neqve tamen eum interrogare auderent. dd. ll. & Matth. 17. v. 22. 23. In oppido Capernaum, de censu solvendo interpellatus, solvit pro se & Petro staterem, i. e. siclum, in ore piscis miraculosè repertum. Matth. 17. v. 24. 27.

Didrachmum istud sive dimidium sicli, à singulis Judæorum capitibus qvotannis ad templi ædificium solvi solitum fuisse, ex lege Exod. 30. v. 13. eoqve nomine à Christo & Petro, qvi in Capernaum domicilium habebant exactum, Interpretum communior est sententia: potuit tamen jam hoc tempore, ut multi existimant, etiam hæc collatio ad Romanum fiscum pertinuisse. v. Chemnit. c. 91. Casaub. ad Baron. an. 33. n. 31.

Apostolos verò, qvi in itinere de primatu inter se contenderant, ad humilitatem, sumto à pueris præsentibus argumento, adhortatur, adjicit monita de scandalo vitando, & de fraterna

atqve

... correctione. Matth. 18. v. 1.
... 50. Luc. 9. v. 46. 48 ubi Jo-
... qvæstionem de qvodam, qvi
... dæmonia expelleret, nec tamen
... discipulorum, qvem non esse
..., monet Dominus Luc. 9. v. 49.
... de condonatione fraterna interro-
... parabolam de servo obærato graviter
... Matth. 18. v. 21. 35.
... jam festum tabernaculorum ...
... (mensis septimi die 15. i. e. Se-
... celebrandum) ad qvod ut se
... imperiosè monebant Domi-
... cognati ejus. Joh. 7. v. 9. qvorum
..., ne se submitteret, respondit: se
... *tempore, & in illorum comitatu*, non
... c. 7. v. 8. posteà tamen, *cum ipsi*
... ascendit. d. c. 7. v. 8. non manife-
... velut in occulto. d. c. v. 10. *ne an-*
... *ipse sibi constituerat*, à *Judæis ali-*
...

... innuere videtur Lucas c. 9. v. 51.
... de festo Paschali anni qvarti interpreta-
... Pascha accommodant. v. Calixt. lib.

... transiret per Samariam, nec recipe-
... festi, ad qvod contendebat.
... cœlesti in incolas animadverte-
..., repugnante Christo. Luc. 9. v. 51.
... *tribus, qvi se Christum se-*

G qvod

atqve Ecclesiastica correctione. Matth. 18. v. 1. 20. Marc. 9. v. 33. 50. Luc. 9. v. 46. 48. ubi Johannes intermiscet qvæstionem de qvodam, qvi in nomine Jesu dæmonia expelleret, nec tamen esset è numero discipulorum, qvem non esse prohibendum, monet Dominus Luc. 9. v. 49. 50. at Petro, de condonatione fraterna interroganti, per parabolam de servo obærato graviter respondet. Matth. 18. v. 21. 35.

23. Instabat jam festum tabernaculorum sive scenopegias (mensis septimi die 15. i. e. Septembri nostro celebrandum) ad qvod ut se conferret, satis imperiosè monebant Dominum fratres sive cognati ejus. Joh. 7. v. 9. qvorum arbitrio tamen, ne se submitteret, respondit: se *scilicet illo tempore, & in illorum comitatu*, non esse iturum. d. c. 7. v. 8. posteà tamen, *cum ipsi libitum esset*, ascendit. d. c. 7. v. 8. non manifestè tamen, sed velut in occulto. d. c. v. 10. *ne ante tempus, qvod ipse sibi constituerat, à Judæis aliqvid pateretur.*

Hoc ipsum iter innuere videtur Lucas c. 9. v. 51. qvod Calvisius de festo Paschali anni qvarti interpretatur, alii ad ultimum Pascha accommodant. v. Calixt. lib. 3. c. 19.

Cum transiret per Samariam, nec recipieretur odio Judaici festi, ad qvod contendebat, Apostoli igne cœlesti in incolas animadvertere volebant, repugnante Christo. Luc. 9. v. 51. 56. *ubi subjungit de tribus, qvi se Christum se-*

qvi velle dicebant v. 57. 62. qvod nos supra §. 14. retulimus. Chemnit. eadem hic iterum accidisse putat. c. 96. Designat & emittit tunc Dominus septuaginta Discipulos cum specialibus mandatis; conqveritur iterum de ingratitudine populi & civitatum Galilææ. Luc. 10. v. 1. 16. v. Chemnit. c. 97.

24. Cum Hierosolymam venisset, circa medium festi, ascendit docendi causâ in templum, & disputat cum Judæis, ea, qvæ habentur Joh. 7. v. 11. 36. In ultimo solennitatis die clarâ iterum voce docens, varia patitur judicia, pessima verò à Pharisæis & Principibus populi, contra qvos utcunqve eum defendit Nicodemus. v. Joh. 7. v. 37. 50. Finito festo postero die ex monte Olivarum rediit Christus in templum, sive ejus atria & porticus; ibi dum sedens doceret, introductam ad se insidiosè adulteram, cum confusione Pharisæorum, dimittit. Joh. 8. v. 1. 11. seqvitur concio & disputatio cum Pharisæis in Gazophylacio templi. Joh. 8. v. 12. 20. Et alia iterum v. 21. 29. qva moti non pauci cedidêre in eum v. 30. acerrimus verò fuit congressus ille Joh. 8. v. 31. & seqq. cui finem fecerunt Judæi lapides in Dominum tollendo. v. 59. At ipse, cum se paululum abscondisset per medium eorum, nemine eum aggredi audente, exivit. d. v. 59.

Hic pleriqve statim ea subjungunt, qvæ circa festum

...memorat D. Johannes c. 9. & ...D. Luca hic interponenda con... ...Interpretibus in ordine rerum ...

...urbe ad vicina Judææ loca di... ...excepit redeuntes discipulos ...gaudio, lætusqve fide eorum, ...fundit. Luc. 10. v. 17. 21. Re... ...legisperito, de promerenda vita ...proximi interroganti, per pa... ...homine à latronibus vulnerato. ...Divertit ad oppidulum sive vi... ...habitabat Lazarus, cum sororibus ...à qvibus hospitio excipitur, ...pietatem Mariæ sedulitati ...v. 38. 42. Discipulos id pe... ...orare. Luc. 11. v. 1. 13. Eandem ta... ...proponit, qvam primo ministe... ...conciones illas, à Matthæo de... ...pulo præiverat. Matth. 6. 9. v. Che... ...nisi dicere velimus, in Matthæo per ...Dominicam ibi inseri. Sub... ...historiam de dæmonio muto. ...qvam aliam putat ab ea, qvæ à ...relata est. D. Chemnit. c. 108. ...D. Lucam capite 11. & seqq. sine cer... ...continuatione, miscellanea scribere ex... ...seqvitur convivium apud Pharisæum ...in qvo acriter istius Sectæ vitia ag... ...Dominus, magnamqve eorum offensam

dam Encæniorum facta memorat D. Johannes c. 9. & 10. v. 22. at sequentia ex D. Luca hic interponenda censuit Chemnitius, aliis Interpretibus in ordine rerum nonnihil variantibus.

25. Relicta urbe ad vicina Judææ loca digressus Dominus, excepit redeuntes discipulos septuaginta cum gaudio, lætusque fide eorum, preces ad Patrem fundit. Luc. 10. v. 17. 21. Respondet dein legisperito, de promerenda vita æterna & caritate proximi interroganti, per parabolam de homine à latronibus vulnerato. Luc. 10. v. 25. 37. Divertit ad oppidulum sive vicum, in quo habitabat Lazarus, cum sororibus Martha & Maria, à quibus hospitio excipitur, præferens tamen pietatem Mariæ sedulitati Marthæ. Luc. 10. v. 38. 42. Discipulos id petentes, docet orare. Luc. 11. v. 1. 13. Eandem tamen formulam proponit, quam primo ministerii anno, inter conciones illas, à Matthæo descriptas, populo præiverat. Matth. 6. 9. v. Chemnit. c. 107. *nisi dicere velimus, in Matthæo per Prolepsin orationem Dominicam ibi inseri.* Subjungit D. Lucas historiam de dæmonio muto. c. 11. v. 14. 36. *quam aliam putat ab ea, quæ à nobis supra n. 13. relata est. D. Chemnit. c. 108. sed plerique D. Lucam capite 11. & seqq. sine certa temporis continuatione, miscellanea scribere existimant.* Sequitur convivium apud Pharisæum quendam, in quo acriter istius Sectæ vitia aggressus est Dominus, magnamque eorum offen-

ſam contraxit. Luc. 11. v. 37. 54. coram ingenti tamen multitudine (*qvam voce Myriadum exprimit Evangeliſta*) iterum de fermento Phariſaico ad Diſcipulos præfatus. Luc. 12. v. 1. 3. verba facit de conſtanti veritatis profeſſione. Luc. 12. v. 4. 12. de avaritia & nimia victûs ſolicitudine. c. 12. v. 13. 34. de vigilanti expectatione regni cœleſtis. c. 12. v. 35. 40. qvam à Petro interrogatus, Apoſtolis ſub ſimilitudine ſervi fidelis iterum commendat. c. 12. v. 41. 53. increpat autem populum, qvod temporis illius commodum, adventum ſcilicet Meſſiæ, non agnoſceret. c. 12. v. 54. 59.

26. Inde, occaſione ſermonis de Galilæis à Pilato inter Sacrificia, (à qvibus fortè conjurationem contra Romanos auſpicabantur) occiſis, & de turri in Syloa cum 18. hominum clade collapſa, divinarum pœnarum rationem explicat, additâ ad pœnitentiam agendam ſeriâ commonitione, ab exemplo ficus ſterilis. Luc. 13. v. 1. 9. Graviter etiam & cum applauſu populi defendit beneficium ſuum, mulieri, qvæ 18. annis incurvatum Satanæ ſævitia corpus habuerat, collatum, die Sabbathi, contra murmurantem Synagogæ præfectum. Luc. 3. v. 10. 17. *ubi ſubnectuntur comparationes grani ſinapis, & fermenti, cum regno Dei. v. 18. 21. de qvibus ſupra n. 18. actum eſt.*

27. Appropinqvante verò feſto Encæniorum

...profectus eſt Dominus versûs Hie-
...Luc. 13. v. 22. (ubi tamen multi ul-
...Domini iter intelligere malunt) licet
...eſſet, ut Synagogâ ſive commu-
...ejiceretur, qvisqvis ipſum con-
...Chriſtum ſive Meſſiam eſſe. Joh. 9. 22.
...cæcum, in Sabbatho, magna cum
...& confuſione Phariſæorum, qvi-
...miraculi hujus intolerabilis vide-
...per totum. Habitus eſt hoc tem-
...Domini de bono paſtore & de ovi-
...bus moriturum ſe dicebat. Joh. 10.
...autem tunc Encænia templi, illa
...Judas Maccabæus olim inſtitue-
...menſis Novembris, (vid. 1. Macc. 4.
...ib. 1. hujus Compend. c. 3. ſect. 2. n.
...enim erat, ut notat D. Joh. c. 10.
...conſteterunt autem Dominum in
...Salomonis, (*qvæ ſcilicet ad imitationem*
...*dudum diruti, extructa erat in*
...Judæi, ingenuam reſponſionem
...an ipſe eſſet Chriſtus. Joh. 10. v. 24.
...addidit, ut niſi extremè à Satana ex-
...ſatis clarè eam potuiſſent perci-
...illi lapides pro more tollebant,
...ei intentabant. Joh. 10. v. 31. 39. Ex-
...ſe Dominus ab iis, & iterum trans
...ubi olim baptizaverat Johannes, pro-
...haud paucos habuit, ex qvibus mul-

rum templi, profectus est Dominus versûs Hierosolymam, Luc. 13. v. 22. (ubi tamen multi ultimum Domini iter intelligere malunt) licet jam decretum esset, ut Synagogâ sive communione Ecclesiæ ejiceretur, qvisqvis ipsum confiteretur Christum sive Messiam esse. Joh. 9, 22. Sanavit autem cæcum, in Sabbatho, magna cum indignatione & confusione Pharisæorum, qvibus evidentia miraculi hujus intolerabilis videbatur, Joh. c. 9. per totum. Habitus est hoc tempore sermo Domini de bono pastore & de ovibus, pro qvibus moriturum se dicebat. Joh. 10. v. 1. 18. Erant autem tunc Encænia templi, illa nimirum, qvæ Judas Maccabæus olim instituerat in fine mensis Novembris, (vid. 1. Macc. 4. v. 36. 59. & lib. 1. hujus Compend. c. 3. sect. 2. n. 28.) hyems enim erat, ut notat D. Joh. c. 10. v. 22. Circumsteterunt autem Dominum in porticu Salomonis, (*qvæ scilicet ad imitationem Salomonæi ædificii dudum diruti, extructa erat in atriis templi,*) Judæi, ingenuam responsionem urgentes, an ipse esset Christus. Joh. 10. v. 24. qvam ita reddidit, ut nisi extremè à Satana excæcati fuissent, satis clarè eam potuissent percipere: verum illi lapides pro more tollebant, & manus ei intentabant. Joh. 10. v. 31. 39. Expedivit autem se Dominus ab iis, & iterum trans Jordanem, ubi olim baptizaverat Johannes, profectus, auditores haud paucos habuit, ex qvibus

multi crediderunt in eum, ut testatur Johannes c.10.v.40.42.

An. Ær. Christian. 33.

Qvartus Annus Ministerii Christi, sive ultima temporis, qvo in terris versatus est, pars, ab Encæniis templi, circa mensem Decembrem, usq; ad postremum Domini Pascha, in qvo crucifixus est, & secutam resurrectionem & ascensionem in cœlos.

28. Menses illos tres aut qvatuor, qvi ab Encæniis templi, sive potiùs à Decembri finito, usqve ad ascensionem Domini effluxerunt, non uno in loco transegit Dominus. v. Chemnit. c. 116. Commoratus enim est primò, uti diximus ex Joh. 10. v. 40. in Peræa trans Jordanem; inde videtur discessisse, qvando Pharisæi dicebant, vade hinc, qvia Herodes te vult occidere. Luc. 13. v. 31. ut ea, qvæ D. Lucas tradit. c. 14. 15. 16. 17. videantur in Judæa ipsa dicta & facta esse, & Luc. 17. v. 31. non tàm iter versus Hierosolymam, qvam reditus innui. Præponitur enim Galilææ Samaria, qvæ priùs peragranda erat ab Hierosolymis, in Galilæam proficiscentibus: ad ultimum Domini iter ex Galilæa & Peræa in Judæam fuit, cum ei nunciaretur mors Lazari. v. Joh. 11. v. 7. Minimè ergò ultimis hisce mi-
ni-

[illegible] temporibus qvievit Christus, verùm [illegible] qvæ antea dixerat, repetendo & in- [illegible] miracula edendo, summam, ad [illegible] & salutem hominum, operam [illegible] breviter ex Evangelistis de- [illegible].

[illegible] docens atqve Discipulos colli- [illegible] Joh. 10. v. 10. inter alia ea dixisse [illegible] de paucitate salvandorum & in- [illegible] angustam portam ad interrogatio- [illegible] monuit. Luc. 13. v. 23. 30.

[illegible] hæc videantur connectenda esse ver- [illegible] tamen versus 31. ostendit, dicta illa non [illegible] verum in ditione Herodis. v. Chemnit.

[illegible] respondit eodem die animosè Pharisæis [illegible] qvi de Herodis insidiis, uti jam di- [illegible] commonefaciebant, additâ commi- [illegible] excidio Hierosolymorum; ibi enim [illegible], qvô tunc erat, moriendum [illegible]. Luc. 13. v. 31. 33. 35. Convi- [illegible] Pharisæum qvendam, sanat hydro- [illegible] Sabbatho, & factum suum defendit [illegible] addit præcepta convivalia. v. 7. [illegible] de cœna magna, qva significat, [illegible] culpam fieri, qvo minus omnes [illegible] panem edant sive æternùm salven- [illegible] de hoc enim locutus erat qvidam è [illegible].

30. Cum

nisterii sui temporibus qvievit Christus, verùm docendo, & qvæ antea dixerat, repetendo & inculcando, tùm miracula edendo, summam, ad conversionem & salutem hominum, operam adhibuit, uti nunc breviter ex Evangelistis demonstrabimus.

28. In Peræa docens atqve Discipulos colligens Dominus. Joh. 10. v. 10. inter alia ea dixisse videtur, qvæ de paucitate salvandorum & introitu per angustam portam ad interrogationem cujusdam monuit. Luc. 13. v. 23. 30.

Licet enim hæc videantur connectenda esse Versui 22. seqvens tamen Versus 31. ostendit, dicta illa non esse Hierosolymis, verum in ditione Herodis. V. Chemnit. c. 117.

Respondit eodem die animosè Pharisæis qvibusdam, qvi de Herodis insidiis, uti jam diximus, eum comonefaciebant, additâ comminatioñe de excidio Hierosolymorum; ibi enim non in eo loco, qvô tunc erat, moriendum sibi esse dixerat. Luc. 13. v. 31. 33. 35. Convivatus apud Pharisæum qvendam, sanat hydropicum in Sabbatho, & factum suum defendit. Luc. 14. v. 1. 5. addit præcepta convivalia. v. 7. 14. & parabolam de cœna magna, qva significat, per hominum culpam fieri, qvo minus omnes in regno Dei panem edant sive æternùm salventur, v. 16. 24. de hoc enim locutus erat qvidam è convivis. v. 15.

30. Cum circumeuntem multæ turbæ seqverentur, Luc. 14. v. 25. docuit, qvô animo esse debeant, qvi ipsum vellent seqvi. ibid. v. 26. 35. Confluentibus verò publicanis & peccatoribus, & Pharisæis ob id murmurantibus, gratiæ divinæ naturam egregiè explicat parabolâ, de ove, drachmâ & filio perditis. Luc. 15. v. 1. 32. Pharisæorum autem circumstantium (v. 14.) avaritiam, & rationis reddendæ necessitatem, notat similitudine de injusto dispensatore. Luc. 16. v. 1. 13. additis de usu divitiarum, de perfectione & impletione legis, de regno Dei, de divortiorum lege, monitis. ibid. v. 14. 18. At argumentum de vitando luxu, avaritia, & contemtu pauperum, latius tractat parabola de Divite & Lazaro. c. 16. v. 19. 31. *qvàm multis pro historia habent, commodè intellectis, qvæ de sinu Abrahæ & infernalibus pœnis adhumanum morem dicuntur.* Subjungitur admonitio de scandalis, & de fraterna condonatione, tùm de natura fidei & promtitudine atqve humilitate fidelium. Luc. 17. v. 1. 10.

31. Cum verò in hac per Judæam peregrinatione iret Hierosolymam, & inde rursus versus Samariam & Galilæam iter circumflecteret. v. Chemnit. d. c. 116. & c. 125. sanavit decem leprosos, ex qvibus unus tantùm, & qvidem Samaritanus, gratias ei egit. Luc. 17. v. 11. 19. (*hoc alio tempore & anno præcedenti, Luc. 9. v. 51. factum*

...opinantur, qui statuunt, D. Lu...
...non observato rerum ge...
...miscellanea congessisse, saluberri...
...præcepta & monita proposuit, de
..., de securitate vitanda, de ulti...
...temporum statu. Luc. 17. v. 20. 37. *quæ,*
... quæ Matth. 24. & Marc. 13. Hi...
...sunt, nihil impedit tamen, quo mi...
...Galilea adeoque bis aut pluries dicta
... Chemnit. c. 126.
... verò utilitatem commonstran...
...parabola de iniqvo judice, muliercu...
...precibus victo. Luc. 18. v. 1. 8. At
...coram Deo rationem egregiè ex...
...de Pharisæo & Publicano in tem...
...ascendentibus. Luc. 18. v. 9. 14.
... ita ex D. Luca post Capita Matthæi
... 9. interpositis, seqvitur narratio
... de ultimo Domini itinere ver...
...solyma. Demigravit enim Christus
..., & venit primùm in fines Judææ
...Jordanem, qvæ Regio Peræa dicitur Mat...
... Marc. 10. v. 1. disputat ibi cum Pha...
... de divortiis, lege Mosaica permissis, de
... vinculo & vera castitate. Matth. 19.
... Marc. 10. v. 2. 12. oblatis sibi pueris
...imponit & benedicit. Matth. 19. v. 13. 15.
... 10. v. 13. 16. Luc. 18. v. 15. 17. Juveni di...
...semetipsum justificanti præceptum sin...gu...

tum esse, plurimi opinantur, qui statuunt, D. Lucam in hisce capitibus non observato rerum gestarum ordine miscellanea congessisse) saluberrima verò suis præcepta & monita proposuit, de natura regni sui, de securitate vitanda, de ultimorum temporum statu. Luc. 17. v. 20. 37. *quæ, etsi similia sint iis, quæ Matth. 24. & Marc. 13. Hierosolymis dicta sunt, nihil impedit tamen, quo minus etiam in Galilæa adeoque bis aut pluries dicta esse credantur. Chemnit. c. 126.*

Ad precum verò utilitatem commonstrandam facit parabola de iniqvo judice, mulierculæ constantibus precibus victo. Luc. 18. v. 1. 8. Ad Justificationis coram Deo rationem egregiè explicat simile de Pharisæo & Publicano in templum ascendentibus. Luc. 18. v. 9. 14.

32. His ita ex D. Luca post Capita Matthæi 17. & Marci 9. interpositis, seqvitur narratio Evangelistarum de ultimo Domini itinere versùs Hierosolyma. Demigravit enim Christus ex Galilæa, & venit primùm in fines Judææ trans Jordanem, qvæ Regio Peræa dicitur Matthæi 19. v. 1. Marc. 10. v. 1. disputat ibi cum Pharisæis de divortiis, lege Mosaica permissis, de matrimonii vinculo & vera castitate. Matth. 19. v. 2. 12. Marc. 10. v. 2. 12. oblatis sibi pueris manus imponit & benedicit. Matth. 19. v. 13. 15. Marc. 10. v. 13. 16. Luc. 18. v. 15. 17. Juveni diviti & semetipsum justificanti præceptum sin-

gulare injungit de relinqvendis opibus, qvo eum ad agnitionem imperfectionis suæ adduceret, eaq; occasione de divitiarum illecebris disserit. Matth. 19. v. 16. 26. Marc. 10. v. 17. 27. Petro verò suum & condiscipulorum obseqvium alleganti præmia spondet ingentia & æterna. Matth. 19. v. 27. 30. Marc. 10. v. 28. 31. Luc. 18. v. 28. 30. Modestiæ verò studium commendat, & meriti humani infirmitatem agnoscendam proponit parabola, de operariis in vineam conductis. Matth. 20. v. 1. 16.

Hæc haud incommodè existimari possunt, facta & dicta esse, biduo illo, qvo substitit in itinere versùs Bethaniam, cum renunciatus ei esset morbus Lazari. Joh. 11. v. 1. 16. v. Chemnit. c. 133.

33. Audito morbo Lazari Bethaniensis, qvem diligebat Dominus, profectionem ad eum adeoqve in ipsam Judæam & versùs Hierosolymam, nec qvicqvam obtestantibus Discipulis, suscipit, simul mortem Lazari, & resuscitationem prędicit. Joh. 11. v. 1. 16. at de sua qvoq; passione satis clarè pronunciat. Matth. v. 17. 19. Marc. 10. v. 32. 34. Luc. 18. v. 31. 34. qvanqvam id parùm aut omninò non intelligerent Discipuli, d. Luc. 18. v. 34. nisi qvod periculosum iter illud iis videbatur; Thomas enim dixerat: *Eamus, ut moriamur cum eo.* Joh. 11. v. 16. Interim spem terreni regni animo versabant adeò, ut alienissimo tempore, Jacobus & Johannes Zebedæi filii, una cum matre primas sibi in regia

...dignitate, qvam auspicaturum ...imaginabantur, tribui peterent; ..., & reliqvos etiam ob insolentiam ...gnantes, Christus miti responso ad ... & mutuum obseqvium adhortatus ... v. 20. 28. Marc. 10. v. 35. 45. Cum ...qvaret Hierichunti celebri civi... cæcum juxta viam sedentem. Luc. ... *quod miraculum ad seqventem di...* ... *ex urbe refert Marcus, qvi et...* ... *tradit Bartimæum vocans. Mar...* ... *ut satius sit diversa hic credere fa...* ...nit. c. 136. convertit in urbe Za...nosium publicanum, Luc. 19. v. 1. 10. ...venisse se, ut qværeret & servaret, qvòd ... Id cum de terreno regno omne ma... intelligerent, Luc. 19. v. 11. proposuit ... parabolam de homine nobili in regio... ...nqvam, ad occupandum invitis civi... ...um digresso, qvi servis suis decem, tot... ...as distribuerit. Luc. 19. v. 11. 28. *Signifi...* ... *aliter rem esse casuram Hierosoly...* ... *Apostoli jam opinentur; se qvidem* ... *suo tempore regnaturum, & in Ju...* ... *animadversurum esse, at ipsos inte...* ...*gnatione, seu de fideli opera in ministe...* ... *sollicitos esse debere, omissâ mun...* ... *cupiditate.* Egressus Hieri... ...duobus cæcis visum restituit. Matth.

gia illa Domini dignitate, qvam auſpicaturum eum eſſe, ſibi imaginabantur, tribui peterent; verùm illos, & reliqvos etiam ob inſolentiam petiti indignantes, Chriſtus miti reſponſo ad humilitatem & mutuum obſeqvium adhortatus eſt. Matth. 20. v. 20. 28. Marc. 10. v. 35. 45. Cum verò appropinqvaret Hierichunti celebri civitati, ſanavit cæcum juxta viam ſedentem. Luc. 18. v. 35. 43. *qvod miraculum ad ſeqventem diem, poſt egreſſum ex urbe refert Marcus, qvi etiam nomen cæci tradit, Bartimæum vocans. Marci 10. v. 46. 52. ut ſatius ſit diverſa hîc credere facta.* v. Chemnit. c. 136. convertit in urbe Zachæum famoſum publicanum, Luc. 19. v. 1. 10. profeſſo, veniſſe ſe, ut qværeret & ſervaret, qvòd periiſſet. Id cum de terreno regno omne magnâ ſpe intelligerent, Luc. 19. v. 11. propoſuit Dominus parabolam de homine nobili in regionem longinqvam, ad occupandum invitis civibus regnum digreſſo, qvi ſervis ſuis decem, totidem minas diſtribuerit. Luc. 19. v. 11. 28. *Significans, longè aliter rem eſſe caſuram Hieroſolymis, qvam Apoſtoli jam opinentur; ſe qvidem alio modo & ſuo tempore regnaturum, & in Judæos ingratos animadverſurum eſſe, at ipſos interim de negotiatione, ſeu de fideli opera in miniſterio illis injuncto ſollicitos eſſe debere, omiſſâ mundanæ felicitatis cupiditate.* Egreſſus Hierichuntem duobus cæcis viſum reſtituit. Matth. 20.

20. v. 29. 31. unius & celebrioris nomen tradit Marcus c. 10. v. 46. 52. uti jam diximus. v. Chemnit. c. 139.

34. Bethaniam ingressus, uti rogatus erat à sororibus jam defuncti, atqve ante qvatriduum sepulti Lazari, Marthâ & Mariâ, egregio illo & Judæorum proceribus maximè inviso miraculo, resuscitat mortuum. Joh. 11. v. 17. 46. Qvod cum renunciatum esset Pontificum & Seniorum collegio, illi haud diutiùs cunctandum rati, Christum interficiendum esse statuunt. Joh. 11. v. 47. 53. Sententiæ primarius autor fuit Caiphas, de qvo jam suprà diximus; qvi renitentibus aliqvibus (intererant enim concilio, Nicodemus, & Josephus Arimathiensis, tùm Gamaliel & moderatiores fortean plures) cum indignatione pronunciavit: *Expedit, ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens intereat*, qvæ verba D. Johannes, licet ab inscio & aliud agente prolata, propheticum sensum habuisse notavit. d. v. 51. 52. v. Harm. Chemnit. & Lyseri à D. Joh. Gerhardo continuatam. c. 141. Intellectâ Judaici Senatus voluntate, secessit Dominus in oppidum Ephrâim sive Ephrem, de cujus situ variè disputant Interpretes. v. Harm. c. 142. & 2. Sam. 13. v. 33. ubi in Galilææ finibus ejus nominis, qvod alioqvin toti tribui commune erat, oppidum notari videtur,) ac secundum jam decretum Hierosolymæ evulgatur,

...us, qvem fugisse putabant, indica-
...prehenderetur. Joh. 11. 54. 57. imò
...qvoqve testis scilic. divini miraculi ni-
..., è medio tolleretur. Joh. 12. v. 10.
... *qui ante Paschale festum mori*
... *interim trahebat, quod breve fu-*
... *probabile multis videtur, vix men-*
... *v. Harmon. d. l.*

... jam Paschatis festo, imò sex ante
..., ut speciatim notat D. Johannes. c.
...minus, qvem fugere & delitescere
... adversarii, Joh. 11. v. 56. spon-
...rosolymam versùs iter instituit, diver-
... vicum Bethaniam, convivio exci-
... leproso, cui & Lazarus interfuit,
...soror, cognationis vel viciniæ jure
...; at Maria soror altera, pedes pri-
..., dein fracto penitùs vase, caput
... murmurante primùm Judâ prodi-
... etiam reliqvis Discipulis, qvod pro-
..., qvàm venditum esset pretiosissi-
...nardo ungventum. d. Joh. 12. v. 1. 11.
... v. 6. 13. Marc. 14. v. 3. 9. *ubi tamen hoc*
... *ex occasione proditoris Judæ, per Hy-*
... *describitur.*

... hoc ordine, qvi unctionem hanc eam-
..., qvam memorat D. Lucas c. 10. tùm qvi
... celebratam fuisse arbitrantur, alterum apud
..., alterum apud Lazarum; & qvæ nos prima
... resuscitandum Lazarum, ex Matth. 20. &
Lu-

tur, ut Christus, qvem fugisse putabant, indicaretur & comprehenderetur. Joh. 11. 54. 57. imò ut Lazarus qvoq; testis scilic· divini miraculi nimis manifestus, è medio tolleretur. Joh. 12. v. 10. 11. *Verùm Dominus, qvi ante Paschale festum mori nolebat, tempus interim trahebat, qvod breve fortasse, & uti probabile multis videtur, vix mensirum fuit. v. Harmon. d. l.*

35. Instante jam Paschatis festo, imò sex ante illud diebus, ut speciatim notat D. Johannes. c. 12. v. 1. Dominus, qvem fugere & delitescere calumniabantur adversarii, Joh. 11. v. 56. sponte suâ Hierosolymam versùs iter instituit, diverens verò ad vicum Bethaniam, convivio excipitur à Simone leproso, cui & Lazarus interfuit, & Martha soror, cognationis vel viciniæ jure ministravit; at Maria soror altera, pedes primùm Christi, dein facto penitùs vase, caput etiam unxit, murmurante primùm Judâ proditore, dein etiam reliqvis Discipulis, qvod profusum potiùs, qvàm venditum esset pretiosissimum ex nardo ungventum. d. Joh. 12. v. 1. 11. Matth. 26, v. 6. 13. Marc. 14. v. 3. 9. *ubi tamen hoc convivium ex occasione proditoris Judæ, per Hysterologiam describitur.*

Discedunt ab hoc ordine, qvi unctionem hanc eandem putant, qvam memorat D. Lucas c. 10. tùm qvi duo convivia celebrata fuisse arbitrantur, alterum apud Simonem, alterum apud Lazarum; & qvæ nos primæ profectioni ad resuscitandum Lazarum, ex Matth. 20. & Lu-

Lucæ. c. 18. & 19. supra §. 33. subjunximus, secundo huic itineri postponunt. v. Baron. in an. 34. n. 3. 4. Salian. in an. 34. n. 17. 20. Controvertitur iterum de Maria Unctrice, an fuerit Magdalena, qvod asserunt pleriqve Romanæ Ecclesiæ Doctores, negant nostri. v. Gerhard. in Harmon. c. 143.

Ad secessum Domini in Ephrem referunt qvidam Epistolam illam Abgari Edessenorum Reguli, ad Dominum, & hujus responsum, qva de re, & de imagine Christi ad Abgarum missa, videndi sunt Eusebius & Evagrius, at satius est cum Gelasio Pontifice, & cordatis aliis, illa omnia inter Apocrypha & fabulas habere. v. Baron. in an. 31. n. 58. & ibi Casaubon.

36. Seqventi post convivium, sive eodem potiùs, si à vespera præcedente Judaico more computetur, die, feriâ primâ sive Dominicâ, (d. 29. Martii) Christus Bethaniâ egressus, juxta vicum Bethphage, urbi proximum, asinæ primùm, deinde & pullo ejus (ut probabile est) insidens, inter festas populi comitantis & occurrentis (v. Joh. 12. v. 12.) acclamationes, at indignantibus & penè desperantibus Pharisæis, v. Joh. 12. v. 19. Hierosolyma petit. Matth. 21. v. 1. 9. Marc. 11. v. 1. 10. Luc. 19. v. 29. 40. Joh. 12. v. 12. 18. (*de Hosianna* vide Casaubon. ad Baron. an. 31. n. 5. & Harm. c. 44.)

Ad conspectum urbis flevit, & exitium ejus prædixit. Luc. 19. v. 41. 44. Ingressus verò statim ad templum ascendit, zeloqve, ut jam anno primo ministerii, motus, ejecit collybistas & mensarios, (*qvod pro summo miraculo habuit D. Hieronymus. v. Casaub. in an. 34. n. 8.* sanavit

& claudos. Matth. 21. v. 10. 14. 46. & facta sua, populiqve in se contra Scribas & Pharisæos, defendit. Inde qvibusdam proselytis, videre ... Christus imminentem mortem ... fructum inde ad hominum salutem ... ubi & vox de cœlo ad eum ... confirmans, qvæ omnia tamen, ... nihil, movebant obstinatos in cæ... Judæorum proceres. Joh. 12. v. 20. ... vesperam, cum à nemine hospitio ex... Bethaniam est regressus, ibiqve per... Matth. 21. v. 17. Marc. 11. v. 11.

... die (fer. 2. qvam nos à Luna no... redens ad urbem, ficui, in qva esu... fructum invenerat, maledixit, ut ... exarescere Matth. 21. v. 18. 19. Marc. ... *ubi historia de ejectione negotiatorum ... recapitulationem subjungitur, nisi ... factam esse putemus. v. Gerhard.* ... refertur etiam ad hujus diei acta ... n. 44. 50. Die secuto, (fer. 3. Mar... iterum extra urbem pernoctâs... in reditu animadvertunt Apo... Petrus, ficum exaruisse, qvos ... de fidei & precum efficacia & mo... monet Dominus. Matthæi 21. v. 20. ... 11. v. 20. 16.

Ascen-

vit verò cæcos & claudos. Matth. 21. v. 10. 14. Luc. 19. v. 45. 46. & facta sua, populiqve in se affectum, contra Scribas & Pharisæos, defendit.

Græcis deinde qvibusdam proselytis, videre ipsum cupientibus, Christus imminentem mortem suam, & fructum inde ad hominum salutem oriturum indicat, ubi & vox de cœlo ad eum delata est, dicta confirmans, qvæ omnia tamen, parùm, aut nihil, movebant obstinatos in cæcitate sua Judæorum proceres. Joh. 12. v. 20. 43. circa vesperam, cum à nemine hospitio excíperetur, Bethaniam est regressus, ibiqve pernoctavit. Matth. 21. v. 17. Marc. 11. v. 11.

37. Postero die (fer. 2. qvam nos à Luna nominamus) rediens ad urbem, ficui, in qva esuriens nullum fructum invenerat, maledixit, ut continuo exaresceret Matth. 21. v. 18. 19. Marc. 11. v. 12. 14. *ubi historia de ejectione negotiatorum ex templo per recapitulationem subjungitur, nisi secunda vice factam esse putemus. v. Gerhard. Harm. c. 148.* refertur etiam ad hujus diei acta concio Joh. 12. 44. 50. Die secuto, (fer. 3. Martis) postqvam iterum extra urbem pernoctâsset, Marc. 11. 19. in rèditu animadvertunt Apostoli, & nominatim Petrus, ficum exaruisse, qvos ea occasione de fidei & precum efficacia & modo, utiliter monet Dominus. Matthæi 21. v. 20. 22. Marc. 11. v. 20. 16.

Ascen-

Ascendens in templum interrogatur à pri-
moribus populi, qva autoritate doceret & talia
faceret; illos objectâ aliâ qvæstione de Bapti-
smo Johannis confudit, nec directo responso
dignatus est. Matth. 21. v. 23. 27. Marc. 11. v. 27.
33. Luc. 20. v. 1. 8. Proponit deinde, juxta or-
dinem à D. Matthæo traditum, parabolam de
duobus filiis à patre in vineam ablegatis. Mat-
thæi 21. v. 28. 32. & exprobrat Judæis, qvod Jo-
hannis doctrinam non admiserint; acriùs verò
eosdem perstringit similitudine de vinea, in-
gratis cultoribus elocata, qvi servos Domini,
tandem etiam filium occiderint; Matth. 21. v. 33.
46. Marc. 12. v. 1. 12. Luc. 20. v. 9. 19. qvâ cum
se non obscurè tangi viderent proceres, neqve
tamen ob populi favorem manus ei injicere au-
derent, digressi sunt, & consilia de eo oppri-
mendo contulerunt. dd. ll. Interim Christus
parabolam de nuptiis regii filii proponit, Matth.
22. v. 1. 14. (*qvam alii eandem putant, qvæ tra-
ditur. Luc. 14. 15.*) Supervenêre missi à Pharisæis
cum Herodianis, qvi ancipiti qvæstione de cen-
su Cæsari solvendo laqveos Domino ponerent;
Verùm is sapienti responso se expedivit. Matth.
22. v. 15. 22. Marc. 12. v. 12. 17. Luc. 20. v. 20. 26.
Sadducæorum qvoqve Sophisma contra re-
surrectionem mortuorum objectum divinè
dissolvit, ut obstupesceret populus, & Scri-
bæ faterentur; *Magister bene dixisti*, nec plu-
ra

...vellent. Matth. 22. v. 23. 33. Marc.
...Luc. 20. v. 27. 40.
...rum tamen æmulatione alia mox
...propositа est, de magno sive
...Moysaicæ præcepto, (qvod alio
...etiam qvæsitum fuerat.) Ve-
...ita respondit Christus, ut con-
...timeret adversariis: *benè & cum*
...*Præceptor.* Marc. 12. v. 28. 34.
...34. 40. at ipsi nihil respondere
...qvæsitum Domini de filio & Do-
...Matth. 22. v. 41. 46. Marc. 12. v.
...v. 41. 44. seqvitur itaqve acerri-
...eos invectiva. Matth. 23. v. 1. 39.
...40. Luc. 20. v. 45. 47. *neqve ta-*
...*ut eadem hoc tempore dicta puten-*
...*v. Harmon. c. 158.* Sedebat au-
...loqveretur, ex adverso Gazophy-
...occasione prætulit viduæ pauperis
...emosynam magnis divitum dona-
...v. 41. 44. Luc. 21. v. 1. 4.
...in templo acta sunt, è qvo cum e-
...Jesus, eiqve Discipuli egregiam tanti
...commonstrarent, *moti scili-*
...*dixerat Dominus. Luc. 19. v. 41. 44.*
...prædictionem excidii, eamqve
...oliveti sedens, latiùs explica-
...etiam, qvæ ad afflictiones & corrupti-
...futuras, & aliis, qvæ ad Antichristi

ac

ra interrogare vellent. MATTH. 22. v. 23. 33. MARC. 12. v. 18. 27. Luc. 20. v. 27. 40.

Phariſæorum tamen æmulatione alia mox qvæſtio Domino propoſita eſt, de magno ſive maximo legis MOYſaicæ præcepto, (qvod alio tempore Luc. 10. etiam qvæſitum fuerat.) Verùm & ad hanc ita reſpondit Chriſtus, ut confeſſionem exprimeret adverſariis: *benè & cum veritate dixiſti Præceptor.* MARC. 12. v. 28. 34. MATTH. 22. v. 34. 40. at ipſi nihil reſpondere poterant ad qvæſitum Domini de filio & Domino Davidis. MATTH. 22. v. 41. 46. MARC. 12. v. 35. 37. Luc. 20. v. 41. 44. ſeqvitur itaqve acerrima Domini in eos invectiva. MATTH. 23. v. 1. 39. MARC. 12. v. 36. 40. Luc. 20. v. 45. 47. *neqve tamen neceſſe eſt, ut eadem hoc tempore dicta putentur. Luc. 11. v. 39. v. Harmon. c. 158.* Sedebat autem, dum illa loqveretur, ex adverſo Gazophylacii, eaqve occaſione prætulit viduæ pauperis exiguam eleemoſynam magnis divitum donariis. MARC. 12. v. 41. 44. Luc. 21. v. 1. 4.

38. Hæc in templo acta ſunt, è qvo cum egrederetur Jeſus, eiqve Diſcipuli egregiam tanti ædificii ſtructuram commonſtrarent, *moti ſcilicet iis, qvæ dixerat Dominus. Luc. 19. v. 41. 44.* repetiit apertiùs prædictionem excidii, eamqve poſteà in monte oliveti ſedens, latiùs explicavit, additis etiam, qvæ ad afflictiones & corruptiones mox ſecuturas, & aliis, qvæ ad Antichriſti

ac novissima mundi tempora pertinerent. Matthæi 24. v. 1. 28. Marc. 13. v. 1. 23. Luc. 21. v. 5. 24. &c.

Eò etiam referenda sunt signa, secundum Domini adventum præcessura, atqve ab ipso indicata. Matth. 24. v. 29. 36. Marc. 13. v. 24. 32. Luc. 21. v. 25. 33. Temporis tamen determinationem soli Deo notam & reservatam, nec à se patefaciendam esse, dixit dd. Il. Matth. 24. 36. Marc. 13. v. 32. de qvo loco videndi sunt Interpretes Theologi. v. Harm. c. 167. Subjungit admonitionem ad vigilantiam, exemplo servi probi & improbi. Matth. 24. v. 37. 51. Marc. 13. v. 33. 37. Luc. 21. v. 34. 36. & parabolâ de virginibus sponsum expectantibus. Matth. 25. v. 1. 13. tùm de talentis, (*quæ similis ferè est illi, quam in itinere proposuerat Luc. 19.*) Matth. 25. v. 14. 30. Tùm verò novissimi judicii actum parabolico sermone, satis evidenter tamen, repræsentat. Matth. 25. v. 21. 38. (*Hæc vel feria tertia vel circa initium feriæ quartæ, à vespera præcedenti inchoatæ, dictæ fuerunt.*)

39. Hisce ita finitis, dixit Jesus ad Discipulos, (feria qvarta sive die Mercurii :) Scitis, qvod post biduum, computató scilicet hoc ipso die, Pascha sit, & filius hominis traditur, ut crucifigatur. Matth. 26. v. 1. 2. add. Marc. 14. v. 1. Luc. 22. v. 1. Principes verò Sacerdotum & populi consultant, in domo Cajaphæ, qvomodò Chri-

... tollerent. d. Matth. 26. v. 3. ... Luc. 22. v. 1. Dubitantibus ... ne ob instans festum per... & favorem, qvo Dominum ... non liceret, dd. Il. offert ... vel alia de caussa Iscariotes ... Apostolorum numero, verùm cui ... atqve avaritiâ flagrabat: exacer... erat proximâ Domini correctio... Mariam contra ejus mur... (*ea enim occasione historia il... narrata, ab Evangelistis duo... Matth. 26. v. 6. 13. Marc. 14.*

... precium produitionis 30. ... siclos. Matth. 26. v. 14. 16. Marc. ... Luc. 22. v. 3. 6. (*pro quibus ... libras argenti substituit Ka... 20. ubi vid. Casau.*

... verò die Azymorum, *feriâ scilicet ... cum sub vesperam, ... Paschale festum initium esset habi...* Dominus in urbem Petrum & Jo... in domo cujusdam, qvem cer... monstraverat, paraturos. *Superflu... nomen hospitis, quod Evangelistæ ... cari, aut suspicari, an Johannes Evan... quem unà cum Petro ablegatum*

Christum per dolum tollerent. d. Matth. 26. v. 3. 4. Marc. 14. v. 1. 2. Luc. 22. v. 1. Dubitantibus verò & verentibus, ne ob instans festum populi concursum & favorem, qvo Dominum prosequebatur, id tutò non liceret, dd. ll. offert se Judas, à patriâ, vel alia de causa Iscariotes dictus, ex Apostolorum numero, verùm cui pectus invidia atqve avaritiâ flagrabat: exacerbatus præterea erat proximâ Domini correctione, cum ungventem Mariam contra ejus murmura detendisset, (*eâ enim occasione historia illa, Joh. 12. suo loco narrata, ab Evangelistis duobus hic interseritur. Matth. 26. v. 6. 13. Marc. 14. v. 3. 9.*

Pactus autem est precium produitionis 30. argenteos, i. e. siclos. Matth. 26. v. 14. 16. Marci 14. v. 10. 11. Luc. 22. v. 3. 6. (*pro qvibus parum probabiliter libras argenti substituit Baron. in an. 34. n. 15. & 20. ubi vid. Casaubon.*

40. Primò verò die Azymorum, *feriâ scilicet quintâ sive die Jovis, cum sub vesperam, Azymorum sive Paschale festum initium esset habiturum*, misit Dominus in urbem Petrum & Johannem, Pascha in domo cujusdam, qvem certis notis demonstraverat, paraturos. *Superfluum enim est nomen hospitis, qvod Evangelistæ tacent, ariolari, aut suspicari, an Johannes Evangelista is fuerit, qvem unà cum Petro ablegatum*

fuisse expressè traditur. v. Casaubon. ad Baron. an. 34. n. 22.

Eò vero, cum tempus instaret, contulit se Dominus cum XII. Apostolis, nam & Judas redierat; & pro more regionis, in strata sive lectulos mensales discumbens Paschalem agnum, ut omnibus legis Cerimoniis etiam hâc vice satisfaceret, comedit; Testatus tamen id ultimâ vice fieri, qvod etiam repetiit, cum poculum pro consvetudine circumferretur Luc. 22. v. 7. 18. Matth. 26. v. 17. 20. Marc. 14. v. 12. 14. *v. Harmon. Gerhard. c. 169. Alii enim poculum illud à Calice Sacramentali non distingvunt, sed D. Lucam anticipatione uti existimant, cum Augustin. Lib. 5. de Consens. Ev. c. 1. v. D. Calixt. Concord. Lib. 6. c. 1.*

14. Postqvam cœnæ illius Paschalis pars primaria per comestionem agni, imò & altera, ut plurimis videtur, qvâ vel bellaria qvædam, aut cibi vulgares, vel embammata ex lactucis agrestibus cum azymis apponebantur, esset peracta, tertium hujus convivii actum singularem additurus Dominus, surrexit à cœna, positoqve exteriori vestimento sive pallio, ad servile opus se accingens, Discipulorum pedes lavit, & humilitatis atqve mutuæ dilectionis egregium exemplum præbuit. *Hæc à ceteris Evangelistis prætermissa describit D. Johann. c. 13. v. 1. 20.* Tùm verò Sacramentum corporis & sangvinis sui insti-

...traditur à tribus Evangelistis. Matth.
...Marc. 14. v. 22. 25. Luc. 22. v. 19. 20.
...qvi à Domino ipso mysterium i...
...revelatione se accepisse pro...
...Corinth. 11. v. 23.
...iterata Domini qverela de prodito...
...qvo jam inter lavandum mentionem
...Discipulorum super ea re confusio &
... Luc. 22. v. 21. 23. Marc. 14. v. 18. 21.
...ad interrogationem secretam Jo...
...suo accumbentis, porrectâ bucel...
...proditorem denotavit, Joh. 13. v. 1.
...accepisset proditor, simulqve per...
...impudentiam interrogâsset Domi...
...ego sum? Rabbi, & responsum, Tu
...Matth. 26. v. 21. 25. è consessu se pro...
... v. 30. Eô discedente Dominus
...sua locutus est. Joh. 13 v. 31. 32.
...rerum gestarum ordinem aliter col...
...statuit post agnum comestum ante
...interierunt, Judam etiam ab Euchari...
..., cum istud à Matthæo notatú. c. 26.
...Apostolis reliqvis non exauditum sta...
...vero cœnæ hujus vel duplicis vel tripar...
...ritibus Judæorum melius atqve clarius
...proponunt. v. Scaliger. in 6. de emend.
...Concord. c. 1. & 2. & qvi plurimorum sen...
...examinavit. Gerh. in Harm. c. 169.
..., qvod Christus & Apostoli non ac...
...accumbentes Pascha comederunt, ad
...præceptum divinum Judæorum con...
..., qvam utpote ad substantiam Paschalis Sa-

cra-

stituit, uti traditur à tribus Evangelistis. MATTH. 26. v. 26. 29. MARC. 14. v. 22. 25. Luc. 22. v. 19. 20. & à D. Paulo, qvi à Domino ipso mysterium istud, cœlesti nempè revelatione se accepisse profitetur. 1. Corinth. 11. v. 23.

Seqvitur iterata Domini qverela de proditore suo, de qvo jam inter lavandum mentionem fecerat, & Discipulorum super ea re confusio & interrogatio. Luc. 22. v. 21. 23. MARC. 14. v. 18. 21. At Christus ad interrogationem secretam Johannis, lateri suo accumbentis, porrectâ bucella Judam proditorem denotavit, Joh. 13. v. 1. qvam cum accepisset proditor, simulqve per summam impudentiam interrogâsset Dominum, num ego sum? Rabbi, & responsum, Tu dixisti, tulisset, MATTH. 26. v. 21. 25. è consessu se proripuit. Joh. 13. v. 30. Eô discedente Dominus de glorificatione sua locutus est. Joh. 13 v. 31. 32.

Hic verò multi rerum gestarum ordinem aliter collocant, & lotionem statim post agnum comestum ante cœnam vulgarem interserunt, Judam etiam ab Eucharistia aliqvi removent, dum istud à Matthæo notatū. c. 26. v. 25. *Tu dixisti*, ab Apostolis reliqvis non exauditum statuunt; totam verò cœnæ hujus vel duplicis vel tripartitæ historiam ex ritibus Judæorum melius atqve clarius intelligendam proponunt. v. Scaliger. in 6. de emend. temp. Calixt. Concord. c 1. & 2. & qvi plurimorum sententias collegit atq; examinavit. Gerh. in Harm. c. 169. 170. 171. Id etiam, qvod Christus & Apostoli non accincti ac stantes, sed accumbentes Pascha comederunt, ad inductam contra præceptum divinum Judæorum consvetudinem, qvam utpote ad substantiam Paschalis Sa-

cramenti non pertinentem haud improbaverit Dominus, pleriq; referunt. Alii verò malunt præceptum illud ad primam tantum in Ægypto celebrationem restringere. v. dd. ll.

At gravior longè & difficilior qvæstio est, qvi factum sit, ut Dominus Pascha cum Apostolis celebraverit feriâ qvintâ sive die Jovis, vespere nimirùm; verùm Judæi demum die seqventi feriâ sexta, qvod tàm clarè traditur à D. Johanne c. 13. v. 1. c. 18. v. 28. c. 19. v. 14. ut dubitari ea de re minimè possit aut debeat. Licet enim pleriqve è Clero Romano & operosè Baronius in an. 34. v. 24. & seqq. Salianus etiam a. 34. n. 37. & alii magno numero, conciliatum eant D. Johannis dicta cum traditis trium Evangelistarum, ut evincant Judæos eâdem feriâ qvintâ, qvâ Christus comederit, Pascha etiam comedisse; id tamen vix cuiqvam, verba Evangelistarum & Paschalis festi leges accuratè pensitanti pervadebunt. vid. Casaubon. ad. d. n. Baronii.

Græci certè Doctores, tàm veteres, qvàm recentiores, tanti fecerunt hanc temporis differentiam, ut statuerint Christum Dominum studiosè anticipasse festi tempus, & non in azymis, sed in fermentato pane, ut novum illud Testamentum suum notabili diversitate à veteri separaret, sacram cœnam instituisse, cui opinioni tantâ cum acerbitate institerunt, ut vel hæc inter maximas Schismatis causas sit, qvâ se à Latinis separant, & azymis utentes erroris intolerabilis damnant, haud paulò rigidiores hâc qvidem in parte Romanensibus, qvi usum azymi & fermentati inter adiaphora habent. vid. Baron. in an. 34. n. 24. 15. & ibi Casaub. Exerc. 6. n. 13. Sententiam Græcorum novam eum inter-

terpretatione tuetur etiam Hieronymus Vecchiett. Lib. 3. de an. prim. c. 33. & seqq. ubi verba Domini nostri, Paschatos hujus ultimi celebrationem desiderantis, ita interpretatur, ac si diceret, cupiisse se qvidem more consveto Pascha comędere, ejusq; parandi causâ Discipulos in urbem ablegâsse, verùm aliud se jam atq; utilius Sacramentum, corporis nimirùm & sangvinis sui, meditari; idq; etiam post reditum Discipulorum, Bethaniæ, non Hierosolymis, celebratum fuisse putat.

Mediam itaqve inter Romanos & Græcos sententiam hodiè tuentur doctissimi qviqve, cujus primus autor habetur Paulus Carthaginiensis gente Hebræus & Levita, dein Burgensis in Hispania Episcopus, qvi ante ducentos, & qvod excurrit, annos, è ritualibus & Calendariis Judæorum, & ex antiqva traditione, qvæ ante Christi nativitatem invalucrit, demonstravit, solitum fuisse Pontificibus Judaicis, ut Paschalis solennitas, qvoties illa in feriam qvintam & sextam (vesperam nempe qvintæ & lucem sextæ seqventis) incideret, ne duo festa concurrerent, in proximum Sabbathum, feriam nempe septimam, à vesperæ sextæ incipientis differre: idqve hoc anno Dominicæ Passionis ita esse factum; at Christum Dominum, qvi majorem divinę institutionis, qvàm traditionis inductæ rationem habuerit, justo tempore

Pascha comedisse, nec id ei objectum esse ab adversariis, sive id nescierint, sive hanc legis observantiam taxare coram populo ausi non sint. vid. post multos Casaubon. ad d. l. Baron. Gerhard. c. 166. Calixt. lib. 6. Concord. c. 1. addatur Jansen. in Concord. c. 128. Maldonat. in c. Matth. 26. & videntur hujus sententiæ fundamenta etiam nota fuisse ante Burgensem, Ruperto in c. Matth. 26.

42. Hymno, post consummatam cœnam, (ex Psalmis Davidicis, & uti putatur Psal. 112. (Hebr. 111. & seqq.) pronunciatio, *quem Baronius & alii post omnes demum Domini sermones collocant*, surrexit Dominus, & ad discessum ex urbe se paravit. (*quod enim Exod. 12. v. 22. de mansione intra domum edicitur, ad primam celebrationem pertinet.*) Verùm anteqvam iret, compescuit intempestivam Apostolorum de primatu contentionem, Luc. 22. v. 24. 30. (*ubi vide novam de Petri prærogativa expositionem Bar. in an. 34. n. 42. ibiq; Casaub. & Gerh. in Harm. c. 173.*) Et ad dilectionem mutuam omnes adhortatus, Petro trinam abnegationem prædicit. Luc. 22. v. 31. 34. Joh. 13. v. 33. 38. instantis etiam periculi & spiritualis armaturæ omnes, qvanqvam dicta parùm intelligentes admonet. Luc. 22. v. 35. 38. Seqvitur tandem jucundissima illa & valedictoria concio, & Discipulorum impertinen-

ter

...que interpellantium humanissima ... Johan. cap. 14. c. 15. c. 16. & preca... coelestem. c. 17. de qvibus viden... Expositores Theologi. (Qvamvis qvæ ... leguntur, inter eundem, multi dicta ... pugnante Gerhard. in Harm. c. 176. ... 1. pr.

... demum, jam provecta nocte, post ... numeramus, nonam, urbe per ... alta pace, minimè clausas, in vici... oliveti hortum, trans torren... juxta villam Gethsemane, uti ha... sere noctibus consveverat, egre... iret, Discipulorum fugam & Pe... uti probat Gerhard. in Har... prænunciat. Matth. 26. v. 30. 35. ... 31. Tùm relictis in vestibulo hor... Discipulis, Petrum, Jacobum & Johan... transfigurationis, ita nunc affli... assumit, pauloq; ulterius progres... prostratus, inter summos mentis ... pro humani generis peccatis ex... sanguineum sudorem emittit, preces ... Angelo confirmatur. Matth. 26. v. ... 14. v. 32. 42. Luc. 22. v. 40. 46. ... 1. 2.

... sanguineum Interpretes plerique pro sum... ... atque indicio, extremæ, qvam ... in spirituali hoc certamine sensit, af... ... Philosophorum & medicorum tradi-

ti

ter qvandoqve interpellantium humanissima informatio. Johan. cap. 14. c. 15. c. 16. & precatio ad Patrem cœlestem. c. 17. de qvibus videndi sunt Expositores Theologi. (Qvamvis qvæ post c. 14. leguntur, inter eundem, multi dicta velint, repugnante Gerhard. in Harm. c. 176. 177. pr. & 180. pr.

43. Sic demum, jam provecta nocte, post horam, uti nos numeramus, nonam, urbe per portas, ut in alta pace, minimè clausas, in vicinum ad montem oliveti hortum, trans torrentem Cedron juxta villam Gethsemane, uti hactenus singulis ferè noctibus consveverat, egreditur, & dum iret, Discipulorum fugam & Petri lapsum, iterum *uti probat Gerhard. in Harmon. c. 174. & 181.* prænunciat. Matth. 26. v. 30. 35. Marc. 14. v. 26. 31. Tùm relictis in vestibulo horti octo Discipulis, Petrum, Jacobum & Johannem, uti olim transfigurationis, ita nunc afflictionis testes assumit, pauloq; ulterius progressus & humi prostratus, inter summos mentis angores, qvos pro humani generis peccatis expertus est, sangvineum sudorem emittit, preces fundit, & ab Angelo confirmatur. Matth. 26. v. 36. 46. Marc. 14. v. 32. 42. Luc. 22. v. 40. 46. Joh. 18. v. 1. 2.

Sudorem sangvineum Interpretes pleriqve pro summo habent miraculo atqve indicio, extremæ, qvam Christus Dominus in spirituali hoc certamine sensit, afflictionis: alii ex Philosophorum & medicorum tradi-

tis, naturales ejus rei causas inqvirunt; sunt etiam ex antiqvis Doctoribus, qvi per similitudinem loqvi dicant Evangelistam, imò, qvi de textu illo Lucæ prorsus dubitent. Pro priori sententia vide Gerhard. in Harmon. c. 182. sed cum Euthymio tropum hic admittere videtur D. Calixt. Concord. Lib. 6. c. 8.

44. Cum finitis precibus Dominus adventum proditoris sui cum cohorte militum Romanorum & Judæorum divinitùs præsensisset, cum Discipulis suis, qvos ægrè è somno excitaverat, obviam irruenti turbæ factus, capitur, prius tamen uno verbo, dum se Jesum esse, qværentibus responderet, omnes ad terram prostravit, & osculum à Juda accepit, Matth. 26. v. 47. 50. Marc. 14. v. 43. 46. Luc. 22. v. 47. 47. Joh. 18. v. 3. 9. Dum ea aguntur, Petrus accepto gladio Malchum, Pontificis servum, aure truncat, Christus vulneratum sanat, Petrum compescit, & simul captoribus suis nocturnam illam grassationem exprobrat, Apostoli omnes fugiunt, & qvidam, è villa uti videtur vicina, expergefactus, cum sindone tantùm amictus esset, eâ relicta nudus evasit, (*qvem immeritò pro Johanne Evangelista habent, v. Casaubon. ad Baron. an. 34. n. 68.*) Matth. 26. v. 51. 56. Marc. 14. v. 47. 52. Luc. 22. v. 49. 53. Joh. 18, 10. 11.

45. Vincitur itaqve Dominus, (circa horam 10. aut noctis qvartam, & statim ad Annam, Cajaphæ Pontificis socerum, cujus domus scilicet prima occurrebat, atq; ipse magnâ erat auto-

...tur. Inde verò mox ad Caja-
...is ædibus (*nam apud D. Johannem*
...*capitulatio statuenda est, q. d. & mi-*
...*difficilis erit istius loci cum ceteris Ev-*
...*ancillatio, qva multos torsit Interpretes*
...*c. 186.*)

...congregato Sacerdotum & Procerum
...ermultarium examen instituitur,
...à servo Pontificis cæditur, dein
...frivola afferrentur testimonia, in-
...summo Pontifice, filium Dei se pro-
...ille pro detestabili blasphemia ha-
...indignatione vestimenta sua pro
...is, disrumperet, statimqve omnes
...Dominum pronunciant; intereà
...constantiæ memor, atrium do-
...ingressus, unius circiter horæ
...ab ancillis & servulis exagitaretur,
...Discipulo agnosceretur, tribus vi-
...suum abnegat; ejus tamen be-
...& prædicto galli cantu, monitus,
...loco se subducit, seriàqve pœniten-
...tur. Matth. 26. v. 57. 75. Marc. 14. v.
...22. v. 54. 62. Johann. 18. v. 21. 27.

...videtur ordo rerum, varièqve explica-
...qvi videndi sunt: Inter qvos Caje-
...Petrum negasse putat; verùm Evangeli-
...componentibus, ita collocanda existimatur
...ut Petrus statim atqve atrium ingres-
sus

toritate, adducitur. Inde verò mox ad Cajapham; In hujus ædibus (*nam apud D. Johannem c. 18. v. 24. recapitulatio statuenda est, q. d. & miserat; alias difficilis erit istius loci cum ceteris Evangelistis conciliatio, quæ multos torsit Interpretes. v. Harm. Gerh. c. 186.*)

Coram congregato Sacerdotum & Procerum concilio tumultuarium examen instituitur, Christus alapâ à servo Pontificis cæditur, dein cum nulla aut frivola afferrentur testimonia, interrogante summo Pontifice, filium Dei se profitetur; qvod ille pro detestabili blasphemia habet, ut præ indignatione vestimenta sua pro more gentis, disrumperet, statimqve omnes morte dignum Dominum pronunciant; intereà Petrus jactatæ constantiæ memor, atrium domus Pontificiæ ingressus, unius circiter horæ spatio, cum ab ancillis & servulis exagitaretur, & pro Christi Discipulo agnosceretur, tribus vicibus Dominum suum abnegat; ejus tamen benigno intuitu, & prædicto galli cantu, monitus, ex infausto loco se subducit, seriâqve pœnitentia convertitur. Matth. 26. v. 57. 75. Marc. 14. v. 53. 72. Luc. 22. v. 54. 62. Johann. 18. v. 21. 27.

Intricatus hic videtur ordo rerum, varièqve explicatur ab interpretibus, qvi videndi sunt: Inter qvos Cajetanus septies Petrum negasse putat; verùm Evangelistarum dicta componentibus, ita collocanda existimatur rei gestæ series, ut Petrus statim atqve atrium ingressus

ſus eſt, primâ vice negaverit, gallꝰ etiam primâ vice poſt horam 10. cecinerit, poſt hæc interrogatur Dominus de doctrina ſua & Diſcipulis, & alapâ cæditur. Petrus ſecunda vice negat; inde per examina teſtium transacto penè horæ ſpatio, ut notat Luc. 22. v. 59. tertia Petri negatio ſecuta eſt, Dominiq;, qvem ſcilicet poſt confeſſionem atqve condemnationem ex ſuperiori loco in atrium remiſerant Sacerdotes, vel in porticibus juxta atrium examinabant, intuitus; Petri abitus, & amaræ lacrymæ, cum eodem tempore ſecundus galli cantus circa mediam noctem eſſet auditus. v. Gerh. Harm. c. 186. 187. 188. at de gallo & gallicinio c. 181. Janſen. & Maldonat. primum galli cantum circa mediam noctem, ſecundum ante diluculum ponunt, verùm circa mediam noctem diſceſſerant jam Pontifices & Petrus, ut mox dicemus; Superſedere tamen poſſumus totâ hâc de galli cantûs tempore diſqviſitione, ſi cum Optato Milevitano Lib. 7. ſtatuamus, gallum ideò tunc ceciniſſe, non ut tempora diſtingveret, ſed ut Petrus ſe peccâſſe agnoſceret. v. D. Calixt. Harm Lib. 6. c. 9.

46. Confeſſione Domini confectum negotium exiſtimantes Proceres, digrediuntur, eumqve inter manus lictorum, ſervorum & militum relinqvunt, à qvibus per reliqvum noctis usqve ad diluculum conviciis atqve ſarcaſmis exagitatus, & colaphis cæſus eſt. Matth. 26. v. 67. 68. Marc. 14. v. 65. Luc. 22. v. 63. 65.

Ordo rerum ex narratione D. Lucæ pateſcit, cum c. 22. v. 66. notat, Proceres manè iterum conveniſſe, digreſſi itaq; prius ſunt, paulò poſt mediam noctem, poſtqvam Petrus etiam exiiſſet; nam apud Matthæum & Marcum irriſio Domini per Prolepſin narratur, niſi eam in duos veluti actus diſtingvere, aut ſtatuere velimus, Proceres totâ nocte examini illi & exagitationi operam dediſſe. qvod D. Lucæ verba, & ceterorum etiam matutinum

...indicantium, Matth. 27. v. 1. Marc. 15. ... v. Harmon. c. 189. Calixt. cap. 10.

...qvam illuxit, *feriâ ſexta ſive die* ...tantes, ob inſtans proximâ veſperâ ...mane conveniunt ſeniores ple... ...ipes Sacerdotum & Scribæ, & redu... ...ſſum ſuum Dominum iterum in... ...com repeteret confeſſionem ſuam, ...Pilatum, qvi Cæſaris nomine Ju... ...rabat, in prætorium deducunt, ...v. 1. 2. Marc. 15. v. 1. Luc. 23. v. 1. Joh. ...*enim ipſis licebat capitalem ſenten... ...ſtu pronunciare aut exequi, poſt... ...Archelao, ut alibi dicemus, Judæa ...formam eſſet redacta.* v. Caſaubon. ...Gerh. Harmon. c. 190. Tunc ...ior, pœnitentia ductus, projecit, ...erat nummos; ii à Sacerdotibus in ...agri impenſi ſunt, in qvo peregri... ...ntur. Sceleſtus ipſe de venia com... ...ns deſperans, ſuſpendio ſe necavit. ...v. 2. 10. &, uti Actor. 1. v. 18. additur, ...ſcilicet laqveo, *in terram cadens*, ...a, atqve ita poſt fœdum & horren... ...poris exitium, æternum etiam animæ ...invenit; *unde d. c. Act. 1. v. 25. ab...* ...ἐς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. *Rejicimus au... ...tam de morte Judæ fabulam, qvam ...quidem, ſed nimis credulus ac futi...*

lis

sinum conventum indicantium, Matth. 27. v. 1. Marc. 15. v. 1. vix admittunt. v. Harmon. c. 189. Calixt. cap. 10. Lib. 6.

47. Postqvam illuxit, *feriâ sexta sive die Veneris*, festinantes, ob instans proximâ vesperâ festum, summo mane conveniunt seniores plebis & Principes Sacerdotum & Scribæ, & reductum in consessum suum Dominum iterum interrogant, & cum repeteret confessionem suam, ad Pontium Pilatum, qvi Cæsaris nomine Judæam procurabat, in prætorium deducunt, Matth. 27. v. 1. 2. Marc. 15. v. 1. Luc. 23. v. 1. Joh. 18. v. 28. *neque enim ipsis licebat capitalem sententiam cum effectu pronunciare aut exequi, postqvam mortuo Archelao, ut alibi dicemus, Judæa in provinciæ formam esset redacta.* v. Casaubon. ad an. 34. n. 76. Gerh. Harmon. c. 190. Tunc Judas proditor, pœnitentia ductus, projecit, qvos acceperat nummos; ii à Sacerdotibus in coëmtionem agri impensi sunt, in qvo peregrini sepelirentur. Scelestus ipse de venia commissi facinoris desperans, suspendio se necavit. Matth. 27. v. 2. 10. &, uti Actor. 1. v. 18. additur, *pronus*, rupto scilicet laqveo, *in terram cadens, effudit viscera*, atqve ita post fœdum & horrendum corporis exitium, æternum etiam animæ cruciatum invenit; *unde d. c. Act. 1. v. 25. abisse dicitur εἰς τὸν τόπον τὸν ἴδιον. Rejicimus autem hîc insitam de morte Judæ fabulam, qvam Papias, vetus qvidem, sed nimis credulus ac futilis*

lis autor, posteris insinuavit. v. Harmon. Gerhard. cap. 190. Casaubon. ad n. 74.75. An. 34.

48. Coram Pilato Salvator noster, (circa horam diei secundam, nostro verò computo, ducto à media nocte numero, octavam) tribus potissimùm capitibus à D. Luca c. 23. v. 2. memoratis accusatur, super iis Præses variè cum Domino collocutus, qvamvis ad pleraqve ut nullo responso digna, sileret, Matth. 27. v. 11. 14. Marc. 15. v. 2. 5. Luc. 23. v. 1. 4. Joh. 18. v. 28. 38. innocentem eum esse, satis clarè deprehendit. Ut tamen vel absolvendi vel condemnandi ejus invidiam à se amoliretur, audito, qvod Jesus è Galilæa esset, ad Herodem provinciæ illius Tetrarcham, præsentem tunc ob Paschale festum, mittere Dominum decrevit, ita simul Herodi, qvo parùm benevolo utebatur, gratificaturus. Verùm & ab hoc, ob silentium, contemtus & albâ veste, ad innocentiæ & simplicitatis testimonium indutus, rejicitur, & Pilato remittitur, Luc. 23. v. 5. 12. vid. Casau. ad an. 34. n. 79.

49. Eo magis de liberando Domino cogitans Pilatus, & ab uxore somniis territâ monitus, copiam, pro more suo, ad instantis festi lætitiam augendam, populo facit, captivi alicujus & nominatim vel Christi vel Barrabæ, qvi ob latrocinia in vinculis erat, liberationem petendi & impetrandi: verùm plebs à proceribus incita-

...erunt neqvissimum latronem, Christi ad crucem poposcerunt. Matth. 27. ... Marc. 15. v. 6. 14. Luc. 23. v. 13. 23. Joh. ... Igitur hac qvoq; spe depulsus Pro... iniqvum & crudele remedium ad satu... populi rabiem excogitat decernens, ut ... flagris cæderetur, qvod etiam statim, ... diei tertiam, nobis nonam, milites ... ita, ut Dominus, theatrici Regis ... spineâ, & detrito qvodam pur... amiculo ornatus, populo sistere... miserabili hoc spectaculo nec Pilati ... moti sunt Judæi qvin iteratis ... ad crucem eum poscerent. Joh. 19. ... 27. v. 27. 30. Marc. 15. v. 16. 19. *qvi ... flagellationem, per recapitulationem ... postponunt.* Victus ergò tan... obstinatione, & maximè injectâ ... de Cæsaris offensa, si servaret ... qvalemcunqve se esse diceret: ... iterum colloqvio tentavit Domi... innocentia ejus tùm verbis, tùm si... lotionem testatus, ad crucis ... qvo Romani in seditiosos vilioris ... utebantur, Christum condemna... verò, ut flagitaverant, liberum ... Matth. 27. v. 24. 26. Marc. 15. v. 15. Luc. ... Joh. 18. v. 8. 16.

... itaqve circa horam diei sextam

i. e.

citata prætulerunt neqviſſimum latronem, Chriſtum verò ad crucem popoſcerunt. Matth. 27. v. 15. 23. Marc. 15. v. 6. 14. Luc. 23. v. 13. 23. Joh. 18. v. 39. 40. Igitur hac qvoq; ſpe depulſus Procurator, iniqvum & crudele remedium ad ſaturandam populi rabiem excogitat decernens, ut Chriſtus flagris cæderetur, qvod etiam ſtatim, circa horam diei tertiam, nobis nonam, milites executi ſunt, ita, ut Dominus, theatrici Regis inſtar, coronâ ſpineâ, & detrito qvodam purpurei coloris amiculo ornatus, populo ſiſteretur; ſed neq; miſerabili hoc ſpectaculo nec Pilati voce, *Ecce homo*, moti ſunt Judæi qvin iteratis clamoribus ad crucem eum poſcerent. Joh. 19. v. 1. 7. Matth. 37. v. 27. 30. Marc. 15. v. 16. 19. *qvi duo tamen, flagellationem, per recapitulationem capitali ſententiæ poſtponunt.* Victus ergò tandem eſt populi obſtinatione, & maximè injectâ comminatione de Cæſaris offenſa, ſi ſervaret eum, qvi Regem qvalemcunqve ſe eſſe diceret: prius tamen iterum colloqvio tentavit Dominum, & de innocentia ejus tùm verbis, tùm ſigno per manuum lotionem teſtatus, ad crucis ſupplicium, qvo Romani in ſeditioſos vilioris conditionis utebantur, Chriſtum condemnavit, Barrabam verò, ut flagitaverant, liberum dimiſit. Matth. 27. v. 24. 26. Marc. 15. v. 15. Luc. 23. v. 24. 25. Joh. 18. v. 8. 16.

50. Traditur itaqve circa horam diei ſextam

i. e.

i. e. meridiem, sive duodecimam nostram, & veste suâ, qvam flagellantes detraxerant, iterum indutus, per urbem educitur, crucem suam, sive lignum ejus transversarium, qvantum præ lassitudine poterat, bajulans; substitutus enim est deficienti, licet invitus, militari lascivia, Simon qvidam Cyrenæus. Matth. 27. v. 26. Joh. 19. v. 16. 17.

D. Marcus supplicii tempus c. 15. v. 24. ad horam tertiam refert, cum sextam D. Johannes c. 19. v. 14. expressè nominet: inter varias responsiones à plerisqve videntur probandæ, qvod D. Marcus agat de tota actione coram Præside, ut scilicet tempus à tertia hora usqve ad sextam transactum sit, contentione Pilati & populi de crucifigendo Domino; aut tertia hora sit tertius qvadrans diei, à meridie incipiens. vid. Gerh. Harm. c. 196. D. Hieronymus, qvem haud pauci sequuntur mendum in numero Marci agnoscit. At D. Georg. Calixt. Lib. 7. c. 12. repudiata etiam de qvadrante interpretatione, fatetur tandem, esse in sacra hac Historia, qvæ exponi a nobis neqveant. Certè interpretum veterum & recentium commentarios lecturi optimè & secundum pietatis & fidei Christianæ leges facient, qvi in historia sacra universim, tùm præcipuè in hac de passione Domini, Evangelistarum dicta ea qvâ proferuntur simplicitate, qvantum textus & rerum ratio atqve ordo patitur, acceperint, & nimis curiosam omnium circumstantiarum, qvas vocant, perscrutationem omiserint, spretis etiam, qvæ non exiguo numero hic interjici & addi solent fabulis, & falso confictis, atqve incautè, licet haud malè mente creditis, miraculis. Sufficiunt enim imò omnem captum meditationemqve nostram excedunt, qvæ à sacris Scriptoribus tradita sunt.

51. Dum dicitur Dominus, ad mulieres in via flentes, conversus, instantem Judaicæ gentis ca-

calamitatem prædicit. Luc. 23. v. 27. 31. Eunti verò oblatum est vinum myrrhatum, qvod cum humanitatis genus erga morituros esset, crudeles nebulones etiam hanc perverterunt, & fel potui miscuerunt, *qvod pro veneno qvidam habent*, neqve Dominus bibere voluit. Matth. 27. v. 33. 4. Marc. 15. v. 22. 23. vid. Harm. Gerh. c. 197. Calixt. Lib. 7. c. 13. Casaub. ad n. 95. Crucifixus autem est Jesus in loco, cui, vel à rotunda forma, vel à cadaverum reliqviis, Golgathæ, i. e. Calvariæ nomen erat, inter duos latrones. Matthæi 27. v. 35. 38. Marc. 15. v. 25. 28. Luc. 23. v. 33. Joh. 19. v. 17. 18. *de forma crucis, & tota hujus supplicii ratione, qvod Baronius, Sigonius, Lipsius, etiam Judæis usitatum fuisse putant, dum suspensionem in ligno, furcam aut patibulum scilicet, cum cruce propriè dictâ confundunt*, videri possunt variæ Interpretum sententiæ. vid. Casaubon. ad n. 77. Gerh. Harm. c. 198. Calixt. lib. 6. c. 13.

52. Pendens in cruce Christus, tribusqve, vel, ut alii statuunt, qvatuor clavis affixus, vid. Gerh. Harm. c. 198. titulum gessit, Pilati jussu, Latino, Græco, Hebraico idiomate, qvanqvam parùm assentientibus. Pontificibus, capiti suprascriptum, *JEsus Nazarenus Rex Judæorum*. Matth. 27. v. 37. Marc. 15. v. 26. Luc. 23. v. 38. & plenius Joh. 19. v. 19. 21. Oravit autem pro inimicis suis, dicens: *Pater, remitte illis*,

lis, qvia nesciunt, qvid faciant. Luc. 23. vers. 34.

Interim vestimenta sua dividi inter milites vidit. Matth. 27. v. 35. 36. Marc. 15. v. 24. Luc. 23. v. 34. 35. Joh. 19. v. 23. 24. Tùm summa à prætereuntibus astantibus, imò & latronibus secum crucifixis, aut altero saltem ex illis, pertulit convitia, Matth. 27. vers. 39. 44. Marc. 15. v. 29. 32. Luc. 23. v. 35. 37. alteri tamen è latronibus, socium increpanti, & Christi gratiam imploranti, regni cœlestis fruitionem pollicitus est, inqviens: *Amen dico tibi, hodiè mecum eris in Paradiso. Luc. 23. v. 39. 43.*

Adstantem inter alias, qvæ ex Galilæa comitatæ eum erant, feminas, magno cum animi cruciatu matrem sanctissimam, Johanni Apostolo, & hunc vicissim matri commendavit Joh. 19. v. 25. 27. Interim Eclipsis solis, & qvidem, ut communior interpretum sententia est, præternaturalis, utpote plenilunii tempore, Solis lumen horis tribus obscuravit, à meridie scilicet sive horâ diei sextâ, usqve ad nonam, i. e. tertiam nostram. Matth. 27. v. 45. Marc. 15. v. 33. Luc. 23. v. 44. 45.

(*Hoc Solis deliqvium notâsse putatur Phlegon Adriani libertus in anno qvarto Olympiadis 202. qvod tamen is pro naturali habuit. v. Calvis. in an. Chr. 33. Gerh. Harm. c. 202. Casaubon. ad an. 34. n. 128.*) Cum lumen Soli redditum esset,

...lamentabili voce, ex Psalmi 22. ver. ...em Patrem invocat; Spectatores & ... qui in tenebris tacuisse videntur, ad ...dunt, Eliam ab eo expeti dictitan... ...v. 46. 47. 49. Marc. 15. v. 34. 35. ...posceret, ut conveniebat langve... ...mitate carnis humanæ, oblatum ei ...petulantiâ acetum, qvod non ad po... ...continuando, uti videtur, cruciatu ...miseris in promtu erat, Matth. 27. v. ...36. *De hyssopo, cujus meminit Jo... ...v. 29. qvod qvidam arundinis vicem, ...aceto plenam imposuerant, explevis... ...aceto admixtum fuisse putant.* vid. In... ...& Casaub. ad an. 34. n. 124. & seqq. ...dixisset: Consummatum est, & a... ...Patri clarâ voce commendâsset, in... ...emisit spiritum. Johan. 19. v. 28. ...v. 46. *Matth.* 27. v. 50. *Marc.* 15.

...autem est Christus Jesus, Dei ...mòrte verâ & naturali, sponta... ...& minimè meritâ, qvâ cœlesti Patri ...obedientiam præstitit, & perfectissi... ...post tot veteris Testamenti sacrifi... ...qvæ placeret, victimam obtulit; ...hominum generi, qvotqvot tantùm ...salutari fide apprehenderent, ...jam anticipâssent, reconciliatio

nem

set, Christus lamentabili voce, ex Psalmi 22. verbis, cœlestem Patrem invocat; Spectatores & custodes, qvi in tenebris tacuisse videntur, ad cavillos redeunt, Eliam ab eo expeti dictitantes, Matth. 27. v. 46. 47. 49. Marc. 15. v. 34. 35. cum potum poscceret, ut conveniebat langvescenti ex infirmitate carnis humanæ, oblatum ei est militari petulantiâ acetum, qvod non ad potum, sed pro continuando, uti videtur, cruciatu reficiendis miseris in promtu erat, Matth. 27. v. 48. Marc. 15. 36. *De hyssopo, cujus meminit Johan. c. 19. v. 29. qvod quidam arundinis vicem, cui spongiam aceto plenam imposuerant, explevisse, quidam aceto admixtum fuisse putant.* vid. Interptetes & Casaub. ad an. 34. n. 124. & seqq. Posthæc cum dixisset: Consummatum est, & animam Deo Patri clarâ voce commendâsset, inclinato capite emisit spiritum. Johan. 19. v. 28. 30. Luc. 23. v. 46. *M*atth. 27. v. 50. *M*arc. 15. v. 37.

53. Mortuus autem est Christus Jesus, Dei & Mariæ filius, mòrte verâ & naturali, spontaneâ tamen & minimè meritâ, qvâ cœlesti Patri summam obedientiam præstitit, & perfectissimam, atqve, post tot veteris Testamenti sacrificia, ultimam, qvæ placeret, victimam obtulit; toti vero hominum generi, qvotqvot tantùm hoc beneficium salutari fide apprehenderent, aut spe certâ jam anticipâssent, reconciliatio-

nem cum irato Deo, æternamqve ſalutem adqviſivit, Anno mundi juxta Calcul. Calviſ. 3982. Æræ vulgaris Chriſtianæ 33. veræ, adeòqve anno vitæ ſuæ currente, ut ipſe cum Chronologis præſtantiſſimis qvibusqve ſtatuit, 35. (at juxta communiorem Theologorum ſententiam 34.) Ser. Sulpitio Galba, *L.* Corn. Sulla, Conſulibus, Anno Tiberii Cæſaris 19. à 19. Auguſti Anni Juliani præcedentis cœpto: die, ut pleriqve computant, 25. Martii, at ex calculo Calviſiano 3. April. poſt horam diei nonam, nobis tertiam poſt meridianam, *reliqvas Chronologiæ rationes & controverſias, qvi ſcire atqve expendere velit, ipſos adeat, ſi lubet, Autores.* vid. ſupr. n. 2. & Salian. in an. 34. n. 12. & ſeqq.

54. Miracula Chriſti mortem ſecuta traduntur ab Evangeliſtis, Veli in templo, *& qvidem, ut probabilius videtur interioris, qvamvis exterioris placeat Baron. n. 127.* ſciſſio, *hanc etiam Rabbini innuere videntur, cum ſcribunt 40. ante excidium annis, fores templi ſeſe aperuiſſe.* vid. Caſaub. ad d. n. 127. terræ motus, *Phlegonti etiam, ſed in Bithynia obſervatus*, petrarum diſruptio & ſepulchrorum apertio, è qvibus *poſt reſurrectionem ſcilicet Domini, utpote qvi primigenitus reſurgentium ad immortalem vitam fuit,* Coloſs. 1. v. 18. Sanctorum corpora viva redierunt, & multis conſpecta ſunt, Matth. 27. v. 51. 53. Marc. 15. v. 38. Luc. 23. v. 45. *Ubi tamen*

men malumus nomina illorum ignorare, quam nimie curiositatis rei esse, aut fabulis indulgere. Non improbabilis autem conjectura est, revixisse plurimos sanctis Patriarchis, & speciatim ex Patrum sententiâ Jobum, tùm eos qvoq; qvi Christum in carne oculo & mente fideli viderant, ut Simeon; neqve posthâc iterum, uti alii à Prophetis & Christo, tempore ministerii sui, resuscitatos, denùo mortuos, sed ad cœlestem gloriam clarificatis corporibus translatos esse. v. Harm. Gerh. c. 203. & dissentientem Salian. in an. 34. n. 60.

Seqvitur Centurionis & reliqvorum custodum de Christo confessio, Matth. 27. v. 54. Marc. 15. v. 39. & spectatorum perturbatio, Luc. 23. 48. Subjungit D. Johannes, cum ob instans Sabbathum festumqve Paschale, qvod ab hora sexta, vespertina incipiebat, petiissent Judæi, ut tollerentur crucifixorum corpora, eâqve fini latrones, qvi nondum exspiraverant, cruris fragio conficerentur, latus Christi jam defuncti à milite qvodam lanceâ esse perfossum, & ex eo sangvinem & aqvam emanâsse, Joh. 19. v. 31. 37. *qvod non sine miracule, atqve mysterio factum esse, contra Calvin. & alios, pleriq; asserunt. v. Gerh. Harm. c. 204. v. Calixt. Harm. Lib. 6. c. 15.*

55. Sepulturam nactus est Christus honestam, operâ Senatorum Josephi Arimathiensis, & Nicodemi, qvi acceptum Pilati concessione corpus ejus unxerunt aromatibus, & involve-

runt sindone ex more Judæorum, condiderunt deinde in horto proximo, in spelunca rupi incisa, & hactenus tamen funus nullium illatum erat, (ne scilicet qvis suspicari posset, alium ibi resurrexisse) & hæc omnia festinanter, ob imminens Sabbathi tempus, administrata sunt. Matt. 27. v. 57. 61. Marc. 15. v. 42. 47. Luc. 23. v. 56. Joh. 19. v. 38. 42. ipso tamen Sabbatho, rogatus Judæorum Proceribus, Pilatus obsignari speluncæ aditum, & militarem custodiam usqve in diem tertium apponi jussit. Matth. 27. v. 62. 66. Verùm qvod pessimi illi ad impediendam Domini resurrectionem, aut ejus famam, excogitaverant, ad eandem probandam atqve manifestandam vertit, uti jam audiemus.

56. Posteaqvam Dominus feriâ sextâ die Veneris post horam diei nonam, uti diximus, decessisset, & paulò ante vesperam speluncæ illi, *in qva spatium aliqvod, ad plura corpora recipienda, ipsumq; aditum, non loculum, aut sepulchrum, in qvo Domini corpus jacebat, saxo clausum fuisse, præsupponendum est*, illatus fuisset, qvievit ibi non per particulam tantùm brevem illius diei, sed & nocte proximâ & die Sabbathi seqventi, & noctis, qvæ Sabbathum seqvitur, maximam partem, usqve ad summum manè feriæ primæ, qvam Hebraïco more unam, i. e. primam Sabbathorum sive hebdomadis dixit

Matth.

Matth. 28. v. 1. nos ab hac ipsa resurrectione Domini, Dominicam vocamus. *Fuit itaque corpus dominicum in sepulchro, horis circiter 30. quæ quoniam in trium dierum partes incidunt, tridui nomine per Synechdochen enunciantur, quomodo etiam intelligendus est locus, Matth. 12. v. 40. addatur Genes. 7. v. 4. 12. Exod. 24. v. 18.*

57. Surrexit itaque Jesus, divinâ atque propriâ virtute summo diluculo diei, quam diximus, Dominicæ, ita ut mulieres, licet de nocte surgentes, corpus non reperirent, quo quidem tempore, & in ipso, ut creditur, momento terræ metus factus est, & Angelus Domini splendidâ formâ de cœlo descendens removit lapidem ab ostio specus sepulchralis, non quidem Domini causa, nam is, uti semper credidit antiquitas, divinâ vi per saxa penetravit, sed propter mulieres. Matthæi 28. vers. 2. 3. Viso Angelo aufugêre custodes, d. l. vers. 4. At primò omnium resurrectio Christi mulieribus illis detecta est, quæ Dominum inde à Galilæa secutæ erant, inter quas præcipua erat Maria Magdalena, quam etiam solam nominat, utpote apparitionem specialem ei factam descripturus D. Johannes c. 20. v. 1. reliquæ erant Maria Jacobi, scilicet mater, & Joses, quæ Alphæi, dein Cleophæ uxor fuit, & Salome uxor Zebedæi, soror Josephi credita. Istæ & cruci Christi adstiterant, &, ubi

sepeliretur, notaverant, emerant etiam vel statim post mortem Domini, anteqvam Sabbathum cœpisset, vel profundo vespere post transactum Sabbathum, ungventa, (Sabbatho enim qviescendum erat, & Marc. 16. v. 1. pro *emerunt intelligendum est emerant.*) tùm anteqvam dies dominicus sive prima Sabbathorum illucesceret, cumqve adhuc tenebræ essent, (*neqve aliud tempus denotatur, Matth. 28. v. 1. ubi ὀψὲ σαββάτων significat transactum Sabbathum, non ipsam Sabbathi vesperam; & Marc. 26. v. 2. exortus Sol, pro ortui proximus ponitur; neqve enim, si suprà Horizontem fuisset, cum summo diluculo & tenebris Joh. 20. v. 1. memoratis convenire potuisset,*) ad sepulchrum ungvendi corporis causâ contenderunt, Matth. 28. v. 4. Marci 16. v. 1. 2. Luc. 24. v. 1. Joh. 26. v. 1. *sunt, qvi duplex mulierum iter ex dictis Evangelistarum concludant, putantes, Mariam utramq; vesperâ Sabbathi speculatum saltem ivisse, v. Gerh. Harm. cap. 207. Verùm prior sententia vel ideò præferenda videtur, qvod sic custodes appositos vidissent, qvos tamen omnes videntur ignorâsse, neqve enim de alia re, qvâm de saxo devolvendo, sollicitæ sunt.*

Dum itaqve eunt mulieres, jam resurrexerat Dominus, &, ut in symbolo Apostolico profitemur, veteresq; ex dictis qvibusdam Scripturæ collegerunt, ad infetos descenderat, majestatem-

...m ad diabolicum terrorem ostende... videndi sunt Theologi,) appro... verò magno cum pavore ad se... mulieribus, Angeli duo resurrectio... Marc. 16. v. 3. 4. Luc. 24. v. 2. ... Matth. 28. v. 4. & Marc. 16. v. 5. ... Angelus nominatur; is scilicet in ... mulieribus locutus est, at duo ... monumento apparuerunt, v. post mul... 7. c. 1. Sic alii bis ad sepulchrum ... statuunt, ut Gerhard. in Harm. c. ... bis, ut initio constituimus, seqve... Maria Magdalena, statim atqve amo... vidit, & corpus Domini ablatum ... cucurrit, neqve Angelos audiit, ... ex Johan. 20. v. 1. 2. Asseqvuntur ... etiam sociæ, & simul citato gradu ... festinantes, qvæ viderant, audie... renunciant, minimè tamen fidem inve... 24. v. 10. 1. Excitantur autem Mag... ...mum de sublato corpore qvæsti... & Johannes, ut & ipsi ad monu... currerent. Qvod secundum relata à ... vacuum, & linteamina reposita com... & rursus abeunt. Luc. 24. v. 12. Joh. 20. ... nos denuò Maria Magdalena ... plorans ad monumentum, primùm ... Angelos, (qvi Apostolis illis duobus a... deinde Dominum ipsum, qvem p...

temqve ſuam ad diabolicum terrorem oſtenderat, (qva de re videndi ſunt Theologi,) appropinqvantibus verò magno cum pavore ad ſepulchrum mulieribus, Angeli duo reſurrectionem annunciant. Marc. 16. v. 3. 4. Luc. 24. v. 2. *Apud Matth. 28. v. 4. & Marc. 16. v. 5. unus tantùm Angelus nominatur; is ſcilicet in ſpelunce introitu mulieribus locutus eſt, at duo alii in ipſo monumento apparuerunt, v. poſt multos Calixt. lib. 7. c. 1. Sic alii bis ad ſepulchrum iviſſe mulieres ſtatuunt, ut Gerhard. in Harm. c. 217. quem nos hìc, ut initio conſtituimus, ſeqvemur.* At Maria Magdalena, ſtatim atqve amotum lapidem vidit, & corpus Domini ablatum credidit, retrò cucurrit, neqve Angelos audiit, ut colligitur ex Johan. 20. v. 1. 2. Aſſeqvuntur autem eam etiam ſociæ, & ſimul citato gradu ad Apoſtolos feſtinantes, qvæ viderant, audierantqve renunciant, minimè tamen fidem inveniunt. Luc. 24. v. 10. 1. Excitantur autem Magdalenæ potiſſimùm de ſublato corpore qvæſtibus, Petrus & Johannes, ut & ipſi ad monumentum currerent. Qvod ſecundum relata à mulieribus vacuum, & linteamina repoſita comperiunt, & rurſus abeunt. Luc. 24. v. 12. Joh. 20. v. 2. 10. Seqvitur hos denuò Maria Magdalena, & ſtans atq; plorans ad monumentum, primùm duos Angelos, (qvi Apoſtolis illis duobus apparuerant) deinde Dominum ipſum, qvem primò

mò pro hortulano habebat, vidit, eaqve prima fuit redivivi apparitio, *Marc. 16. v. 9. 10. 11. Johan. 20. v. 11. 18. Malunt qvidem alii, nullo tamen Scripturæ testimonio adjuti, Christum primum Mariæ virgini matri apparuisse, & satis audacter pronunciat Maldonatus Jesuita, ita eum decuisse; verùm imbecillæ sunt ratiocinationes, à cogitationibus & viis hominum ad vias Dei. v. Casaub. ad n. 183. Baron. Variæ etiam verborum Domini ad Mariam explicationes, reperiuntur apud Expositores. D. Calixt. id simpliciter dici vult, Mariam tempus tangendi Domini causa non debere consumere, sed potius ad Discipulos festinare, nondum enim ascendisse Dominum, aut mox ascensurum, sed aliqvot adhuc dies in terris commoraturum suiqve videndi copiam præbiturum. v. Lib. 7. c. 2. à qva interpretatione parùm abit D. Gerhard. in Harm. c. 208. nisi qvod addit, Dominum his verbis ad cogitationem cœlestis regni sui, ad qvod mox ascensurus esset, à terrena illa conversatione, revocare Mariam voluisse. vide ibi allegata ex Patribus plura, &c.*

At dum ab Apostolis iterum ad monumentum sese conferunt reliqvæ mulieres, *aut secundum illos, qvibus hîc secundus accessus non placet, dum redeunt à sepulchro, non tantum iterum Angelus unus adolescentis forma repetit ea, qvæ dixerant duo priores, & in Galilæam eas proficisci jubet; verum & Dominus ipse obviam iis fa-*

Avete, illæ autem accesserunt, & te-
& adoraverunt eum; Addi-
, ut in Galilæam irent, ibique
Matth. 28. v. 5. 10. Marc. 16. v. 5. 8.
apparitio. Interim custodes
receperunt, renunciantes, qvæ vi-
duobus, verum accepta pecunia
ruuntur, corpus Domini se dormi-
subductum esse. Matth. 28. v. 11. 15.

apparitio facta est Petro, cum à
vacuum cum Johanne invene-
via, in urbem reverteretur, ut col-
Luc. 24. v. 34. & 1. Cor. 15. v. 5. Jo-
nihil tunc vidit, & tamen credidit.
ipse, c. 20. v. 8. *Qvarta* accidit
circa vesperam duobus Discipulis
euntibus, qvorum unus nomina-
, alter tacetur, & à qvibusdam pro
ab aliis pro Nathaneële, incerta
habetur. Luc. 24. v. 13. 35. add.
Dum duo illi sero diei ad con-
metu Judæorum clausis januis la-
redeunt, nocte jam provecta
inter illos adstitit, (qvæ fuit
resurrectionis die *apparitio*) &
verba locutus est, qvæ habentur
v. 36. Joh. 20. v. 19. Marc. 16. v. 14.
ab Evangelistis, & præsertim D.

factus, dixit: *Avete*, illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum; Addidit Jesu præceptum, ut in Galilæam irent, ibique se expectarent, Matth. 28. v. 5. 10. Marc. 16. v. 5. 8. Et hæc fuit secunda apparitio. Interim custodes in urbem se receperunt, renunciantes, qvæ viderant, Sacerdotibus, verùm accepta pecunia turpiter mentiuntur, corpus Domini se dormientibus furto subductum esse. Matth. 28. v. 11. 15.

58. *Tertia apparitio* facta est Petro, cum à sepulchro, qvod vacuum cum Johanne invenerat, alia scilicet viâ, in urbem reverteretur, ut colligi potest ex Luc. 24. v. 34. & 1. Cor. 15. v. 5. Johannes enim nihil tunc vidit, & tamen credidit, ut profitetur ipse, c. 20. v. 8. *Qvarta* accidit, eodem die circa vesperam duobus Discipulis Emmauntem euntibus, qvorum unus nominatur Cleophas, alter tacetur, & à qvibusdam pro ipso D. Luca, ab aliis pro Nathanaële, incerta, utiqve conjectura, habetur. Luc. 24. v. 13. 35. add. Marc. 16. v. 12. 13. Dum duo illi sero diei ad congregatos, atq; metu Judæorum clausis januis latentes Apostolos, redeunt, nocte jam provecta Christus medius inter illos adstitit, (qvæ fuit *qvinta*, hâc ipsa resurrectionis die *apparitio*) & svavissima illa verba locutus est, qvæ habentur Luc. 24. v. 36. Joh. 20. v. 19. Marc. 16. v. 14. *Videntur tamen ab Evangelistis, & præsertim D. Lu-*

Luca d. c. v. 45. 48. simul ac semel referri, quæ etiam secutis post hanc revelationibus, ac paulò ante ascensionem suam Christus cum Apostolis egit; unde quidam apud Marc. d. c. 16. v. 14. particulam ὕστερον non postèà, sed postremo vertunt.

19. Aberat tunc Thomas Apostolus, nec reversus credere volebat, qvæ de Christi resurrectione narrabantur. Hujus ergò potissimùm confirmandi causa, post dies octo, iterum, clausis licet januis, mediis præsentibus omnibus Apostolis adstitit, & Thomæ singulari qvâdam repræsentatione cicatrices manuum & lateris ostendit. Johan. 20. v. 24. 31. Digressi deinde sunt Apostoli & Discipuli, ut mandaverat Dominus, in Galilæam, ibi septem ex iis ad mare Tiberiadis piscantibus, *septimâ vice, vel si præcipuæ tantùm apparitiones Apostolis ipsis factæ numerantur, tertiâ (ut computat D. Johan. c. 21. v. 14.)* benigna piscium largitione & cibi præparatione, sese manifestavit, & speciatim cum D. Petro, ut sic à lapsu eum recrearet, humaniter collocutus est. d. c. 21. v. 1. 14. 24. Deinde haud longè ante ascensum, Apostolis & aliis ad 500. numerum, in monte qvodam Galilææ congregatis, uti colligitur ex D. Paul. 1. Cor. 15. v. 6. sese exhibuit, ubi tamen qvosdam fides defecit, Matth. 28. v. 16. 17. In hac *octava* apparitione præceptum illud dedit de prædicando per universum mundum Evangelio & Baptismo in no-

nomine SS. Trinitatis administrando, additâ promissione de præsentia sua, & miraculis pro stabilienda doctrina secuturis, d. Matth. 28. v. 18. 20. Marc. 16. v. 15. 18. Meminit etiam D. Paulus peculiaris apparitionis, qvæ *nona* esse potest, Jacobo Apostolo facta, cujus tempus & ordo nos latet, 1. Cor. 15. v. 6. 7. (fabulam ex Hieronym. narrat hîc Baron. n. 183. (Qvamvis alii pro *nona* numerent eam, qvæ colligi potest ex Act. 1. v. 4. add. Luc. 24. v. 50. cum scilicet præcepit Apostolis, ne Hierosolymis exirent, sed expectarent Spiritus sancti dona, ea tamen dixisse videtur, cum jam separaret eosqve vocaret ad ascensionem suam, Luc. 24. v. 49. Act. 1. v. 2. 8.

60. Etenim cum per 40. dies summâ & mirabili bonitate, aliqvoties, uti diximus, Dominus ac Salvator noster post resurrectionem suam inter Apostolos & Discipulos esset versatus, singulariqve dispensatione, & variis documentis verè se hominem esse, verèq; vivere, demonstrâsset, tandem qvadragesimo post, qvam è sepulchro resurrexisset, die, in conspectu eorum, qvos Bethaniam usq; & in montem olivarum eduxerat, in cœlum sublatus est, rediturus suo tempore, aspectabili formâ, ad judicandum vivos & mortuos, sicut ipse, dum in terris esset, non semel significaverat, & Angeli duo post ascensionem ejus Apostolis, suspensis animis oculisq;, in mon-

monte ſtantibus, confirmârunt. Qvorum monitu illi in urbem regreſſi cum matre & fratribus Domini precibus operam dabant, donec ex promiſſo Chriſti nova juſſa, Spiritus ſancti inſtinctu, acciperent. Marc. 16. v. 19. 20. Luc. 24. v. 50. 53. Act. 1. v. 9. 14.

61. Hæc voluimus repetere, ut ſupra diximus, ex Hiſtoria Evangelica, Scriptura ſcilicet, divino inſpiratu ad poſteros transmiſſa à qvatuor Evangeliſtis*, Matthæo, Marco, Luca, Johanne. Qvorum qvidem *Matthæum* in Judæa Hieroſolymis ſcripſiſſe anno poſt Aſcenſionem Chriſti in cœlos octavo, *Irenæus*, *Euſebius*, *Theophylactus* credunt: Hebræo primùm idiomate, ſed mox in Græcum ſermonem converſa hiſtoria, vel ab Apoſtolo, vel certè ab Apoſtolico viro: qvare Græcus textus in Eccleſia ſemper uſitatus plenam autoritatem obtinuit. Nam Ebionæi & Nazaræi Hebræum qvidem Matthæi Evangelium, ſed corruptum tenuerunt. Qva de re *Baronius ad A. C. 41. Nicephorus* & *auctor Chronici Alex.* 15. annum ab aſcenſione Chriſti conſignant. Marcum eodem tempore, aut biennio poſt, Romæ ſcripſiſſe, *Euſebius* auctor eſt *Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 4.* itidem Græco ſermone, ut conſtat teſtimonio totius antiqvitatis. Cui *Anaſtaſii Bibliothecarii*, & eum ſeqventis *Baronii ad A. C. 45. §. 83.* auctoritas Latinam lingvam ſubſtituentium, obſtare non pot-

... *Hieronymus* putat eum eſſe, ... habetur 2. Cor. 8. v. 18. Coloſſ. ... 4. 14. qvem anno Chriſti 48. Ev... ſcripſiſſe in Achaja Theophylactus ... decennio ulterius tempus po... ...dus de eo *Euſebius H. E. 3. 4.* Jo... poſt aſcenſionem Chriſti 32. ſecu... Evangelium ſuum edidiſſe *Theophy*... addendus *Hieronym. Catalog. 9.*

... Edeſſæ Toparchæ, ex *Euſebii H.* ... locuti ſumus, qvam licet *Gelaſius* ... Roman. inter apocrypha jam retulerit, ... antiqvis receptam conatur oſtende... ...) refutatus à *Caſaubono Exercit. 13.* ... Frigida ſunt, qvæ *Gretzerus* habet *de* ... *cap. 3* ubi fatetur tamen hanc ... ſacris longè poſtponendam eſſe. ... aſſerere audet *Henri*... *ad Euſebium notis.*

... à Chriſtianis Scriptoribus teſtimoni... ... *XVIII. Antiqvit.* de Chriſto, & *c. 7.* de ... qvorum hiſtoriam Evan... ... Sed nonnullos placet aſſenſum ſu... ... *Tanaqvillus Faber* animosè ... eſſe illud de Chriſto fragmentum. ... hic excutere.

... iis de Chriſto multa extitiſſe non ... Qvartadecimanis & Maximino Tyran... ... qvoqve conſtat. Qvæ *Tertullianus* ... ex eo *Euſebius* (*H. E. II. 2.*) de conſul... ... pro Chriſti divinitate colenda, ... Qvæ autem *Joannes Antiochenus* (*in* ...) & ex eo *Suidas in V.* Νέρων de Pila... ... interfectio referunt, ad Ti-
be-

potest. Lucam *Hieronymus* putat eum esse, cujus mentio habetur 2. Cor. 8. v. 18. Colossi. 4. 14. 2. Tim. 4. 11. qvem anno Christi 48. Evangelium scripsisse in Achaja Theophylactus putat, *Baronio* decennio ulterius tempus ponente. Videndus de eo *Eusebius H. E. 3. 4.* Johannem anno post ascensionem Christi 32. seculi 65. Ephesi Evangelium suum edidisse *Theophylactus* putat, cui addendus *Hieronym. Catalog. 9.*

De Epistola Abgari Edessæ Toparchæ, ex *Eusebii H. E. 1. 13. pagin. 110.* locuti sumus, qvam licet *Gelasius Papa* in Concil. Roman. inter apocrypha jam retulerit, *Baronius* tamen ab antiqvis receptam conatur ostendere (*ad A. C. 31. 60.*) refutatus à *Causabono Exercit. 13.* ad illum annum. Frigida sunt, qvæ *Gretzerus* habet *de imaginib. ἀχειροποιήτοις cap. 3* ubi fatetur tamen hanc Epistolam Scripturis sacris longè postponendam esse. Rectiùs sapit, neqve γνησιότητα asserere audet *Henricus Valesius in nuperis ad Eusebium notis.*

Laudatur etiam à Christianis Scriptoribus testimonium *Josephi ex XVIII. Antiqvit.* de Christo, *&c. 7.* de Joanne, qvod suprà attulimus, qvorum historiam Evangelistæ descripserunt. Sed nonnullos placet assensum sustinere: inter qvos nuper *Tanaqvillus Faber* animosè contendit, insititium esse illud de Christo fragmentum. Qvam rem nihil attinet hic excutere.

Acta Pilati, & in iis de Christo multa extitisse non dubitatur, sed à Qvartadecimanis & Maximino Tyranno corrupta esse, id qvoqve constat. Qvæ *Tertullianus* (*in Apolog.*) & ex eo *Eusebius* (*H. E 11. 2.*) de consultatione Tiberii referunt, pro Christi divinitate colenda, non rejici debent. Qvæ autem *Joannes Antiochenus* (*in Excerpt. Peiresc.*) & ex eo *Suidas in V.* Νέφων de Pilato ob damnatum Christum interfecto referunt, ad Tibe-

berii qvidem tempora pertinent, errore nominis. Neronis rebus inserta, sed parum consentiunt, vel sibi (ut legenti manifestum est) vel historiæ *Eusebii lib.* 11. c. 7. ut & in *Chron.*

62. In seqventi Apostolorum historia, utemur reliqvis Novi Testamenti libris. Qvorum primus est *Lucæ liber secundus*, qvi inscribitur πράξεις τῶν ἀποστόλων, Actus Apostolici: eo, qvod continet historiam Apostolorum, non qvidem omnem nec omnium, sed qvantum ex eo genere Deo visum est ad notitiam eorum, qvi in Ecclesia servari cupiunt, perferre. Succedunt *Epistolæ Apostolicæ*: è qvibus XIV. Paulo attribuuntur, illâ scilicet ad Hebræos comprehensâ.) Septem Catholicæ appellatæ, ad Christianos, non tàm certi loci, qvam universè destinantur. *Ordinem* Paulinarum, qvo scriptæ sint, *Theodoretus Tom. 3. Oper. Præfat. in Epistolas*, *annos Scriptionis*, ita annotant *Usserius* & *Petavius*:

	Usser.	*Petav.*
Epistola ad Romanos A. C.	LX.	LV.
ad Corinth. prior.	LIX.	LIV.
ad Corinth. poster.	LX.	LV.
ad Galat.	LVIII.	eodem.
ad Ephes.	LXIV.	LVII.
ad Philipp.	LXIV.	LIIX.
ad Coloss.	LXIV.	LIIX.
ad Thessal. prior.	LIV.	L.
ad Thessal. poster.	LIV.	L.

ad

ad Timoth. prior.	LXV.	LV.
ad Timoth. post.	LXVI.	LVII.
ad Titum.	LXV.	LV.
ad Philemon.	LXIV.	LVIII.
ad Hebræos.	LXIV.	LVIII.

...at & Baronius de annis, & Com... V d. *Hornejus Præfat. ad singulas* ...

SECTIO III.

SUMMARIA:

...*Effusio Spiritus S. & proximè* ...*Pauli conversio & Apostolatus.* n. 8. ...*Concilium Apostolorum*, n. 13. ...*continuata*, n. 14. ad 17. *Res Judaica.* n. ...*Petri martyrium*, n. 19. *Persecutio* ...*sub Nerone*, n. 20. *Excidium Hie*... *Pontifices Romani*, ibid. *Secunda* ...*sub Domitiano*, n. 21.

...post ascensionem Domini nostri ...Christi Hierosolymis in cœnaculo ...entur undecim Apostoli, cum ...& Maria virgine matre Jesu, ...fratribus, surgens in medio ...qvasi CXX. numerandæ, Pe... de subrogando in locum Judæ ...qvi ex desperatione præcipitem ...mediusqve crepuerat, duodecim

col

ad Timoth. prior.	LXV.	LV.
ad Timoth. post.	LXVI.	LVII.
ad Titum.	LXV.	LV.
ad Philemon.	LXIV.	LVIII.
ad Hebræos.	LXIV.	LVIII.

Disputat & Baronius de annis, & Commentatores. Vid. *Hornejus Præfat. ad singul. in expositione literali.*

SECTIO III.

Summaria:

Matthia Apostolatus, n. 1. Effusio Spiritus S. & proximè secuta, n. 2. ad 7. Pauli conversio & Apostolatus. n. 8. 11. Res Judaica, n. 12. Concilium Apostolorum, n. 13. Pauli historia continuata, n. 14. ad 17. Res Judaica. n. 18. D. Pauli & Petri martyrium, n. 19. Persecutio prima Christianorum sub Nerone, n. 20. Excidium Hierosolym. Hæreses, Pontifices Romani, ibid. Secunda persecutio Christiana, sub Domitiano, n. 21.

Cum post ascensionem Domini nostri Jesu Christi Hierosolymis in cœnaculo commorarentur undecim Apostoli, cum mulieribus & Maria virgine matre Jesu, cumque ipsius fratribus, surgens in medio turbæ capitibus quasi CXX. numerandæ, Petrus, retulit de subrogando in locum Judæ proditoris, qvi ex desperatione præcipitem se dederat, mediusqve crepuerat, duodecimo Ann. Ær. Chr. 33.

collegâ. Ex discipulis ergò, qvi hactenus conversationem Christi inter Judæos viderant, duo constituti sunt, Joseph, (qvi & Barsabas, & cognomento Justus vocabatur) & Matthias: precibusqve ad Deum fusis, ut sorte designaret unum ex his, Matthiam collegio Apostolorum integrando adjunxerunt, qvem sors divina, id est, indubitabile divinæ voluntatis signum ostenderat: ita ut non minus hîc, ac ceteri ab ipso Christo delecti, munus suum Deo potiùs, qvàm hominibus acceptum ferret. *Act. v. 15. usq; ad fin.*

2. Aderat qvinqvagesimus dies, à secundo azimorum numerandus, qvem alii in sextum Junii, alii XXIV. Maji referunt, festum messis scilicet sive septimanarum, cui omnes Judæi, non minus ac festo Paschatis, & tabernaculorum in urbe Hierosolymis, ex lege interesse tenebantur: cum repente extitit sonitus è cœlo, tanqvam ruentis flatus violenti, qvi replevit totam domum, ubi Apostoli sedebant. Huic signo accessit ignis specie lingvarum di-

dispertitarum itidem Spiritum S. significans, Apostolorum ministerio efficaciter usurum, ad spargendam in gentes variis linguis doctrinam Evangelicam, & colligendam ex diversis Orbis locis illo instrumento Ecclesiam, quo olim Architecti Babelici in omnem partem disjecti ac dissipati erant. In singulis conspiciebatur species miraculi, dum repleti Spiritu Sancto, quem Christus ei promiserat, magnifica Dei opera vario linguarum genere enarrabant, admirantibus & piè intelligentibus, qui undique Hierosolyma convenerant, Judæis. Quamquam non defuêre profani derisores, qui ebrietatis suspectos volebant reddere Apostolos. Tum verè Petrus gravissima oratione, cum calumniam eam arguisset ab ipsa diei hora tertia, cum ante sextam in festis prandere non liceret, de Christi passione, resurrectione, ascensione, Spiritus sancti missione, disseruit: commotisque per hæc mentibus, ut pœnitentiam agerent, & per Baptismum Christo inserentur, tria auditorum millia, divinâ ope perfecit. *Act. 2. usq; ad v. 5. 42.*

De miraculo hoc lingvarum variè disputant eruditi, & nonnunqvam curiosè potius qvàm utiliter. Talis est inqvisitio de numero lingvarum : & qvod nonnulli translato ad auditores miraculo existimârunt, Apostolos unâ lingvâ locutos, sed ab omnibus auditoribus, ac si sua cujusqve lingvâ loqverentur, intellectos esse.

Etiam illud, post ceteros *Salmasius* (*de Hellenistica p.* 353) adstruere contendit, non ultra illum diem durâsse vim illam, qvam Spiritus S. iis afflavit, tantisper locum habituram, qvamdiu lingvæ igneæ singulis distributæ suprà cujusqve caput insedisse dicuntur. Exemplum profane subjicit de energumenis. Petri qvoqve, tanqvam imperiti Græcæ lingvæ, exemplum pro certo & indubitato assumit. Qvibus nunc non est immorandum.

3. Prima ergò illa Ecclesia, sicut ab Apostolis ad fidem Christi conversa erat, ita Apostolorum doctrinæ inhærescens, etiam veræ invocationi nominis divini vacabat : atqve, ut inter illa initia, & ipsi fideles confirmarentur amplius, & alii facilius aggregarentur, in unum coacti, atqve tùm in templo precibus, tum domatim convictu sociati, ad exercenda promtius ca-

caritatis officia habebant omnia communia ; gnariqve fore , ut paulò post sejungerentur , divenditis bonis , inopiæ fratrum consultum ibant. Nemo autem, ut id faceret , ullâ lege tenebatur : sed liberè , nec sublatâ distinctione proprietatis ac dominii , sine confusione promiscui usus , distributioni & ordini serviebatur. Hæc vitæ sanctimonia , signis & miraculis præsertim accedentibus , qvæ Apostolorum operâ patrabantur , terrorem inimicis , aliis sensum ac reverentiam veræ pietatis incussit ; ut cotidie numero credentium aliqvi se adjungerent. *Actor. 2. v. 42. ad fin.*

Qvi ut confirmarentur , & alii ad fidem vocarentur , Christus loco & tempore celebri , Apostolorum Petri & Johannis operâ , per insigne miraculum hominem à nativitate sua 40. amplius annis claudum , omnibus notum , restituit. Concursu ergò multitudinis ad miraculum facto , in porticu templi , qvæ Salomonis vocatur , ubi sanatus ille, qvi claudus fuerat , cum Apostolis DEO

laudes & grates dicebat, Petrus occasione arreptâ, gravissimâ oratione mysterium salutis in Christo oblatæ exposuit, ingratosqve ad pœnitentiam agendam, & amplectendam tanti muneris gratiam invitavit. Ita Spiritu Sancto corda auditorum movente, ad qvinqve millia animarum gregem fidelium adauxerunt. Cumqve supervenientibus Sacerdotibus & Præfecto templi & Sadducæis, Petrus & Johannes in custodiam dati, postridie in Synedrio causam Christi intrepidè egissent, prohibitiqve Jesum prædicare, Deo potiùs, qvàm hominibus obediendum, respondissent: non fregit ea res fidelium animos, sed erexit: DEO qvoqve preces congregatorum, pro Evangelio propugnando ardenter fusas, terræ motus editi, & Spiritus Sanctus cordibus immissi pignoribus, comprobante. *Act. 3. & 4. usq. ad vers. 32.*

4. Ne autem qvispiam egeret, possessiones suas pleriqve vendebant, depositumqve ad pedes Apostolorum precium ad usus pauperum, ut qvisqve opus ha-

...erogandum destinabant. Qva ...laudabili exemplo præivit Jose... genere Cyprus, qvi ab Apo... ...bas, id est, filius consolationis ...nus est: ita Ananias cum Sapphi... ...cum, interversâ dolosè precii par... ...stolos reliqvam pecuniam attulis... ...à Petro convicti essent, sibi ex ...tali mendacio, qvo Spiri... ...tare aut deludere parabant, per... ...ceterarunt. *Act. 4. à v. 32. ad fin. & ...ad v. 12.*

...hoc & infinita miracula in sa... ...grotis undiqve confluentibus ...ma, & vel ab umbra Petri ...tis restitutionem valetudinis ...bus, animis hominum reve... ...& amorem Evangelii conci... ...fideliumqve numerum lucu... ...accessionibus indies amplifica... Qvare summus Sacerdos, & qv... ...erant Sadducæi, conjecerun... ...Apostolos: unde ab An... ...insequenti nocte educti, & i... ...intrepidè Evangelium doce...

haberet, erogandum destinabant. Qva in re, sicut laudabili exemplo prævit Joseph Levita, genere Cyprus, qvi ab Apostolis Barnabas, id est, filius consolationis cognominatus est: ita Ananias cum Sapphira uxore, cum, interversâ dolosè precii parte, ad Apostolos reliqvam pecuniam attulissent, & à Petro convicti essent, sibi ex temporalem tali mendacio, qvo Spiritum S. tentare aut deludere parabant, perniciem accelerarunt. *Act. 4. à v. 32. ad fin. & c. 5. usq; ad v. 12.*

Et hoc & infinita miracula in sanandis ægrotis undiqve confluentibus Hierosolyma, & vel ab umbra Petri prætereuntis restitutionem valetudinis sperantibus, animis hominum reverentiam & amorem Evangelii conciliarunt, fideliumqve numerum luculentis accessionibus indies amplificarunt. Qvare summus Sacerdos, & qvi cum eo erant Sadducæi, conjecerunt in carcerem Apostolos: unde ab Angelo insequenti nocte educti, & in templo intrepidè Evangelium docere

jussi, postridie ex templo in concilium adducuntur, eademqve, qvæ antè de obedientia, Deo potiùs, qvàm hominibus, debita, respondent, & de officio suo, summaqve Evangelii, liberè testantur. Flagra qvoqve læti sustinuerunt, & de more prædicandi in templo Evangelii nihil remiserunt. Tenuit qvidem Pontifices deliberatio de interimendis Apostolis: sed Gamaliel Pharisæus, legis Doctor egregiâ publicè fama gratiàqve, gravi oratione in concilio habita, exitio eos exemerat. *Act. 5. à v. 12. usq; ad fin.*

In oratione Gamalielis (v. 36.) mentio fit Theudæ cujusdam seditiosi, cum iis, qvos sibi adjunxerat, subversi. Qvem *Eusebius* (*H. E. lib 2. c. 11.*) putat eum esse, cujus tumultus à Josepho memoratur Δεχαιολ. 20. c. 2. Reprehendit Eusebium *Josephus Scaliger lib. 6. de emend. Temp.* eo, qvod Lucæ Theudas paulo ante Christi mortem, Josephi Theudas post mortem Regis Agrippæ, Cuspio Fato Judæam administrante, duodecim circiter annis posterius, res novaverunt. *Casaubonus Exerc. 2. c. 18.* Theudam Evangelistæ, qvem itidem à Josepho Theuda diversum existimat, ad extrema Herodis Regis tempora ante ipsam Christi nativitatem refert, forte secutus *Origenis* auctoritatem *lib. 1. adv. Celsum. Henricus Valesius in annotationibus ad Eusebium anno 1659. editis*, Josephum errâsse, & ex Luca corrigendum, Judamqve Galilæum apud Lucam Teuda antiqviorem habendum esse, phrasi ut existimat, non repugnante, contendit. Sed fortasse verissima est sententia Scaligeri & Ca-

Casauboni, qvi Eusebium errare autumant: Valèsii autem opinio nimis operosam & molestam ad verum inveniendum jam inire videtur.

5. Increscente Hierosolymis fidelium numero pariter, & opum in unum collatarum copia, murmur Helleniſtarum adversus Hebræos exortum, qvod viduas suas in qvotidiana opum ecclesiasticarum, sive ærarii dispensatione, negligi dicerent, occasionem dedit constituendi communibus suffragiis septem œconomos bonorum, qvæ diximus: qvi ministerio isto, in distribuendis ditiorum in tenuiores eleemosynis, vacarent, eaqve re Apostolos munere annunciandi Evangelii, sine impedimento aliarum curarum, fungi cupientes, sublevarent. Præpositi ergò sunt ei muneri septem viri, sapientia præstantes, probatisqve moribus, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, Nicolaus, Antiochenus proselyta. Ex qvibus nominibus intelligi videtur, præcipuam in hac electione Helleniſtarum habitam esse rationem, egregio concordiæ instaurandæ, & amovendæ fratrum suspicionis exemplo. *Act. 6. usqve ad v. 8.*

Prima hîc fit mentio ἑλληνιστῶν, qvæ *infra cap. II. comm. 20.* reperitur. Hos esse Judæos, qvi Græcè loqveretur, & Græca Bibliorum versione in Synagogis uterentur per totum terrarum orbem, exceptis Hierosolymitanis & Judæam incolentibus, aliqvi statuerunt. Adstructa est sententia de Hellenistica dialecto in Asia & Oriente celebri, qvâ Judæi exules (ἐν διασπορᾷ) qvascunqve terrarum oras incolerent, uterentur; qvæqve Græcis Hebraica admisceret. Excoluerunt hanc sententiam *Drusius, Scaliger, Casaubonus, Sixtinus Amama, Daniel Heinsius*, qvos magno numero secuti sunt alii.

Oppugnavit eandem *Salmasius*; & nomen qvidem Hellenisticæ lingvæ profligavit tum qvi essent Hellenistæ, eruditè disqvisivit. Explicationibus autem Scripturarum, qvas laudati antè viri eruditi prætextu talis nominis induxerunt, suam laudem & utilitatem imminuere non potuit.

6. Ex electis Diaconis Stephanus multum eluxit documentis & facultate Spiritûs divini adversum incredulos, tùm miraculis & signis editis: cui frustrà se opponebant Judæi ex diversis collegiis, Hierosolymam, ut in Academiam, generatim coactis. A calumnis

is igitur præsidium mutuati, in jus vocato, subornatis falsis testibus, blasphema qvædam, adversus templum & legem prolata, objecerunt. Ibi tùm Stephanus altius repetens in concilio initia divini cultûs, qvo testimonia Patrum, & cerimoniæ pertinuerint, nempè ad novum & gratuitum fœdus, demonstrat: ac pervicaciam Judæorum, & in occidendo Christo impietatem, acriter incusat. Igitur in furorem acti, extra urbem raptum, inter eximia læti constantisqve animi specimina, & pias preces etiam pro ipsis interfectoribus fusas, lapidibus obruerunt. *Act. 6. comm. usq; ad fin. & 7. tot 8. pr.* Hæc prima fuit victima, cujus sangvine Ecclesia qvasi omine futurorum ad agenda patienda-qve, qvæ Christi nomine digna essent, imbuta est. Justa ei facta sunt magno priorum studio, & in hunc diem memoria rei piè celebratur.

De tempore martyrii non eadem omnes dicunt. *Eusebius* (*lib. 2. c. 1.*) statim post electionem id accidisse memorat, tanqvam ad hoc ipsum electus fuisset, ut respondentem suo nomi-

mini coronam, primus omnium è præclaris Christi testibus referret. Auditur & dies in *excerptis Chronologicis, à Scaligero Eusebii Chronico additis*, nempe 7. Calend. Januar. *Georgius* autem *Syncellus* in annum post Christi mortem tertium, differt martyrium Stephani. Alii ex historia Pauli, septimo ab electione sua anno, passum eum esse, affirmant, qvos arguit *Baronius*.

7. Dato semel nece Stephani exemplo, sæviendi adversus nascentem Christi Ecclesiam, gravissima persecutio adversus universum gregem insecuta est. *Act. 8, 1. & cap. 11, 19.* Præcipuus sævitiæ minister, & furoris satelles Saulus ille fuit, qviante de Stephano interimendo consenserat, testiumqve, primos lapides in reum jaculari volentium, (ex lege *Deuteron. 17, 7.*) pallia custodiverat. Hic enim Hebræus ex tribu Benjamin, Tarsi Ciliciæ (jam tùm studiis sapientiæ clarâ urbe, teste *Strabone lib. 14.*) oriundus, rerum divinarum studio eo tempore Hierosolymis operam dabat, doctorem secutus Gamalielem Pharisaicæ Sectæ nobilissimum; & singulari studio legis Mosai-

faicæ ac traditionum à patribus professarum incensus. *Act. 21. 39. c. 22. 3. c. 23, 6. & 34. c. 26, 4. & 5. 2. Cor. 11. 22. Gal. 1. 14. Philipp. 3, 5. & 6.* Hic, inqvam, vastabat Ecclesiam DEI vexabatqve miris modis, armatusqve Sacerdotum auctoritate, non condemnantibus tantùm promtè libenterqve suffragabatur, sed irrumpens in domos, utriusqve sexûs plurimos carceribus verberibusqve affligebat, ita ut alios metu injecto, Christi nomen abnuere cogeret, alios minis cedere nescios, ad mortem usqve persequeretur. *Act. 8, 3. c. 9, 21. c. 22, 4. 5. 19. c. 26, 9, 10. 11. Galat. 1. 13, 23. Phil. 3, 6. 1. Tim. 1, 13.* Dispersit hæc sævitia Ecclesiam in varias regiones, Deo ex ipso infortunio nova incrementa moliente. Ita enim factum est, ut solis Apostolis in urbe Hierosolymorum manentibus, reliqvorum aliqvot millia (*Act. 2, 14. c. 4, 4.*) alii qvidem per Judæam & Samariam Evangelium prædicarent (*Act. 8, 1. 4.*) alii, & in his Ananias, Damascum se conferrent, (*Act. 9, 19. 25. c. 22, 12.*) qvidam fortè Romam, qvod

qvod, de Andronico & Junia ante Paulum conversis, verisimile est, contenderent (*Rom. 16. 7.*) nonnulli Phœnicen, Cyprum, Antiochiam peterent, Judæisqve per gentes dispersis Christum annunciarent. *Act. 11, 19. Jacob. 1, 1. 1. Petr. 1, 1.* Et in Samaria qvidem Philippus, itidem è septem Diaconis Evangelistam egit, verbisqve per miracula fidem fecit: ejectis impuris spiritibus, sanatis paralyticis & claudis. Christo igitur nomen dederunt, Baptismumqve susceperunt viri ac mulieres complures. Qvin & ipse Simon, qvi magicis artibus ingens in Samaria nomen adeptus erat, gustavit fidem Christi, & baptizatus est, mox tamen ad priorem impietatem relapsurus. Cum enim Apostoli, de profectu Evangelii in Samaria certiores facti, Petrum illuc & Johannem misissent, qvi jactis à Philippo fundamentis Ecclesiam Samaritanam superstruerent; atqve illi impositis manibus & fusis ritè precibus, ut credentes Spiritum sanctum reciperent, perfecissent, Simon ille magus, ra-

ratus haud dubiè hæc qvoqve magicis artibus fieri, pecuniâ Apostolis oblata, similia patrare doceri expetivit. Qvo nomine Petrus increpitum resipiscere jussit. Et peracto tum qvidem, cujus causa venerant, ministerio Apostoli Hierosolymam regressi, ex itinere multis Samariæ pagis Evangelium annunciârunt. *Act. 8. v. 5. c. 21. v. 8. c. 8. v. 5. 13. 14. 15.*

De Simone magò primo hæresiarcha infra suo tempore qvædam erunt dicenda. Nunc enim qvievit aliqvantisper: sed digressis Apostolis, nefaria sua dogmata amplius propagare cœpit.

Philippus interim Evangelista, Angeli monitu Gazam versus iter instituit, qvæ ἔρημος seu deserta ab excidio Alexandri vocatur, si credimus *Straboni lib. 16.* De via occurrit Evnucho, qvi Candacis Æthiopum in Meroë reginæ gazis præerat, & Hierosolymis, qvo adoratum venerat, domum revertens, in curru Esaiam Prophetam legebat. Ea occasio oblata est Philippo, interpretandi, qvæ ad fidem Christi pertinebant: qvibus cum credidisset Eunuchus,

chus, etiam baptizatus est. Philippum autem Spiritus sanctus, mox alio abreptum, oppidatim ab Azotho Cæsaream usqve Evangelium annunciare jussit. *Act. 8. v. 26. ad fin.*

An. Chr. 34. 8. Saulus ille, de qvo ante diximus, adhuc minas & cædem spirans adversus Discipulos Christi, à summo Sacerdote Anna & Synedrio literas, ad Synagogas Damasci perferendas, impetraverat, vinciendis & Hierosolyma adducendis, qvicunqve ibi Christi nomen profiterentur. In hoc itinere cùm non procul abesset Damasco, luce inusitati fulgoris circumfusus, cum comitibus humi concidit, audivitqve vocem Jesu Christi, à persecutione fidelium eum dehortantis, eligentisqve Apostolum ac doctorem gentium. Attonitus miraculo & excæcatus, Damascum, qvò jussus erat ire, perducitur, ibiqve post tertium diem, Ananiæ discipuli Christi operâ, visum, Spiritum sanctum & Baptismum recipit. *Act. 9. 1. usqve ad 19. c. 22. 5. 14. 15. 16. c. 26. 12. 18.* Qvid autem Damasci Saulo à Christo re-

ve-

velatum (dixerat enim in apparatione: *ibi dicetur tibi de omnibus, quæ, constitutum est tibi, ut facias*) Lucas in Actis non exequitur; sed ex Epistola ad Galatas [*1. 12. 16. 17.*] inter alia ei mandatum esse apparet, ne conferret cum carne & sanguine, neque rediret Hierosolyma, sed in Arabiam, sive loca Damasco proxima, aliquantisper secederet, ab ipsa relevatione Jesu Christi scientiam Evangelii adeptus: ne ullâ re minor aliis Apostolis comperiretur. *Gal. 1, 12. 16. 17.* Inde Damascum denuò reversus, statim in Synagogis Christum docuit Dei filium, [Judæis enim Damascenis omnium primis prædicatum ab eo Evangelium est, *Act. 26, 20.*] obstupescentibus plerisque, ex persecutore & adversario præconem Christi ac Discipulum tàm subitò prodiisse, *Act. 9. v. 19. 20. 21. 22.*

De tempore conversionis Pauli, (ita enim posteà dictus est) non omnes idem sentiunt. *Sethus Calvisius* in annum Christi 34. refert. *Usserius* 35. nominat: ut & *Baronius*. Hic esset annus à passione Christi proximus. At *Petavius* in annum à passione tertium rejicit.

Diu jam Saulus Damasci Evangelium docuerat, cum Judæi adjuti â præfecto præsidii, qvod Aretas Rex Arabiæ Petræi urbi imposuerat, vitæ ejus insidiari, portasqve nocte dieqve observare cœperunt. Sed evasit ope discipulorum, nocte sunc in sporta per murum dimissus. *Actor. 9. v. 23. 24. 25. 2. Cor. 32. 33.* Post primum autem Apostolatûs sui triennium Damasci plerumqve exactum, Hierosolymam visendi Petri causa profectus, dies ibi subsitit qvindecim. *Gal. 1. v. 18.* Suspectus ab initio erat Discipulis, parum credentibus conversionem ejus: donec à Barnaba ad Apostolos deductus, Petrum scilicet & Jacobum fratrem Domini, (neminem enim alium ex Apostolis tum vidit *Galat. 1. v. 19.*) de præsentia Christi in itinere ac mandatis, suaqve, in prædicando subinde Evangelio παῤῥησία, pleraqve iis exposuit. *Act. 9, 26. 27.* Eâdem libertate mox Hierosolymis usus, cum Hellenistis, (qvos Syrus Interpres Judæos, Græcâ lingva utentes, statuit) vitæ suæ insidias struentibus, disputabat, *Act. 9. v. 29.* Post hæc precibus intentum in templo Deus extra-

trà se rapuit, conspicuumqve se præbens, Hierosolymis excedere jussit, & ad gentes ministerium ejus destinavit. *Act. 22. v. 17. usqve ad 22.* Digredientem Hierosolymitani fratres deduxerunt Cæsaream usqve, & in patriam Tarsum emiserunt. *Act. 9. v. 30.* Venit ergò in regiones Syriæ ac Ciliciæ, ignotus facie ad id temporis Ecclesiis Judææ, qvæ auditu tantùm, in qvantum immutatus esset, usurpantes, Deo laudes ferebant *Gal. 1. v. 21. 22. 23.* Et in Judæa autem, & in Galilæa ac Samaria pax Ecclesias fovit auxitqve *Act. 9. v. 31.* Hæc ad A. C. 36. 37. 38. *Baronius*; citra 38. *Sethus Calvisius & Usserius* referunt.

De itineribus Pauli doctos tenet dubitatio: qvia aliter ipse Apostolus in Epistola ad Galatas, aliter Lucas Evangelista in Actibus commemorat. Hæc discrepantia, *Hieronymo* etiam animadversa, movit *Henricum Valesium*, ut ad *Eusebium H. E. lib. 2. c. 3.* de universis Pauli, ad Christum conversi profectionibus, ad sacram urbem, inqvireret. Cum autem qvatuor Pauli itinera Hierosolymitana referat Lucas, profectio post annos 14. instituta, (*Gal. 11, 1.*) non ad secundum aut qvartum iter à Luca memoratum, sed ad tertium, pertinebit. In secunda enim profectione tantùm ad deferendas fratrum eleemosynas missus, nihil cum Apostolis egit: in qvarta non habuit secum Barnabam, de qvo tamen mentio

tio fit, *Galat.* 2. *vers.* 1. Hæc in loco occupare libuit.

In Judæa Philippo Herodis Antipæ fratre Tetrarcha mortuo, ipse Herodes Antipas clade afficitur ab Areta Arabum Rege, qvæ ei ob cædem Johannis Baptistæ merito accidisse vulgò putabatur. L. Vitellius autem à Tiberio ex consulatu in Syriam missus, ulturus Aretam, Hierosolymis hospitaliter habitus, vectigal fructuum venalium remisit, & stolam cum ornatu Pontificio, qvæ antea à Romano turris Antoniæ præfecto custodiebantur, in templo
An. Chr. 35. asservari concessit: & Josepho Cajaphæ Pontifici subrogavit Jonatham Anani sive Annæ Pontificis filium. *Joseph. δεχαιολ. 18. c. 6. vel 8.* Agrippa autem Aristobuli filius Romæ primum Tiberii filio, &, cùm iterum Romam venisset, Cajo insinuatus, periculum, qvod in vincula conjectus incurrerat, favore Antoniæ Germanici & Claudii postea Imperatoris matris lenivit, & mox mutatione temporum evasit. Caligula enim Tiberii successor præmiis honorato, & diademate ornato tetrarchiam Philippi attribuit, & alteram Lysaniæ, adjecit. *Joseph. δεχαιολ. 18. 6. 8. vel 12. & 13.* Pilatum Vitellius Romam ire jussit, causam apud Principem dicturum, ob ea, qvæ crudeliter in Judæos & Samaritanos perpetrâsse arguebatur. Ita decem an-
An. Chr. 37. nis in provincia exactis, (qvibus 4. aut 5. menses

ses addendos censet *Usserius*, nisi fortè vel procellarum metu, vel adversis ventis, vel alia mora cunctatus est) Romam iter intendit Pilatus, qvo tamen vivo Tiberio non perveniſſe eum, *Josephus* memorat *18. 5. vel 7.* suâ post manu interfectus, tradentibus *Eusebio*, *Hieronymo*, *aliis*.

9. Tenente jam imperium Cajo Caligula, Petrus Apostolus Ecclesias Judææ, Galilææ, Samariæ invisens Lyddam devenit; oppidum ad littus maris mediterranei situm, qvod posteà Diospolis vocitari cœpit. Ibi cum Æneam qvendam octo annorum valetudine detentum, sanâsset, omnes oppidi & agri Saronitani, [de qvo *1. Chron. 5. v. 16. & c. 27. 29.*] incolæ ad fidem Christi conversi sunt, *Act. 9. v. 3. usqve ad 35.* Inde Joppen vicinam Lyddæ accitus, Tabitham, religione & beneficentiâ in pauperes nobilem feminam, ex mortuis resuscitavit, miraculoqve conversos, complures Ecclesiæ aggregavit. *Actor. 9. v. 36. usqve ad 43.* Cumqve apud Simonem coriarium temporis plusculum subsisteret, visu cœlesti monitus, Cæsaream profectus, Cornelium Centurionem cohortis ad legionem Italicam An. Chr. 38.

cam spectandis, Christi religione imbuit & Baptismo tinxit. *Actor. 9. v. 43. c. 10. v. 5. usque ad 17.* Suspecta nonnullis ex Judaismo conversis fuit ista petri cum gentilibus conversatio: sed mox rex tota denarrata Hierosolymis, occasionem dedit DEUM laudandi ob propagatum latiùs Evangelium. *Act. 11. v. 4. usque ad 18.* Patefacto jam gentibus fidei ostio, Cyprii & Cyrenenses post martyrium Stephani dispersi prædicaverunt Evangelium, Antiochiæ in Syria, Græcis, (πρὸς τὰς ἕλληνας habet antiquissimus codex Alexandrinus, notante *Usserio*: vulgò ἑλληνιστὰς) Quo cognito Hierosolymitana Ecclesia Barnabam illuc misit: qvi ad constantiam cohortatus fratres, Tarsum postea abiit, Saulumqve reqvisitum eodem deduxit. Cum ergò totus ille annus Evangelii doctrina vigeret, & congressibus crebris freqventaretur, nomen CHRISTIANORUM, Latino more inflexum, Antiochiæ primum usurpari cœptum est. Supervenerunt & prophetæ, interqve eos Agabus famem prædi-

dixit. *Act. 11. v. 20. usque ad 28.* Quâ prædictione mota Ecclesia Antiochena fratribus, in Judæa habitantibus, subsidium collatitium destinavit, & vel ingruente fame, tempore Claudii, vel antè, deferentibus Paulo & Barnaba, Hierosolymam misit. *Act. 11. v. 26. 29. 30.*

Vitellius Syriæ Præses in Aretam movens, Judæorum precibus dedit, ne signa Romana per Judæam ferrentur missoque per aliam viam exercitu, cum Herode Tetrarcha iterum Hierosolyma venit, sacra facturus Deo, instante publico festo: ubi & Pontificatum à Jonatha in fratrem ejus Theophilum transtulit. Quarta postquam advenisset die, literis de excessu Tiberii acceptis, populum in verba Caji Caligulæ adigit, gratulationesq; sunt factæ, & victimæ pro salute Caji immolatæ. *Joseph. 38. 8. aut 11. Philo in Legatione ad Cajum.* Hunc annum Christi 39. *Baronius, Usserius & Calvisius 37.* rectius putant. Judæi quoque Alexandrini, omnes, quos salvâ religione poterant, Cajo honores decreverunt: quorum formulam sibi oblatam, cum Flaccus Abillius Præses palàm probâsset, & Romam transmittere se velle simulâsset, apud se retinuit, atque, ut soli contemsisse majestatem Caji viderentur, effecit. Mox etiam aliis modis in ipsos sæviit. Cum enim à Caligula malè sibi metueret,

ret, intelligens exemplum interfecti cum uxore *Ma*cronis ad se pertinere, populi Alexandrini voluntatem sibi conciliaturus, odiumqve in Judæos professus, Agrippam etiam Judæorum regem illuc divertentem convitiis & irrisu (subornato Caraba qvodam, qvi personam ejus referens eo ferè modo, qvo Judæi Christum qvinqvennio ante deluserant, derisus est) vexare permisit. Inde in theatro, in proseuchis Judæorum, dedicandas esse Cæsaris statuas, conclamatum est. Nec mora in qvibusdam proseuchis effigies Caji collocatæ sunt: ceteras igni ferroqve vastârunt. Judæi porrò à Flacco Præside in peregrinitatem redacti, in angustum urbis angulum ceu pecora compellebantur, domibus interim direptis, magnoqve numero eorum flagellatis, semiustulatis aut enectis. Triginta & octo Senatores in theatro verberibus concisi sunt: ne festo qvidem tempore à cædibus vacante. Rotæ, flagellis, cruci, reliqvisqve supplicium generibus mimi & scenici lusus intermiscebantur: omnia domorum secreta, qvasi armis reqvirendis, irrumpebantur militari ferocia. Donec missu Caji Bassus Centurio Flaccum comprehensum in Italiam duxit: qvi post accusationem in Andriam insulam relegatus, & subindè occisus est. Hæc *Philo in Flaccum* copiosè. Agrippæ regiam dignitatem invidit soror Herodias, Herodis Tetrarchæ uxor, maritum-

tumqve ad æmulationem & pares honores ambiendos incitavit. Qvibus Romam profectis, Agrippa per libertum summissum, Cajo Imperatori detulit sociata ab Herode cum Sejano, & subinde cum Artabano Partho consilia, & armorum apparatum ingentem. Igitur Herodes cum uxore in exilium actus est: Tetrarchia Galilææ & Perææ, ipsi ademtâ, Agrippæ attributâ. *Joseph. 18. v. 9. aut 14.* Hæc ad incesti connubii, & cædis Johannis Baptistæ, & ludibrii in Christum, haud obscuram vindictam pertinere visa sunt. Inter Judæos autem & Græcos, Alexandrinos, seditione exorta, missi sunt ad Cajum ab utraqve parte Legati. Græcæ legationis præcipuus fuit Appion Grammaticus, Oasi qvidem natus, sed qvi Alexandrinum se dici, à jure civitatis ibi adepto, maluit, Pistonices, qvasi à crebra victoria, teste *Plinio* (*lib. 35. c. 5.*) cognominatus, contra qvem Josephus celebre opus scripsit. Judaicorum Legatorum princeps fuit Philo Alexandrinus, Judæorum eo tempore citra controversiam doctissimus, cujus extat liber, hanc legationem ad Cajum complexus. Qvi alteri illi, Flacco scilicet, reprehenso, junctus, multum historiam Judaicam hujus temporis illustrat. Iudæorum adversarii, opera Heliconis Ægyptii, Imperatorio cubiculo præfecti, Imperatoris aures præoccupâtunt, animumqve alienaverunt. Crimini potis-

fimùm Judæis dabatur, qvod solitos novis Principibus per provincias decerni honores omisissent, ipsiusqve præsertim Caji divinitatem agnoscere recusarent.

Hinc enim prima mali labes : qvando subversâ Jamniæ arâ, Cajo statutâ, in periculum venerunt Judæi, ne statua Caji Colossea in templo Hierosolymitano, habito numinum, dedicaretur. Id, qvod Cajus Petronio Syriæ Præsidii præceperat. Qvæsita tamen & impetrata est mora miserabili Judæorum supplicum deprecatione apud Præsidem, & mox Agrippæ Regis apud Cajum. Qvi tamen pœnitudine beneficii concessi ductus, Romæ Colossum denuò moliebatur, transvecturus clanculum Alexandrino, qvod parabat itinere, atqve in templo collocaturus : nisi mors destinata intervertisset. Ex Philonis historia legationis corrigendus est *Tacitus*, qvi(*Histor. 5. 9.*) *jussi*, inqvit, *Judæi à Cajo Cæsare effigiem ejus in templo locare, arma potius sumsere : qvem motum Cæsaris mors diremit.* Non enim motùs rebellantium, sed ululatus deprecantium fuit. Nisi qvod morte Caji au-

audita, arma spectarunt : qvæ Claudius vi comprimere agitans, precibus Agrippæ tribuit, ut æqvitate edicti componerentur, à Claudio *Josepho 18. cap. 4.* Agrippa enim, à Claudio, qvem in adipiscendo Principatu adjuverat, honoribus auctus est : additâ regno ejus Judæâ & Samaria, tanqvam aviti regni partibus ; tum Abilâ & finitima regione apud Libanum, qvæ Lysaniæ fuerat, *Joseph. 19. 3. & 4.* Congruunt ista ferè in A. C. 40. & 41. circa qvæ tempora etiam Seleucienſis Judæorum clades accidit, qvæ 50000. ampliùs absumsit, descripta *Josepho sub finem libri 18.* Domum reversus Agrippa, Theophilo à summi Sacerdotii gradu demoto, substituit Simonem cognomento Cantharam : & huic iterum submoto Matthiam Jonathæ, qvi resumere olim ademtam dignitatem noluerat, fratrem. *Joseph. 19. c. 5. & 6.* Hinc urbi muniendæ strenuam operam impendit, donec edicto Caji jussus est desistere. *Joseph. 19. c. 7.*

10. Ceterùm Herodes Agrippa illa, qvam An. Chr. 44.

qvàm diximus, fortunâ inflatus, cum observantissimus morum rituumqve patriorum haberi vellet, nonnullos de Ecclesia infestare cœpit, gladioqve Jacobum Zebedæi filium, fratrem Johannis percussit. Videns autem, placere cædem Judæis, Petrum qvoqve diebus azymorum in carcerem conjecit, & custodiâ militari 16. militum asservavit: unde ab Angelo per miraculum eductus, alió commigravit. Agrippa autem, innoxiis custodibus ad supplicium raptis, cum Cæsareæ ludis & concionibus, vacaret & acclamationibus, tanqvam Deo cuidam factis, amplius insolescoret, Angeli ministerio percussus, & à vermibus erosus, misero exitu sævitiam in Apostolos luit. *Actor. 12. v. 1. usqve ad 23.* Verbum autem Domini crevit & diffusum est, regressiqve sunt Hierosolymis, expleto ministerio, Barnabas & Paulus, deducto secum Johanne Marco. *Act. 12. v. 24. & 25.* Annus hic est Christi 44.

Martyrium Iacobi Apostoli describit etiam *Eusebius H. E. 11, 9.* & addit ex *Clemente Alexandrino* (*lib. 7. Hypotyp.*) narrationem

nem de converso ad Christum, & unà martyrium subeunte accusatore Jacobi. Agrippæ interitum idem *cap. 10. suis*, & *Josephi verbis* (*ex 19. c. ult.*) commemorat. Septem illi annos regni tribuit Josephus, qvatuor sub Cajo, demtis scilicet tribus qvatuorve mensibus; & tres sub Claudio, tribus qvatuorve mensibus adjectis. Morte ejus lætati Cæsareenses & Sebastenses, contumelias in defunctum, & in filias superstites cumulârunt. Filiarum natu major Bernice nupta erat Herodi patruo; Mariamne decennis desponsata è Patre Julio Archelao Chelciæ filio; Drusilla sex annorum Epiphani Antiochi filio Comagenorum Regis. Filium Agrippam 17. annorum Romæ educatum, qvo minus paterni regni Successorem constitueret Claudius Imperator, amicorum & libertorum consilio retentus, Judææ & toti regno Agrippæ Præsidem dedit Cuspium Fadum. *Joseph. 19. c. ult.* Fadus cum in Judæam perveniisset, Transamnensium audaciam, qvi Philadelphiensium multos ex discordia interfecerant, ultus est. *Joseph. 20. c. 1.*

11. ¶ Cum autem abundaret Ecclesia Antiochena doctoribus, Saulus & Barnabas à Spiritu sancto jussi, Seleuciam profecti, inde in Cyprum navigant, atqve primùm Salamine, postèà Papht

Ev-

Evangelium docuerunt. Hic oppo-
suit se eis Pseudo - Propheta Judæus
Barjesu, Elymas sive Magus cognomi-
natus, volens Sergium Paulum Pro-
consulem, qvo minus Christo nomen
daret, avertere, hoc exitu, utipse incre-
pitus ab Apostolo, cæcitate puniretur,
Sergius autem Paulus Christianus fie-
ret. Ab hoc tempore novo semper
Pauli nomine appellatus reperitur Sau-
lus. Qvi cum comitibus Papho Per-
gam Pamphyliæ venit: Ubi Johannes
Marcus digressus, Hierosolyma repetit.
Actor. 13. v. 1. usque ad 4. Pergà digressi
Paulus & Barnabus, venerunt Antio-
chiam Pisidiæ, & ingressi Synagogam
die Sabbathi, post lectionem legis &
Prophetarum à Synagogæ Præfectis ad
dicendum invitantur. Ibi tum Pau-
lus egregia oratione de promisso Mes
sia, & jam exhibito, ejusqve beneficiis,
disseruit. Cumqve gentilibus præser-
tim placeret doctrina Evangelii; Judæi
invidia acti, ejecerunt Paulum & Bar-
nabam suis finibus. Qvi, excusso in
eos pulvere pedum suorum, venerunt
Ico-

Iconium. *Act. 13. 14. usque ad 52.* Iconii, habitis in Synagoga Judæorum orationibus, effecerunt, ut magnus Judæorum & Græcorum numerus fidem Christi amplecteretur : ceteris frementibus, & animos Gentilium concitantibus. Sed DEUS successum largiebatur prædicationi Evangelii, editis multis & insignibus miraculis. *Act. 14. v. 1. 2. 3.* Scissis autem in diversa studiis, pars, quæ contra Apostolos stetit, invaluit, impetuque in eos facto, Iconio exegit. Ita exactis confugium præbuerunt Lystra & Derbe Lycaoniæ oppida. Et Lystræ quidem, cum Paulus claudum ab utero matris sanâsset, pro Mercurio habitus, sicut Barnabas pro Jove, vix à victimis & sacris faciendis plebem revocârunt. Sed supervenientibus mox Iconio & Antiochia Evangelii inimicis, Paulus lapidatus est, & pro mortuo elatus urbe, circumstantibus discipulis surrexit, & in urbem rediit. *Act. 14. v. 4. usque ad 20.* Hoc anno (Christi 46.) & fortasse hoc ipso tempore, Paulus in tertium cœlum raptus audivit verba inef-

effabilia, ante 14. annos, qvam conscriberet posteriorem ad Corinthios, *2. Corinth. 12. v. 2. 3. 4.* Lystra autem Paulus cum Barnaba Derben profecti, magno successu Evangelium docuerunt. *Act. 14. v. 20. 21.* Inter eos, qvi Christi sacris tùm imbuti sunt, Timotheus, ejusqve mater Eunice, & Avia Lois, qvibus educationem & sacrarum literarum scientiam debuit, ferunt. Atqve ita puer pene illisce in locis agens Timotheus persecutionum, qvas Paulus Antiochiæ in Pisidia, Iconii & Lystræ in Lycaonia perpessus est, αὐτόπτης seu spectator fuit. *Act. 16. v. 1. 2. 2. Tim. v. 2. 5. &c. 3. v. 11. 15.* Ultra Derben non progressi Paulus & Barnabas, cum Lystram & Iconium & Antiochiam rediissent, confirmatisqve discipulorum animis presbyteros per Ecclesias instituissent, peragrata Pisidia, & Pergæ Evangelio prædicato, Attaliam descenderunt, atqve inde Antiochiam, unde ad obeundum hoc munus exiverant, cursu directo, Ecclesiæ rem feliciter gestam, apertumqve gentibus fidei ostium denarrârunt,

runt, nec parvo temporis spacio ibi subsiterunt. *Actor. 14. vers. 21. usq; ad 28.* Post hæc Paulus videtur Evangelium Christi usqve ad Illyricum propagavisse se, *Rom. 15. v. 19. 20.* & tum sustinuis-illa mala, qvæ *2. Cor. 11. v. 24. & 25.* commemorat de virgis, & plagis, & naufragio, *Usserius* illud Historiæ sacræ silentium, inter reditum ad Ecclesiam Antiochenam, & institutam ad concilium Hierosolymitanum professionem, explendum censet.

Qvando Iconii Paulus & Barnabas versabantur, Thecla virgo conversa perhibetur. Qvam historiam tamen suspectam reddit & silentium Lucæ, & qvod, Paulo auctore, pactas primario viro nuptias dissolvisse traditur. Neqve consentiunt, qvi scriptis memoriam Theclæ tradidêre. Videndi *Baronius A. C. 47.* & *Conr. Horney. Histor. Eccles. lib. 1. c. 9.* ubi etiam de *Assumtione B. Virginis Deiparæ* agit.

12. Cassius Longinus Syriæ Præses, qvem Vibio Marso successorem datum *Josephus* memorat, (qvanqvam *Tacitus* Marsum adhuc triennio in Syria retineat) cum Cuspio Fado Judææ procuratore Hierosolymam profecti, à Pontificibus & Primoribus Hierosolymitanorum, mandatu Cæsaris, stolam & reliqva summi

Pontificis ornamenta reposcebant, in arce Antonia subinde à Romanis custodienda, sicut ante Vitellii tempora, moris erat. Illi autem impetrata Legatos Romam mittendi licentia, suffragatione Agrippæ junioris, qvi tùm Romæ educabatur, propitium habuêre Claudium Imperatorem. Nam rescripto ad Hierosolymitanorum magistratus misso, se etiam in hoc gratificari voluisse Herodi Regi Chalcidis & juniori Aristobulo, sibi devotissimis, ostendit. *Joseph. 15. c. ult. & 20. c. 1.* Qvo eôdem tempore etiam Herodes Rex Chalcidis potestatem in templum & sacrum ærarium, unà cum jure eligendorum summorum Pontificum à Claudio impetravit, & mox exercuit, amoto Simoni Cantharæ, Josephum Canei sive Camydis filium substituens. *Joseph. 20. c. 1.* Hunc qvoqve anno post altero, Pontificatu submovit, suffecto Anania. *Joseph. 10. c. 3.*

Cuspio Fado in Judææ procuratione successit Tiberius Alexander, Alexandri Alabarchæ Alexandrini (veteris amici Claudii) filius, Judaicæ religionis desertor. Hic Jacobum & Simonem, filios Judæ Galilæi, qvi Qvirino censum agente ad defectionem solicitaverat Judæos, cruci suffixit. *Joseph. 20. c. 5.* Hujus & Fadi tempore (A. C. 46. al. 47.) fames Judæam afflixit, qvam Agabus prædixerat; cui sublevandæ Helena Adjabenorum Regina, Judaicâ reli-

...imbuta, frumentum apud Ægyptios
...o, egenis largè distribuit, cum Hiero-
... templi invisendi Deiqve colendi cau-
...de. Imitatus est exemplum matris fi-
..., pecunia Hierosolymam missa, qvò
... adolescentes filios disciplina Judai-
... alios destinavit.

... tres seu monumenta (suis filiisqve offi-
...) tertio ab urbe stadio Helena ista ex-
... & *Pausania* celebrato opere. Qvæ in
... Hierosolymæ suo tempore spectata esse *Eu-*
...) & *Hieronymus* (*Epist.* 27.) testantur.
... *Nicephorus lib.* 2. *c.* 11. & *Josephus* 20. *c.* 2.
... *Jud.* 5. 13. & *ib. Gr. in Lat. lib.* 6. *c.* 6.

... Alexandro in Judææ procuratione
... Ventidius Cumanus. Ab hoc missa
..., qvæ ad templum Festo Paschatis
... ne qvid in tanto concursu homi-
... exoriretur. Sed cum militum
... verenda corporis nudâsset, Judæi in
... Numinis id factum interpretan-
... ari atq; convitia in Cumanum jacere
... Coactis ergò, & ád arcem Antoniam
... ampliotibus copiis, multitudo inter
... ad angustias portarum & viarum,
... tremine inseqvente, adeò se ipsa
... obtrivit, ut (incredibile dictu) tri
... periisse *Eusebius* (2. 19.) *Rufinus*, Oro
... septem millia *Josephus* (20. 4.) tradant. Qvem
... retinendum *Henricus Valesius* putat

qvam

religione imbuta, frumentum apud Ægyptios coëmtum, egenis largè distribuit, cum Hierosolymam templi invisendi Deiqve colendi causâ venisset. Imitatus est exemplum matris filius Izates, pecunia Hierosolymam missa, qvò & qvinqve adolescentes filios disciplina Judaica erudiendos destinavit.

Pyramides tres seu monumenta (suis filiiqve ossibus reponendis) tertio ab urbe stadio Helena ista extruxit, miro & *Pausaniæ* celebrato opere. Qvæ in suburbanis Hierosolymæ suo tempore spectata esse *Eusebius* (3, 12.) & *Hieronymus* (*Epist.* 27.) testantur. Addendus est *Nicephorus lib.* 2. *c.* 11. & *Josephus* 20. *c.* 2. & 3. tum *bell. Jud.* 5. 13. & 16. *Gr. in Lat. lib.* 6. *c.* 6. & 7.

Tiberio Alexandro in Judææ procuratione succedit Ventidius Cumanus. Ab hoc missa est cohors, qvæ ad templum Festo Paschatis excubaret, ne qvid in tanto concursu hominum tumultûs exoriretur. Sed cum militum qvidam velanda corporis nudâsset, Judæi in contumeliam Numinis id factum interpretantes, tumultuari atq; convitia in Cumanum jacere cœperunt. Coactis ergò, & ád arcem Antoniam deductis amplioribus copiis, multitudo intersugiendum ad angustias portarum & viarum, qvamqvam nemine insequente, adeò se ipsa contrusit & obtrivit, ut (incredibile dictu) triginta millia periisse *Eusebius* (2, 19.) *Rufinus*, *Orosius*, viginti millia *Josephus* (20, 4.) tradant. Qvem numerum retinendum *Henricus Valesius* putat:

qvamvis in *bello Judaico* ante ἀρχαιολογίαν scripto (lib. 2.) decem millia numeret. Effusi subinde Judæi, ad centesimum ab urbe stadium, cum Stephanum Cæsaris servum diripuissent, immisso Cumani milite invicem direptis vicis multati sunt. Qva in populatione, cum miles qvidam repertos libros Mosaicos laceraſſet, probris etiam in cerimonias & gentem Judæorum additis, denuo in tumultum consternati, non nisi securi percusso, jussu Cumani milite, conqvieverunt. *Joseph. loc. laud.* Per idem tempus vita decessit Herodes Rex Chalcidis, Agrippæ magni frater, anno imperii Claudii octavo: relictis tribus filiis, qvorum Aristobulum ex Mariamne, Bernicianum & Hyrcanum ex Bernice, fratris filia tulerat. Hujus principatum Claudius Agrippæ Juniori donavit. *Joseph. 20. c. 3.* Agrippam hunc Juniorem *Eusebius* (2. c. 19.) *Judæorum Regem* vocat, locutione parum accurata, sicut ostendit *Henricus Valesius in Annotationibus.* Nam huic non Judææ regnum, qvod Agrippa Pater tenuerat, sed Chalcidis, ubi patruus regnaverat, datum est. Paternum verò Regnum ita est Syriæ provinciæ contributum, ut proprios tamen Procuratores missu Cæsaris acciperet: Ventidio Cumano Judæam & Galilæam nunc, ut antea, interjectam autem utriqve Samariam Felice, Claudii & matris Antoniæ liberto (unde Antonii, Claudiiqve prænomi-

na

na adeptus) obtinentibus. Hunc memorat Tacitus, jus regium, per omnem sævitiam & lubidinem servili ingenio exercuisse. Hist. 5. c. 9.

13. Venimus ad Concilium Apostolorum Hierosolymitanum, de cujus tempore, occasione, historia, diligenter tractari solet. *Usserius* reponit in annum Christi 52. *Baronius* 51. *Calvisius* 48. Occasionem concilio habendo dedit controversia Antiochiæ mota; eò enim qvidam è Judæa Pharisæi descenderant, & Christianos ex gentibus factos circumcidi, & legem Moysis servare oportere, si salvi esse vellent, contendebant. Adversus hos cum Paulus & Barnabas concertarent, Ecclesia Antiochena eosdem cum aliis nonnullis misit Hierosolymam, ut Apostolorum & Presbyterorum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, qvorum nomina litis Auctores præ se ferebant, exqvirerent sententiam. *Act. 15. v. 2, 3. 24.* In itinere assumtus est Titus, Græcus, qvem Paulus ut circumcideretur, cogi noluit. *Gal. 2. v. 1. &c.* Transita ergo Phœnicia & Samaria, ibiqve exhilaratis nuncio conversarum Gentilium fratribus, An. Chr. 48.

Hierosolymis ab Ecclesia Apostolisque & Presbyteris excepti, divinorum successus operum, suo ministerio patratorum commemorârunt. *Act. 15. v. 3. 4.* & cum Jacobo, Petro & Johanne, Apostolis convenerunt, ut ipsi quidem apud gentes, sicut illi apud Judæos Apostolatu fungerentur, addita admonitione de communi pauperum Hierosolymitanorum cura *Gal.* II. *v.* 2. 7. 9. 10. Concilio Apostolorum & Presbyterorum totiusque Ecclesiæ decretum est, nihil aliud gentibus imponendum, quam ut ab idolothytis, scortatione, suffocato & sanguine abstinerent. In quam sententiam Synodica epistola missa est ad Antiochenos, & reliquos in Syria & Cilicia fratres, perferentibus Antiochiam Paulo, Barnabâ, Judâ, Barsaba, & Silâ. Excitavit ea epistola magnum Antiochiæ gaudium: mansitque Antiochiæ cum Paulo & Barnaba Silas, prædicandi Evangelii causâ. *Act.* 15. *v.* 6. *usque ad* 35. Quo & Petrus postea venit, adversus quem Paulo contentio orta est, de simulationis exemplo per timiditatem dato. *Gal.* 2. *v.* 11. &c.

Ni-

Nihil egisse Petrum in Hierosolymitana Synodo αὐθεντικῶς aut δεσποτικῶς, ut nonnulli contendunt, ex historiæ verbis & Chrysostomi sententia, ostendit *David Blondellus, de Episcopis & Presbyteris Sect. 3. p. 179. & 198.* De Idolothytis, & suffocato, tùm alii, tùm *Seldenus de J. N. & G.* Adde *Horneji Histor. Eccles. lib. 1. c. 10. §. 5. & seq.*

Per idem tempus in Judæa tumultuatum est, initio à Samaritanis facto, & augescente malo, Ventidii Cumani, & Felicis ingenio, vel intempestivis remediis, vel partium studio utentium. Donec Numidius Quadratus Syriæ Præses, compositis præsentibus, nobiliores reos ad Claudium Cæsarem misit, à quo puniti sunt nonnulli, sicut amplius memorat *Josephus Belli Jud. 2. c. 11. & Antiquit. 20. c. 5.* Agrippa junior è Chalcide ad majus regnum translatus præficitur Philippi Tetrarchiæ, adjuncta etiam Lysaniæ Tetrarchiâ. *Joseph. Antiq. 20. c. 5. & 6.*

14. Cæterùm dissensione ortâ inter Paulum & Barnabam propter Marcum Barnabæ consobrinum (*Coloss. 4. v. 10.*) Barnabas assumto Marco Cyprum patriam petiit: Paulus verò cum Sila peragravit Syriam & Ciliciam, confirmavit animos in fide Christi, & decreta concilii Hierosolymitani com- An. Chr. 44.

mendavit, magno successu. *Act. 15. v. 36. usque ad 41. c. 16. 1. usque ad 5.* Phrygia deinde & Galatica regione peragratis, prohibiti à Spiritu S. in Asia Evangelium prædicare ex Mysia, frustrà cogitata Bithynia, in Troadem profecti sunt: ubi Paulus visu nocturno in Macedoniam vocatur. *Actor. 16. v. 6. usq; ad 9.* Quò profecti comitibus Luca [quod ex stilo ejus intelligitur:] & Timotheo (anteà assumto) à Samothrace Neapolim, inde Philippos, Macedoniæ urbem, venerunt. Ibi die Sabbathi ad Proseucham ad flumen positam egressi, Lydiam cum tota domo Christi adjunxerunt. Sæpius eo commeantes, cum ab ancilla Pythonissâ inclamarentur, & Paulus Spiritum immundum ex ea ejeciisset; Paulus & Silas virgis cæsi, in carcerem conduntur: ubi precantibus ipsis, de media nocte terræ motus factus occasionem præbuit, ut custos carceris cum omni familia, susceptâ CHRISTI fide baptizaretur. Postridie prætores perturbati, expostulatione de injuria civibus Romanis, indictâ cau-

causa, illata, rogant, ut liberi discedant. *Act. 16. v. 10. usque ad 40.* Thessalonicam igitur, metropolim Macedoniæ, delati sunt: ubi concionibus Pauli, in Synagoga de more institutis, multi utriusque sexus Christo nomen dederunt. *Actor. 17. v. 1. usque ad 14.* Quo tempore Thessalonicenses, non de fide modo Christiana, sed de futura quoque apostasia & Antichristi revelatione, à Paulo eruditi sunt. *2. Thessal. 2. v. 5.* Thessalonicæ diversabatur cum comitibus Paulus in domo Jasonis cujusdam, quo cum fratribus ad magistratus productо accusatoque, Paulus & Silas noctu emissi Beroeam venerunt, non dissimilem fortunam ibi experti; Judæis Thessalonicensibus eo provectis, & tumultum contra Paulum concitantibus. Qui à fratribus Athenas deductus, dum Silam & Timotheum subsequi jussos expectat, in Synagoga cum Judæis, & in foro cum aliis, etiam Epicureis & Stoicis Philosophis, de Christo & resurrectione disputans, in Areopagum rapitur, causam novæ religionis indu-

An. Chr. 50.

ctæ dicturus: doctissimaqve oratione, tum ex ara ipsorum, ignoto Deo posita, tum ex Arati Poëtæ testimonio, non alium Deum, qvam qvem ipsi ignorantes colerent, à se prædicari, demonstrat, atqve inter alios Dionysium Areopagitam, &, qvam nonnulli Patres uxorem ejus putant, Damarim ad Christum convertit. *Act. 17. vers. 5. usqve ad 34.*

Judæorum Deus *ignoti* appellationem apud gentes obtinebat: Lucano, *incertus Deus*; Trebellio *incertum numen*; Caligulæ apud Philonem; *Innominatus Deus.* De ipsa inscriptionis formula, varia congessit *Baronius in An. Chr. 52. Usserius* historiam in 54. ordinat. Qvo etiam refert matrimonia sororum Agrippæ Regis Drusillæ, Bernices, Mariamnes, *Josepho* memorata *lib. 20. c. 5.*

15. Athenis Paulus Silam & Timotheum in Macedoniam remisit, ipseqve Thessalonicam proficisci non semel in animo habuit, præpeditusqve astu Satanæ, Timotheum illuc misit, confirmaturum fideles *Actor. 18. vers. 5. 1. Thessal. 2. v. 17. & 18. & 1. Thessal. 3. v. 1. & 2.* Ipse Athenis Corinthum pro-fe-

fectus, cum Judæum Aqvilam & Priscillam uxorem ejus reperîssset, Judæis Roma expulsis illuc transgressos, commune opificii genus tabernaculis conficiendis usurpavit, non omisso prædicandi Evangelii officio per Sabbatha. *Act. 18. v. 1. usq; ad 4.* Hic & sua manu Stephanæ familiam baptizavit, [1. *Corinth. 1. v. 16.*] An. Chr. 51.52.53. qvæ primitiæ Achajæ fuerunt, & sese in ministerium sanctis addixerunt 1. *Cor. 16. v. 15.* Reversis è Macedonia Sila & Timotheo, ob pervicaciam Judæorum adversantium, ad gentes diversurus, in domum cujusdam Justi, confinem Synagogæ migravit. Creditqve Archisynagogus Crispus cum tota domo, ut & alii multi Corinthiorum *Act. 18. v. 5. usqve ad 8.* Ex his Crispum & Cajum sua manu Paulus baptizavit, 1. *Corinth. 1. v. 18.* confirmatusqve divino monitu, (*Actor. 18. v. 9.* 10. 11.) una cum Sila seu Silvano & Timotheo per annum & sex menses Evangelium ibi prædicavit. 2. *Cor. 1. v. 1. 19.*

16. Post reditum Timothei ex Ma-

ce-

cedonia, Paulus cum eodem & Silvano seu Sila priorem ad Thessalonicenses epistolam destinavit : in qva cum de die judicii, qvasi jamjam imminente, qvædam obscurius posuisset, dedit paulo post alteram ad eos epistolam, & hunc locum explicavit. *1. Thess. 3. v. 6. 1. Thessal. 1. v. 1. 5. 2. Thessalon. 2. v. 2. 3.* Scriptam enim esse eam epistolam, cum Paulus Silvanum & Timotheum in ministerio conjunctos sibi haberet, & postqvam ipse jam apud ipsos Christi fidem amplexos, præsens adfuisset, probat *Usserius* ex *2. Thessal. 1. v. 1. c. 2. v. 5.* contra *Grotium*, qvi sub Caligula exaratam existimavit.

Initia Neronis & mortem Claudii Imperatoris Chronologia accuratior refert in A. C. 54. Ad insequentem pertinent : Principatus Armeniæ minoris Aristobulo Herodis R. Chalcidis filio, à Nerone datus : Regno Agrippæ qvatuor urbes cum agris attributæ, in Galilæa Tiberias & Tarichæa, in Ituræa trans Jordanem, Abela & Julias, ex *Josephi Antiq. 20. c. 5. & Bell. Jud. 2. c. 12. κεφ. κβ.* Corbulonis res adversus Parthos gestæ, ex *Taciti 13. Annal.* Eleazari famosi latronis circumventi &

Ro-

Romam missi captivitas, ex *Josepho 20. v. 6.* Jonathæ summi pontificis mors, qvam immisso percussore Felix Judææ procurator patravit; eoq; exemplo, & impunitatis illecebra urbem Hierosolymam latrociniis replevit. *Indidem.*

Impostores qvoqve & magi pellectam in solitudines multitudinem, Fexitio, elice plectente, objecerunt. Qvo tempore Ægyptius qvidam magus Prophetæ autoritatem sibi arrogans, ad triginta vel potius qvatuor millia hominum circumductos in monte oliveti constituit; qvos Felix partim occidit, partim cepit, dispersitqve. Impostor ipse elapsus occasionem dedit Lysiæ tribuno, ut Paulum interrogaret: Nonne tu es Ægyptius ille, qvi ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum qvatuor millia sicariorum! *Act. 21. v. 38. Joseph. 20. c. 5. Bell. Jud. c. 12. κεφ. κγ.*

16. Gallione, [qvi L. Annæi Senecæ frater creditur] Proconsule Achajam administrante, Paulus à Judæis Corinthiis ad tribunal ejus tractus, & dimissus, cum post illum tumultum complures adhuc dies Corinthi substitisset, è portu Cenchreensi solvens, in Syriam navigaturus, Ephesi in Synagoga docuit, ut maneret tamen diutius, induci non potuit, Hierosolyma ad festum

ſtum reſpiciens. Reditum ergò pollicitus, relictis ibi Aqvila & Priſcilla, Cæſaream Stratonis navigavit. *Actor. 18. verſ. 12. usqve ad 22.* Cæſarea ad ſalutandam Eccleſiam Hieroſolymitanam aſcendit: inde Antiochiam Syriæ profectus, poſt aliqvam eo loco moram, Galaticam regionem & Phrygiam tranſiit, ac diſcipulos confirmavit. *Act. 18. verſ. 22. 23.* à Galatis reverentiſſimè exceptus, *Galat. 4. verſ. 14.* ubi, inter alia, ut collecta pro pauperibus die Dominico ſeponerentur, inſtituit. 1. *Cor. 16. verſ. 1. 2.* Interea Judæus qvidam Apollo, genere Alexandrinus, cum Epheſum veniſſet, initiatus, in via Domini pleniorem inſtitutionem, tradentibus Aqvila & Priſcilla, accepit: egregiamqve operam in Achaja in redarguendis Judæis, & Chriſto prædicando, navavit. *Actor. 18. verſ. 24. usqve ad 28.* Illo Corinthi agente, Paulus, Galatia & Phrygia jam peragratis, reverſus, duodecim diſcipulos, Johannis tantùm baptiſma ſcientes, doctrina Chriſti ampliùs imbuit, & impoſitione manuum Spiritu ſan-

sancto impertivit. In Synagoga qvoqve, trimestri tempore, prædicando regno DEI intentus; ob pervicaciam Judæis relictis, segregatisqve discipulis, in schola Tyranni cujusdam docuit per biennium: omnibus in Asia Judæis Græcisqve verbum Dei audientibus, & miracula noscentibus, qvæ plurima Pauli operâ patrabantur; adeò ut ad ægrotos de corpore ejus sudaria & semicinctia delata sanitatem restituerent, dæmonesqve fugarent. *Actor. 19. vers. 1. usqve ad 12.* Qvod cum prave imitari cuperent Judæi exorcistæ septem, filii Scevæ primarii Sacerdotis, malè multati sunt ab Energumeno. Qvæ res metu implevit animos, & doctrinam Christi, & abominationem superstitionum auxit, combustis ejus generis libris plurimis. *Actor. 19. 13. usqve ad 20.* Revocatis ab errore Galatis [*Actor. 18. vers. 28. & Galat. 1. vers. 6. & 7.*] cum morte Claudii rediisset Judæis licentia Romam adeundi, [*Actor. 28. vers. 17. & 21.* Paulus tertium jam annum Ephesi agens, decreverat, transita Macedonia & Acha- An. Chr. 54. 55.

chaja, Hierosolymam, ac inde Romam proficisci, de qvo consilio plenius erudietur lector ex *Actor. 19. v. 21. 2. Cor. 1. v. 15. & 15. Rom. 15. v. 24. usq; ad 28.*

Missis ergò in Macedoniam Timotheo & Erasto, ipsum substitisse in Asia, & per urbes Epheso vicinas Evangelium adhuc novem mensium spatio prædicavisse, existimat Usserius, atqve hoc tempus, ad biennium in schola Tyranni, & trimestre tempus in Synagoga Ephesina ad triennium conficiendum adjungit, de qvo *Act. 20. v. 18. & 31.*

Adhuc Ephesi agens Paulus priorem ad Corinthios Epistolam scripsit: cui duplex occasio ex doctrina ac schismate, [*1. Corinth. 1. v. 11. & 12. 1. Corinth. 3. v. 3. & 4. 1. Corinth. 16. v. 12.*] & ex moribus, *1. Corinth. 7. vers. 1.* Unde etiam errores tùm dogmatibus ex Sadducæorum cogitatione haustos, *1. Corinth. 15.* tùm practicos, partim corrigit, partim coram correcturum se profitetur.

Qvâ occasione *Baronius* (ad A. C. 57.) multa de plerisqve capitibus Epistolæ Paulinæ disputat; qvæ nos putamus ab hoc instituto longiùs abesse, & Commentariorum Scriptores magis decere.

Qvo

18. Qvo minus autem diutiùs Ephesi subsisteret Paulus, effecit tumultus Demetrio aurifabro auctore concitatus, qui describitur *Actor. 19. vers. 24. usqve ad 41. & c. 20. vers. 1.* Epheso in Troadem, inde in Macedoniam profectus Paulus, Macedonibus qvoqve persvasit, ut collectas Hierosolymam mitterent. *2. Corinth. 2. vers. 12. & 13. 2. Corinth 12. vers. 18. Act. 20. vers. 2.* 2. *Corinth. 8. vers. 1. usqve ad 5. & cap. 9. 2.* E Macedonia posteriorem ad Corinthios Epistolam exaravit, & per Titum, à qvo de successu priorís Epistolæ edoctus erat, transmisit. *2. Corinth. 1. vers. 8. 9. 17. 23. 2. Corinth. 6. vers. 5. usqve ad 11. 2. Corinth. 8. vers. 16. usqve ad 19. cap. 9. vers. 3. 4. 5.* In Græciam ex Macedonia digressus, intra trimestre, qvô egit ibi, tempus, Corinthi, eleemosynas in Achaja, pro Hierosolymitanis collectas, recepit, (*Actor. 20. vers. 2. 3. 1. Corinth. 16. vers. 3. 4. 5. 2. Corinth. 9. vers. 4.*) & epistolam ad Romanos dictavit. *Roman. 16. vers. 1. 2. 22. Roman. 15. vers. 25. & 26.* Philippis Macedoniæ urbe dimissos in Asiam

comites, Paulus apud Troadem assecutus, septem ibi exactis diebus, octavo die orationem ad congregatos Discipulos habuit, Eutychumqve casu extinctum in vitam revocavit, atqve iter Hierosolymam intendit: cujus cursum & ordinem, & ex itinere acta describit Lucas, *Actor. 20. vers. 4. 5. 6. usqve ad finem, & cap. 21. vers. 1. usque ad 16.*

An. Chr. 56. 17. Hierosolymis à Jacobo qvidem, & Presbyteris, humanissimè exceptus Paulus, Judæorum turbantium motu infestatur, & superventu Lysiæ Tribuni militum neci, ac subinde, cum civem se Romanum proclamâsset, virgarum pœnæ eximitur; habitaqve oratione apologetica, insidiis petitus, à Lysia ad Felicem Præsidem, Cæsaream ablegatur. Felix sæpè illum audit, & leni laxâqve custodiâ habuit per biennium; deniqve in gratiam Judæorum, vinctum successori suo Porcio Festo reliqvit, *Actor. 21. vers. 17. usque ad fin. cap. 22. 23. 24.* Festus auditâ accusatione Judæorum & responsione Pauli,

li, Cæsareæ, provocanti ad Cæsarem annuit, *Actorum cap. 25. usque ad 12.* Qui cum denuò, præsentibus Agrippa Rege & Bernice sorore ejus, innocentiam suam omnibus approbâsset, solvi potuisse visus est, nisi Cæsarem appellâsset. *Actor. 25. vers. 13. usq; ad 27. & cap. 26.* Datur ergò Julio Centurioni cohortis Augustæ, Romam deducendus. *Actor. 17.* Facto autem naufragio à Melitensibus benignè habitus, miraculis etiam doctrinam CHRISTI affirmat. Hinc repetita tertio pòst mense navigatione, Romam pervectus, integro biennio in libera custodia habitus, multâ libertate Evangelium docuit. *Actor. 28.* & epistolas diversas scripsit ad Philippenses, (*Phil. 2. vers. 19. usque ad 29.*) ad Philemonem & Colossenses, (*Coloss. 1. vers. 7. 8. cap. 2. vers. 1. cap. 4. vers. 7. 8. 9. 18.*) ad Ephesios, (*Ephes. 6. vers. 21. & 22.*) ad Hebræos, (de qva tamen multi dubitant) *Hebræos. 13. vers. 23. & 24.*) An etiam ad Laodicenses scripserit, disputat *Baronius ad A. C. 60.* & ad Epist. Ephes. *Grotius.*

tius, Adde *Usserium*. Exacto biennio Ro-
An. Chr. 61. mæ, dimissus Paulus, qvid gesserit, antequam Romam rediret, & Christi doctrinam suo sangvine obsignaret, Nerone in Christianos sæviente, partim ex locis qvibusdam Epistolarum ejus colligunt, *Hornejus Histor. Eccles. lib. 1, cap 13. & 14. & 15. & Usserius.* Deficit enim hic historia. Et nos qvidem res Pauli hactenus noluimus divellere.

Inter hæc Felix Judææ præses, cum dissidia Judæorum & Syrorum Cæsariensium non satis coërcere se videret posse, legatos utriusqve partis, ut & sacerdotes qvosdam Judæorum, ex alia ratione, ad Neronem, caussam dictutos, misit in vinculis. *Josephus 20. vers. 6. & 2. Bell. 12. κεφ. κγ. & in vita.* Pontifices qvoqve summi, à Sacerdotibus & primatibus Hierosolymitanis dissidentes, in ipsa urbe certamina & convicia serebant. *Joseph. 20. vers. 6.* sed Syri qvidem Cæsarienses, opera Berylli, qvi Neroni à Græcis epistolis erat, Judæos hactenus communi civitatis jure excludunt, literis in eam rem ab Imperatore impetratis. Qvæ res Judæos adeò exacerbavit, ut aliis super alias seditionibus concitatis bello, qvod secutum est, exitiabili caussam præberent, *Joseph. 20. v. 7.* Festo,

sto, ut primum Judæam attigit, multum negotii fuit, adversus latrones & sicarios, tùm impostorem magum, multitudinum concitorem. *Joseph. 2. v. 7. & 2. Bell. 12. περ κδ.* Lite autem Hierosolymitanorum & Agrippæ Regis, ob editam domum & oppositum ei parietem, secundum illos data, (suffragatione Poppææ apud Neronem) Agrippa exasperatus Ismaëli ademtum Pontificatum Josepho Cabi, & mox Anano sive Annæ dedit. *Joseph. 20. v. 7. & 8.*

An. Chr. 62.

18. Ananus junior, sectâ Sadducæus, ingenio ferox, captata ex morte Festi, & absentia Albini Successoris adhuc in itinere agentis, occasione, Jacobum, fratrem Domini cum aliis nonnullis, læsæ religionis damnavit, & lapidibus obrui curavit. Qvæ res, cum bonis viris displiceret, Agrippam rogârunt, ut Ananum ab ejusmodi facinoribus retineret: qvidam etiam Albino obviam profecti, ejus animum Anano alienârunt. Igitur Agrippa intra tertium suscepti Pontificatûs mensem destituto subrogavit Jesum Damnæi filium. Hæc *Joseph. lib. 20. cap. 8.* & longè fusiùs ex Clemente & Hegesippo *Eusebius Hist. Eccles. lib. 20. 23.* addi potest *Nicephorus lib. 2. c. 38.* & *Baronius ad A. C. 63.* ubi etiam de *Epistola Jacobi Catholica.*

Albinus cum Ananiæ Pontificis & Eleazari filii ejus factionibus omnia turbida repe-

riſſet(de qvibus vide *Joſeph. lib. 20. cap. v.*)latrones qvoqve compeſcere non ſtatim potuit; rapinisqve intentus, accepta pecunia noxios dimittebat & diſcordias(auctas etiam deditione Jeſu Damnæi, cui in ſummo Pontificatu Jeſus Gamalielis ſubſtitutus eſt, tum libidine multorum in urbe Hieroſolymorum rebus novis ſtudentium) ultrò aluit. Atqve cum audiſſet, Geſſium Florum (hunc enim Nero Procuratorem in Judæam, Ceſtium Gallum Præſidem in Syriam miſerat) ſibi ſucceſſorem venire, gratificando Judæis, vacuefactis cuſtodiis iterum omnia latronibus replevit, *Joſeph. ibid.*

Geſſius autem Florus adeò ſævè & avarè imperitavit, ut Albinum etiam deſiderabilem redderet. Adverſus qvem fruſtra Ceſtii Galli Hieroſolymam protecti auctoritas invocabatur. *Joſeph. lib. 7. Bell. cap. 17. vel lib. 6. περ. us. lib. 2. Bell. c. 13. περ. κδ.* Et dejecto Jeſu Gamalielis, Matthias Theophili in Pontificatu maximo ſucceſſerat, ſub qvo Judaicum bellum habuit initium: cui tot factiones & turbæ, & dominationes, omnia deniqve præluſerant. *Joſeph. lib. 20. c. 8.*

An. Chr. 64. 19. Paulus Apoſtolus Romam unde dimiſſus erat, (poſtqvam in Creta, Epheſi, Philippis & alibi Evangelium prædicâſſet, & Epiſtolas ad Timotheum &

& Titum scripsisset) secundo venit, auditusqve à Nerone absolvitur (anno Christi 63.) Romæqve per integrum annum Apostolico munere vacat, solo Luca cum eo manente, *2. Tim. 4. v. 10, 11. 16. 17.* Insequente anno 64. Junii die 29. gladio cæsus est. Cujus diem martyrii etiam *Oecumenius* consignatissima memoria exhibet. Eodem tempore cruci affixum Petrum *Dionysius* Corinthiorum Episcopus (apud *Eusebium Histor. Eccles. lib.* II *cap. 25.*) affirmat. Alii & diem eundem martyrii tradunt. Qvod Dionysius non dixit; licet existimet *Simeon Metaphrastes.*

Prudentius in *Coronis Hymn. 12.* eodem qvidem die, sed interjecto integro anno, utrosqve cæsos ait:

Una utrumqve dies, pleno tamen innovatus anno
Vidit superba morte laureatum.

Ejusdem sententiæ est *Augustinus Sermone 28.* de Sanctis. Paulò, qvidam putant, ante mortem utriusqve Apostoli, contigisse id certamen, qvò Simon magus impar congressus sanctissimis vitis, ex aëre decidens interiit. Verba *Sulpitii* sunt: *Tum illustris illa adversus Simonem, Petri*

tri ac Pauli congressio fuit, qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suffultus daemoniis evolâsset, orationibus Apostolorum fugatis daemonibus, delapsus in terram, populo inspectante, disruptus est. Meminerunt etiam *Augustinus, Arnobius, Cyrillus, Epiphanius, Theodoretus, Philastrius.*

Sed de tempore maxima est dubitatio. Ex *Eusebii* enim narratu (*Lib.* II. *Histor. Eccles. c.* 15.) colligunt, Simonis interitum contigisse Romæ tempore Claudii, id est, antequam Paulus eò intulisset pedem. Quod verius existimat *Henricus Valesius in Annot. Eusebianas. Idem*, qui addit: *Porro de certamine illo & Simonis casu, nullum hîc verbum dixit Eusebius. Silent etiam Irenæus & Justinus. Certè Icarius ille Simonis interitus, quomodo consentire possit cum statua illa Simoni sancti Dei, eqvidem non video.*

20. Accidit autem mors utriusqve Apostolorum Principis in illa persecutione Christianorum, qvam Nero primam moverat anno, qvem diximus Chr. 64. licet alii hæc ad annum 67. referant. Occasio sæviendi fuit, qvod cum ipse Tyrannus laboraret infamiâ incensæ urbis Romæ, Christianos reos subdere constituit. Qvod *Tacitus* [*15. Annal. 44.*] fatetur, & hujus criminis innoxios absolvit, formasqve cruciatuum explicat. *Et pereuntibus* (inqvit) *ad-*

addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi atqve ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Qvę verba paulum inflexa descripsit *Sulpitius*: Flammationis autem supplicium explicavit *Jos. Scaliger in animadvers. Euseb. ad n. 2084.* Neqve Romæ mœnibus sævitiam Neronis stetisse, sed alibi qvoqve Christianos affixisse, monstrat *Baronius* ex memorabili *inscriptione A.C. 69. n. 46.* Præter illud fictum incensæ urbis crimen, novitas superstitionis, & odium humani generis, (propter abominationem superstitionis paganæ, qvæ tum Orbem occupaverat) innocentibus tribuebantur.

Hæc prima fuit in nomen Christianum publica sævitia: prima, inqvam, de decem persecutionibus. Qvanqvam enim persecutio in ipsum Christum à vario hominum genere facta; Judæorum in Apostolos, pòst adscensionem Christi, Hierosolymis patrata facinora; porro Claudii in Judæos structa, non paucis tamen Christianorum exitiabilis ira; & edicta nominatim pellendis Christianis proposita, deniqve Judæorum iterum & Herodis sub

eodem Imperatore in Christianos crudelitas, tali nomine describi possint & soleant (qvâ de re *Centuriatores Magdeburgici* videndi,) numerus tamen ille denarius persecutionem publica autoritate, sub & ab Imperatoribus institutarum satis antiqvus, hinc initium sumit. Notus est celebris locus *Tertulliani in Apologetico: primum Neronem in sectam Christianorum tum maximè Romæ orientem, Cæsariano gladio sæviisse.* Eusebius *in Chronico canone: Primus Nero super omnia scelera sua, etiam persecutionem inter Christianos facit, in qva Petrus & Paulus glorioſe occubuerunt.* Addatur *Nicephorus Callistus lib. 2. Conr. Hornei. Hist. Eccles. lib. 1. c. 13.*

An. Chr. 66. 21. Bellum Judaicum Flori facinoribus incensum, ab Anno Christi 66. primum Cestio Gallo, posteà Vespasiano, denique ejus filio Tito Ducibus gestum est, usque ad annum 70. (*Baronius 72.* ponit) qvi Hierosolymorum excidio die 10. Augusti insignis fuit. In qvem terminum finem hebdomadum Danielis referunt. Nisi qvod tribus insequentibus annis reliqviæ belli profligatæ sunt. Scriptor præcipuus *Josephus*, hoc ipso bello captus, &

à Ve-

à Vespasiano posteà, cui imperium prædixerat, in honore habitus: cujus 7. *libri de bello Judaico* in omnium manibus versantur.

In Epitomen redigit historiam, & ulla, memorabilem, *Ludovicus Capellus* in *Judaica historia compendio*: unde descripsit, & fine Annalium exhibuit *Usserius*. Clades autem Judaicas hujus belli, & numero & atrocitate horribiles congessit *Lipsius lib. 2. de Constantia c. 21.* Taciti historia, qvæ huc pertinet, pleraqve periit: sicut ex fragmentis lib. 5. Historiarum patet *Eusebius libro tertio Histor. Ecclesiastica à cap. 5. usq; ad 10.* ex *Josepho* repetit, cladesqve in ultionem scelerum adversus Christum & Apostolos ejus discipulosqve patratorum eo ipso anniversario temporis recursu, qvo supplicio Messiam affecerant, illatas graviter considerat. Addendus est *Nicephorus libro 3. Sulpitius Severus lib. 2. Hist. sacr.* ita judicat.

Atqve hæc est ultima Templi eversio, & postrema Judæorum captivitas, qvâ extorres patria, per Orbem terrarum dispersi cernuntur: qvotidiè mundo testimonio sunt, non ob aliud eos, qvam ob illatas Christo impias manus, fuisse punitos. Nam sæpè alias cum propter pœnam captivitatibus traderentur, nunqvam tamen ultra 70. annos servitutis pœnam pependerunt. Neqve aliter ferè *Prudentius*:

Exilis vagus huc illuc fluitantibus errat
Judæus, postqvam patriâ de sede revulsus,
Supplicium pro cade luit, Christique negati

San-

Sanguine respersus commissa piacula solvit.

In ipsa Ecclesia Hæreses hoc seculo cœptæ, & postea continuatæ Christianæ religioni adversabantur. In qvibus Simon Magus omnium pater Hæreticorum: de qvo *Epiphanius* videndus *hæresi 21.* Simonis discipulus Menander, *secundam post* adventum Christi hæresin *Menandrianorum* condidit. *Epiphan. hær. 22.* Sicut *tertiam Saturnilianorum.* Saturnilius qvidam excitavit. *Epiph. hær. 24. Qvintam, Basilidianorum*, Basilides. *Id. Hær. 24. Qvintam, Nicolaitarum*, Nicolaus è numero 7. Diaconorum, postqvam diabolo se infatuandum præbuit. *Id. Hær. 25. Sextam, Gnosticorum*, idem Nicolaus. *Id. Hær. 26. Septimam Carpocraſiorum*, ex omnium priorum erroribus conflavit Carpocras qvidam. *Id. Hær. 27. Octavam Cerinthianorum* sive Merinthianorum, geminus Carpocrati Cerinthus procudit. Id. Hær. 28. *Nonam, Nazaræi* constituunt. *Id. Hær. 29. Decima Ebionæorum*, Ebionem portentum hominis autorem habuit. Hi etiam Evangelium Matthæi corruperunt: ψευδὴς πίστεις, fallasqve πράξεις Ἀποστόλων venditârunt. *Id. Hær. 30. Epiphanio* præcipuo hæresium scriptori, addendi sunt *Irenæus, Theodoretus, Philastrius. Centuriatores Magdeburgici* addunt Elimam Magum, Pseudapostolorum sectam, Antichristum.

Nam

Nam de sectis, qvas Christi adventus reperit & dissipavit, Summaritanismo, Pharisæismo, Esseismo, Saducæismo *Epiphanius ab Hæresi 9. usq; ad 20. Centurlatores*, *Drusius*, *Scaliger*, *Hottingerus egerunt*, & nos suprâ cap. 1.

De *Scriptoribus Ecclesiasticis* ad primum seculum nonnulli referunt eos, qvi ab aliis ad secundum seculum referuntur. Videatur *Bellarminus* de *Scriptoribus Ecclesiasticis*, & *Joh. Gerhardi Patrologia*, tum *Dadus Blondelli Pseudo-Isidorus*, qvi ad eruditam κρίσιν viam sternit. Adde *Horneji Histor. Ecclesiast. l. 1. c. ult.*

Blondellus etiam Episcoporum Romanorum Catalogos proponit. In qva consignatione tantus apparet dissensus, ut vix sperari possit aliqva concordia: qvamqvam de ea concinnanda denuò laboraverit *Dionysius Petavius ad Epiphan. Hær. 27.* ubi nobilis ille locus: ὡ ῥώμη δὲ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ Ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ Ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης κτλ. De primis post Petrum Episcopis etiam *Salmasius* disqvisivit in libro *de primatu Papæ*. Antiochiæ primum Episcopum ordinatum Evodium, (A. C. 44.) Hierosolymis autem, Jacobum (A. C. 33.) cui Simeon successerit, (A. C. 62.) Alexandriæ primum post Marcum, constitutum esse Annianum, (A. C. 63.) cui successerit Abilius, (A. C. 85.) Chronicon Eusebii refert. Placet autem ingenua confessio *Dionysii Petavii in Rationario Temporum*, (*par-*

(*parte 1. lib. 5. cap. 5.*) qvando ab Ann. 68. ad 96. ità annotat: *Christianæ res illius temporis haud magna in luce versantur, Scriptorum magis inopia, qvàm qvia, mandari qvod posset literis, exaret nihil. Nam neqve parva, neqve scitu indigna, credibile est Apostolos ac Christi Discipulos totô orbe gessisse. Sed pleraqve fabulis & incertis narrationibus aspersa sunt.*

An. Chr. 70. 22. Secundam persecutionem Domitianus movit. Sub Vespasiano enim & Tito pax Ecclesiæ contigerat. *Secundus post Neronem* (inqvit *Eusebius in Chron. Canon.*) *Domitianus Christianos persequitur: & sub eo Apostolus Johannes in Patmum insulam relegatus Apocalypsin vidit. Idem* ad A. C. 97. *Domitianus eos, qvi de genere David erant, interfici præcepit, ut nullus Judæorum regni reliqvus foret: & scribit Brutius, plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium: inter qvos & Flaviam Domitillam, Flavii Clementis Consulis ex sorore neptem, in Pontiam insulam relegatam, qvia se Christianam testata sit;* (add. *Scalig.*) Plura idem *Eusebius Histor. Eccl. l. 3. c. 17. & 14. Niceph. Callist. lib. 9. Cedrenus, Zonaras, Eutropius.* Initium persecutionis *Petavius*

16.

refert in An. Chr. 93. De Apocalypsi vid. quæ disputant Erasmus, Beza, aliique Commentatores, & è nostratibus D. Hos.

CAPIT. III.

SECTIO I.

De rebus Ecclesiæ Seculo secundo post Christum natum gestis.

SUMMARIA:

Fatum B. Johannis Evang. Ignatii & alior. Doctorum mentio, n. 1. *Tertia persecutio Christianorum sub Trajano*; n. 2. *Hæretici hoc tempore*, n. 3. *Rebellio Judaica*, n. 4. *Scriptores Apologetici pro Christianis*, n. 5. *Hæresiarcharum Valentini, & Marcionis dogmata*, n. 6. *Justini Martyris Scripta*, n. 7. *Pontifices Romani, & S. Polycarpi Romam iter*, n. 8. *Quarta persecutio, Martyrium Polycarpi, legionis Christiana preces miraculosæ, Scriptores Ecclesiastici*, n. 9. *Tatiani & Martiani hæreses*, n. 10. *Schisma sub Victore Papa,*

pa, ob Paschatis festum, n. 11. *Episcoporum quorundam successio*, n. 12. *Synagogæ Judaicæ*, n. 13.

I.

IN immensum excreverant Christianæ res, cùm seculum iniit alterum à Nativitate Salvatoris, rebus interim Judæorum collapsis, totoqve passim orbe, præsertim Romano, freqventes Ecclesiæ tantò lætiùs efflorverant, qvantò hinc gentes, illinc Judæi acriùs eas infestârunt. Inprimis hæc Ecclesiæ incrementa lætis respexit oculis B. Johannes Evangelista, qvi postqvam Domitiani acta, decreto Senatûs, rescissa essent, è Pathmo interim, qvô is cum relegarat, Ephesum reversus est: ubi creditur Apocalypsin, qvam habuerat in exilii loco, literis mandâsse, câqve Canonem Biblicum à se priùs recognitum obsignasse. Potitus igitur promissione Domini, [*Marc. 9. v. 1.*] qvod non esset gustaturus mortem, nisi priùs vidisset regnum Dei venicns cum potentia, fato suo functus est, nonagenario major, cum plus qvàm 60. annos Ev-

An. Chr. 101. sed secundum Calvis. 99.

Evangelium docuisset, anno seculi primo, Principatus Trajani secundo. Quam ejus longævitatem & moriendi felicitatem præmium fuisse pietatis in Matrem Domini exercitæ pleriqve Doctores interpretantur *Euseb. in Chron. & H. Eccl. 3. c. 28.* Adhuc vivere S. Johannem, & in judicii extremi tempora reservari, sunt, qui contendant: decepti falsâ interpretatione verborum Christi, *Johann. 21. v. 22.* quos refutat prolatis de ejus morte Patrum testimoniis, *Baronius ad ann. 101.*

Illi superfuerunt Discipuli, Ignatius Antiochensium, Papias Hierapolis, Polycarpus Smyrnensium Episcopi. Superfuerat è contubernio quoqve Salvatoris Simeon Cleopæ, qui & zelotes in Evangelio dicitur, Præses Ecclesiæ intra Hierosolymorum rudera, ex Hebræis collectæ, qvem annum agentem centesimum & vigesimum, Trajano adversus Christianos tertiam *A. Ch.* persecutionem movente, cruci suffixe-*107.* runt, sicut ex *Hegesippo Eusebius* memorat *l. 3. c. 29.* Inter Pauli quoque Co-

operarios Clemens Romæ, Onesimus Ephesi, Quadratus Athenis adhuc in vivis erant, tradebantqve doctrinam, quam ab Apostolis acceperant suis auditoribus pari fide, nisi quod, quæ à Papia profecta est traditio de millenaria felicitate Christianorum, in terris, parùm fidei meretur.

Horum plerique Scriptis etiam suis Ecclesiæ profuerunt, imprimis *B. Ignatius*, cujus septem Epistolarum, nimirùm ad Ephesios, Magnesianos, Trallianos, Romanos, Philadelphienses, Smyrnenses & Polycarpum, *Hieronymus in Catalogo, & Eusеb. H. E. l. 3.* meminerunt, ex qua causa pro indubitatis haberi solent, quas tamè variè etiam fuisse interpolatas, Critici fateri coguntur. Reliquis, utpote antiquitatis illo testimonio destitutis, dispar est autoritas. Inter discipulos Pauli, hoc seculo superstites, memorandò etiam esset *Dionysius*, quem vocant *Areopagitam & Parisiorum Ep.* cujus de *cœlesti & Ecclesiastica Hierarchia, de divinis idem nominibus, de mystica Theologia, libros* passim laudant Scriptores Pontificii: nisi illa omnia genius suus proderet, multò esse his temporibus recentiora. Quamobrem *Cajetani* quoqve, *Erasmi & Vallæ*, licet istarum sint partium, calculo destituuntur.

2. Ter-

2. Tertiam Christianis persecutionem moviſſe, diximus Trajanum, quâ multi paſſim per Imperium Romanum cruciatu vario perierunt. Quos inter eminet Ignatius, Antiochiâ Romam in catenis perductus, beſtiisque objectus: & Clemens miſſus in Tauricam Cherſoneſum, ibidemque à Barbaris ſuſpenſâ ad collum anchora, mari ſubmerſus. Trajanum laudabilem alioqui Principem, contra Chriſtianos ipſa religio ſtimulabat. Quantò enim in Deos ſuos erat religioſior, tantò crudeliùs in iſtos ſæviebat, impleturus nimirùm Chriſti vaticinium, quò prædixit, fore, ut, qui pios occidiſſent, putent, ſe Deo cultum aliquem gratum præſtare *Johan. 16. v. 2.* Cæterum inhibuit paulùm hanc Tyranni ſævitiam ipſa pereuntium multitudo, & metus, ne provinciæ, hominibus exhauſtæ, Barbarorum incurſionibus paterent. Cujus enim *Plinius* conſulatu functus, cùm Bithyniam provinciam adminiſtrandam ſuſcepiſſet, Chriſtianorum ibi multitudinem innumeram reperit. Princi-

Principium igitur missâ de hâc re *Epistolâ*, quid facto opus esset, consuluit, multaqve de eorum moribus & innocuo vitæ genere ad eum perscripsit: Trajanus autem, sicut perquirendos impostorum vetuit, ita pertractos ultrò ab inimicis ad tribunalia, inque suo proposito constantes, censuit puniendos: inhibitis interim fidelium sacris conventibus & coitionibus. *Plin. l. 10. Ep. 97. & seq.*

3. Neque tamen hæc sola fuit calamitas, quæ pios exercuit. Majus subinde damnum Ecclesiæ intulerunt falsi Doctores, quàm ulla Tyrannorum supplicia, ut perpetuò quasi documento nobis constet, quod externâ vi nec propagari doctrina vera possit, nec sisti: possit autem facilius interverti speciosis hæreticorum sermonibus, quales etiam hâc primâ Ecclesiæ ætate non defuêre. Nam qui superiori seculo grassari cœperunt falso titulo Nicolaitæ communionem matrimoniorum introducentes; Cerinthus item crucis Christi

Christi hostis, qui Simonem pro Christo, [quippe cujus regnum præsentis vitæ felicitate & gloria debeat æstimari] à Judæis cruci suffixum esse, docuit; Et præterea Ebion, qvi Jesu Nazareni divinitatem inficiatus est, omniaque legis veteris adhuc servanda esse censuit; quorum hæreticorum audacia ad sacra etiam volumina sese extendit, quæ rejicere, detruncare, mutare, recipere pro libitu suo consueverunt; de qua re consuli potest *Sixti Sen. B. S. l. 7.* Hi, inquam, sua diffundere venena nondum desierunt: Nicolaitæ inprimis, quorum nova à Carpocrate & Basilide propago orta, ut dictum est, Gnosticorum sese specioso nomine commendavit, quasi libertatis suæ eam scientiam habentium, de qua 1. Cor. 8, 7. scribit Apostolus: οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις. Libertate interim abutentium εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκὶ Gal. 5. v. 13. Nullaq; se nõ polluentium turpitudine, quamvis adeò fœdâ, ut gentilibus etiã pudori esset. Ex quo factum est, ut horũ scelera, libidines ac Thyestææ cœnæ Christianis omnibus imputarentur. *Irenæus l. 1. c. 1. &*

l. 3. c. 11. Euseb. l. 3. c. 23. Epiphan. Hæres. 21. Centuriatores sec. 2. c. 5. ubi satis multa de his legas licet.

A. Ch. 117. 4. Trajanus, cum annos novendecim principatum tenuisset ætatis anno 64. Selinunti in Cilicia profluvio ventris periit. Sub cujus vitæ finem Judæi per Libyam, Cyrenem, Ægyptum, Cyprum, Mesopotamiam, ducibus Andreâ & Artemione, ingentes hominum strages ediderunt, nec cæde contenti, humanis carnibus vesci cœpêre. Horum intestinis, stillante adhuc sanguine cincti, tùm pellibus obvoluti, multos per medium secuêre: plures bestiis laniandos objecére: alios inter se digladiari coëgere, ut quadringenta amplius hominum millia eo Judæorum furore interierint. Sed inulta clades non mansit. Nam Trajanus misso cum exercitu Lysia Quieto aliisque ducibus eos variè mulctavit.

Nondum tamen hic substitit ferale Judæis bellum, protractum id est in annum decimum nonum principato Adriani, qui Trajano exadoptione successerat, Christi autē centesimum trigesimum octavum, quo demū tempore domita perduelli gente, duce Julio Severo, urbs sancta demùm subversa, cætera Judæorū muniméta, castella, vici fermè mille expugnati, excisiq; Benchochabus, i. e. stellæ filius, qui se Messiã & asserторem libertatis Judæorum jactaverat, & præ-

te-

terea ad quinquies centsent millia hominũ ferro cæsa sunt, aliis qui peste fameque perierunt, incensum non relatis. Hunc stellæ filium Judæi postea Bencozba, h. e. filium mendacii cognominarunt, quod eis, falsis promissionibus, illusisset. Hostem eum habuere non Ethnici solùm, sed imprimis etiam Christiani, quos cùm ad arma sumenda contra Romanos permovere non potuisset, hostium loco habuit, ut nullo potiori indicio cognitum tandem sit, Christianos Judæorum rebus nihil commune habere, quàm horum adversus illos odiis, cùm antehac sacrorum eorundem & consiliorum participes haberentur: ex qua persuasione Imperatorem etiam graviorem aliquandiu Christiani experti sunt. Tunc verò restauratam urbem, deqve suo nomine Æliam vocatam illis inhabitandam permisit. Judæis hujus vel aspectu prohibitis: ex quo tempore Hierosolymitana Ecclesia præsides habuit non ex Hebræis amplius, uti hactenus, sed ex Gentilibus ad fidem conversos, quorum primus Marcus fuit. *Dio. Cass.* seu *Xiphilin. Euseb. H. E. l. 4. & in Chron.*

5. In persequendis Christianis Trajani vestigiis Hadrianus institerat, vel Judæorum causa, uti dictum est, vel quod illius δεισιδαιμονίαν æmulabatur. Princeps alioqui solus sibi sapere vi-

sus. Sed limites ejus sævitiæ posuit Deus, Ecclesiarum bono consulens. Nam cùm Athenas venisset Imperator, Quadratus, de quo paulò ante mentio injecta est, & Aristides Philosophus Christianus libellos pro Christiana religione à se compositos illi obtulêre; Quadratus insuper eo audiente luculentam orationem habuit. Et Serenus Granius Asiæ Præses literas miserat, quibus iniquissimum esse docebat, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem conceai, & sine ullo crimine, nominis tantùm & Sectæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus Minutio Fundano Procorsùli Asiæ, qui Granio successerat, scripsit: sine objectu criminum contra leges patratorum, Christianos non condemnandos. *Euseb. in Chron. ad ann. 130.* Epistolæ Adriani exemplum recitat *idem Hist. l. 4. c. 9.*

Fuit autem tam prompta Christianorum per id tempus ad moriendum constantia, & Christiani nominis profitendi alacritas, ut se ultrò offerrent. Et refert *Tertullianus ad Scapulam c. ult.* Antoninum, qui post Adrianum imperavit,

ravit, cum pro Consule Asiam administraret, sedentem pro tribunali, hos magno numero circumstetisse, Christi fidem palam profitentes, quibus puniendis cum ille se imparem sentiret, constantiam illorum admiratum dixisse; Restes eos & præcipitia habere, si tantopere mori concupiscerent. Ex quo intelligi potest, quæ virtutis efficacia verae fidei insit, quamq; alacres ad contemnenda pericula reddat spes vitae melioris, divinis promissionibus innixa, & penitùs animis infixa. Sed & magnis accessionibus ut Ecclesia augeretur, praeter constantiam martyrum, fecit ipsa quoque gentilium sacrorum vanitas, quam in rem suam Doctores Christiani vertebant. Nam, quod Antino eximiae formae puero, quem in deliciis habuerat Hadrianus, mortuo per id tempus, divini honores decreti sunt. Antistites Ecclesiarum illo usi exemplo, populo haud ægrè ostenderunt, quo loco apud eum reliqua gentilium numina esse deberent, quâve arte ac ratione ad libidinem Principum ea fuerint invecta. *Chronolog. Euseb. ann. 132.*

6. Profectum verbi divini ut moraretur aliquo impedimento Satanas, novos hoc tempore Hæresiarchas extulit Valentinum, cui socius Marcus, & Marcionem, cui viam paravit Cerdon.

Valentinus alium Deum creatorem mundi, alium Christi Patrem statuebat. Ipsum Christum non ex Maria Virgine, sed per ipsam, quasi canalem in hunc mundum natum esse, quippe qui carnem suam de cœlo attulerit. Rerum præterea multa principia commentus est, ad triginta usque, & è sociis ejus quidam pauciora, quidam plura, aliqui etiam infinita; quæ *Æones* vocabat. Inde causam mali deduxit, quæ rerum universitati insit, ideòque malitiam non arbitrio tribuit, sed naturæ. Perfectionem, libertatemque rerum omnium, perinde atq; Gnostici, jactabat, quare nec minus turpiter ejus asseclæ vivebant. Corporis resurrectionem inficiatus est, animam verò salvam fieri, præterquam eorũ, quos materiales vocavit, quorum ipsæ quoqve animæ cum corporibus corrumpantur: Legis atq; Prophetarum quædam probabat, quædam rejiciebat, Evangelio usus peculiari & apocryphis innumerabilibus aliis Scripturis, quibus Sectatores ejus gloriabantur. Sparsit autem venenum hoc suum non Romæ solùm, sed & in Cypro, & priusquam sub Antonino Pio Romam veniret, in Ægypto, quin & in Asia & Galliis hæc vesania locum invenit. Taceo magicas præstigias, quibus hoc genus hominum impune utebatur.

Marcion cum Valentino sensit in multis: de Christo hoc singulare sibi habuit, quod eum solam hominis formam non substantiam habuisse,

isse, nec verè passum esse, Messiam verò Judæorum, qui Rempublicam eorũ restauraturus sit, adhuc futurum esse, docuit. Dei creaturam contemsit, ideò à multis rebus abstinendum esse, quod eas impuras esse diceret. Triplex admisit Baptisma, quotupliciter lapsi possint in gratiam recipi. Scripturarum, ut cæteri omnes hæretici, peculiarem quendam delectum habuit: Legem justam quidem esse, sed minimè bonam, conjugium aversandum, & plura alia contra verum tradidit, quæ hîc omnia recensere nimis longum esset. Quorum prolixum catalogum recensent Centuriatores è suis Autoribus.

Testatur Epiphanius suo tempore adhuc Romæ & in Italia, inque AEgypto ac Palæstina, & in Arabia, in Cypro item, Syria atque Thebaide, hæresin Marcionis viguisse. Sed & inter ejus assecias plurimos martyres fuisse, scribit *Euseb. l. 5. c. 16.* Ipse & Marcion, cui Polycarpus Romæ obviam sibi facto, & quærenti, num ipsum agnosceret? agnosco, inquit, primogenitum Diaboli.

7. Sed qui etiam pessima in bonum vertit Deus, hos Satanæ conatus, ut salutares essent Ecclesiæ, effecit. Excitârunt *A. Ch.* tales adversarii marcescentem alioqui *138.* piorum virtutem, Antistitum vigilantiam, ingeniorum alacritatem, & libros pepererunt hodiernùm Ecclesiæ utiles. Floruit hoc imprimis tempore præcipuum

um lumen *Justinus*, patriâ, Samaritanus, qvi, cum Judaici belli metu Romam concessisset, illic habitu Philosophi Christum docere cœpit, cum anteà Platonem docuisset. *Duplicem* scripsit pro Christianis *Apologiam*, alteram ad Antoninum Pium, ex eo tempore satis æqvum nostræ religioni Principem, adeò, ut in favorem hujus ipse in tertio suo Consulatu scripserit communitati Asiæ, quas literas exhibet. *Euseb. lib. 4. cap. 13.* alteram ad Senatum, docens in utraqve, qvæ vita Christianorum, qvi ritus Ecclesiæ, & quæ dogmata essent, quodqve nihil minus, quàm Christiani sint, quamvis id lingvâ profiteantur, si qvi aliter vivunt, aut credunt: quas sui seculi Sectas genuinis illic nominibus recenset.

Supersit & ejus *Dialogus cum Tryphone* Judæo, Ephesi habitus, & *ad gentes Paræneticæ oratio*. Nam cætera sub ejus nomine venditata Scripta, *Quæstiones* puta gentibus & Christianis invicem positæ, *refutatio dogmatum quorundã Aristotelis*, *Liber de Monarchia*, *Epistola ad Zenam & Serenum*, paucorum judicio Justini esse putantur, vel quod eos non citant antiqui Patres, vel quod stylo Justini eorum dictio, & res ipsæ tempori non conveniunt. Quod verò

idem

idem volumina adornaverit adversus Marcionem, & contra omnes suæ ætatis hæreses, ejus rei partim, *Euseb. l. 4. c. 1. 8.* & *Hieron. in Catalogo*, partim ipsemet in Apologia ad Anton. testis est: qui tamen non amplius habentur. Gravem expertus est adversarium Crescentem Philosophum Cynicum, à quo tandem læsæ religionis accusatus, martyrio vitam finiit Romæ, Anno Chr. 154. Principatûs Antonini Pii decimo quarto, ut est apud *Eusebium in Chron. Baron.* refert in Ann. 164. qui ille est Annus 2. M. Antonini & L. Veri.

Hegesippum in Ecclesiasticis Scriptoribus hujo ævi laudat idem *Euseb. l. 4. c. 20. seq.* & meminit ejusdem *Hieronim in Catal.* Sed quos Historiarum libros quinqve de rebus Judaicis hodiè tanquã ab ipso scriptos, legimus, non sunt illi Commentarii, in qvibus plenissimam sententiæ suæ memoriam post se reliquit, sicut citato loco Eusebius loqvitur.

§. Romam hoc tempore profectus est Hege- *A. Ch.* sippus, ex Judæo Christianus factus, unà cum *165.* Polycarpo, ex tali causa: Mutaverant quaedam in ritibo Romani Antistites, praesertim circa jejunia, Sabbathum & Pascha, contigit ista mutatio sub Adriano, fortè quod is Judaeis infensus erat, ne similitudine rituum pro cognatis eorum Christiani haberentur. Sixtus tunc praefuit

fuit Ecclesiae, qui Successores habuit, Telesphorum, Hyginum, Pium, Anicetum. Hic non contentus Romae mutationem illam locum habere, Asianis etiam per literas eam obtrudere conatus est. Quam ob causam magna Laodiceae quaestio mota est de Sabbatho, ut Melito loquitur: & Polycarpus, sicut praediximus, Romam cum Hegesippo contendit: ubi collocutus cum Aniceto, permovere illum non potuit, ut cederet, Praedecessorum suorum morem allegantem, quamvis ipse B. Johannis & aliorum Apostolorum traditione niteretur: discesserunt tamen amicè, neque inter se communicare destiterunt: quod enim ex hac mutatione schisma posteà enatum est, de eo mox dicturi sumus. *Euseb. l. 5. c. 23. Ex Irenæo & Melitone.*

Quos suos in Episcopatu Antecessores Anicetus laudavit, ordine retrogrado Euseb. c. 1. recenset, Pium, Hyginum, Telesphorum, Sixtum; in quo subsistit non nominatis iis, qui ante Sixtum fuêre, Alexandro, Evaristo, Clemente, Lino, nedum Paulo & Petro; quorum Apostolorum in controversia de Paschate traditio; à seculi quarti Scriptoribus & deinceps allegari consuevit, ut paria essent nomina, quæ Asianis opponerent Johanne & Philippo gloriantibus.

Sunt praeter constitutionem de Paschate non nisi die Dominico celebrando, quae rectè asseritur huic tempori, quaedam adhuc alia horum Episcoporum decreta, pro quibus Pontificii Scriptores depugnare solent, nimirùm de *lustrali aqua, jejunio quadragesimali*, (quae tamen ipsa

ipsa Apostolorum quoque traditioni accepta deberi contendit *Baronius*) *titulis presbyterorum Chrismate*, &c. Verùm ejus generis hæc sunt, ut nec tempori convenire, nec Scriptoribus ejo seculi nota esse deprehendantur. Quod ipsum de plerisq; *Canonibus Apostolorum* & *eorundem constitutionibus*, quarum octo libros *Clementem* collegisse ferunt, cordati judicant, has solas Apostolis constitutiones indubitatò asserentes, quas in eorum Scriptis Canonicis universa Ecclesia meritò veneratur.

9. Antonino Pio, Imperatore Augusto, anno Domini, [secundum Calvis. 161. secundùm alios 163.] Imperii sui vigesimo tertio vita functo, successerunt M. Antoninus Philosophus & L. Aurelius Verus æquo jure imperium administrantes, sub quorum Principatu, eò, quod pestilentia ingens terrarum Orbem depopulabatur, & hinc Parthi Rege Volojelo, illinc Marcomanni & Quadi, Romanis provinciis graves erant, & gentilium sacrorum mystæ culpam in Christianos, hominum genus Diis invisum, referrent, de novo *Persecutio*, quam *Quartam* numerant, recruduit. In Asia præsertim & apud

A.Ch. 167. apud Gallias, quam satis prolixè describit *Euseb. lib. 5. cap. 1.* dignus qvi legatur. Tunc Smyrnensis Ecclesiæ columen Polycarpus inter tot procellas hactenus servatus, cum pluribus aliis, martyrii coronam reportavit. Veruntamen piorum à tot calumniis innocentiam hoc tempore illustri aliquo documento, Deus ipse vindicavit; & qvam non damnosi illi Reip. sed maximopere proficui sint, qvippe quorum causâ salutem, victorias, pacem totis imperiis condonare velit, manibus quasi palpandum dedit. Cùm ad preces Christianorum militum in expeditione contra Marcomannos, exercitu difficultate locorum impedito, & jam multos dies cùm siti pariter & hostibus conflictante, non solùm largam de cœlo pluviam misit, sed in hostes etiam fulmina & fulgura detorsit, quibus illi territi egregiam Romanis victoriam concesserunt. *Tertullian. in Apolog.* & *ad Scapulam Euseb. lib. 5. cap. 5.* memineruntur hujus rei etiam *Dio* & *Capitolin.* in *M. Aurel. Ant.* sed eventum aliis qvi-

A.Ch. 174.

qvibusvis causis adscribunt. Extant, inqvit *Euseb. in Chr. ad ann. 179.* literæ M. Aurelii gravissimi Imperatoris, qvibus illam Germanicam sitim, Christianorum militum precationibus impetrato imbre, discussam contestatur.

Scripserunt pro Christianis h.t. *Melito Sardiensis* & *Apollinaris Hierapolitanus* Episcopi, suosqve libellos Impp. obtulerunt. Accessit his *Athenagoras* Philosophus ad Imp. Antoninum, & filium ejus Commodum *Apologia, liber* item *de Resurrectione*, hodieq; supersest. Istorum verò non extant Scripta, qvæ *Eusebius* recensetl. 5. c. 25. & *seq.*

Ubi qvædam *Melitonis* fragmenta, interq; ea librorum Veteris Testamenti catalogum posteritati conservavit. Qvem eundem sacrorum librorum Canonem nostræ etiam agnoscunt Ecclesiæ. Nam qvod in eo Salomoni adscribantur παροιμίαι ἡ σοφία, qvod *Russinus* hic vertit, *Proverbia qvæ & Sapientia*, id per appositionem dictum esse, neq; illum, qvi Apocryphus est *Sapientiæ* libru intelligi, idoneis contra Pontificios argumentis demonstrat *D. Gerhardus in Exeg. loc. de S. Scriptura* §. 213.

Præter hos, qvos memoravimus, Ecclesiasticos Scriptores, commemorandi qvoqve sunt *Dionysius* Corinthiorum, *Philippus* Gortynæ Epp. & *Bardesanes* Syrus Valentinianis pridem addictus, sed postmodum illis adversarius, cujus de *Fato* fragmentum *Præpar. Evang. l. 6, c. 10 Eusebius* exhibet, ceterorum nihil supersest.

Irenæi verò lucubrationes qvædam adhuc extant, sed latinè qvidem versæ satis mendosè,

de qvibus tamen an græcè initio conscriptæ fuerint, frustra dubitari putamus: *Libri* nimirum, *qvinqve Gnosticis & Valentinianis oppositi*: tùm alia qvædam, de qvibus vid. *Patrologia Gerhardi*. Ejus magna fuit omni tempore autoritas, qvod tertio tantùm gradu ab Apostolis abesset. Nam Polycarpum, qvi Johannis auditor fuit, doctorem habuit, à qvo in Gallias missus est, ut Lugdunensium Ecclesiæ in locum Photini, qvi pro fide occubuerat, præesset. Extant etiam, qvos *Theophilus Antiochenus ad Antolycum* scripsit libros, doctrinæ ejus & pietatis testes, qvibus cum *Allegoriarum in Evangelia bri* ratione stili, non conveniant, neqve inter ejus Scripta ab Eusebio numerentur, qvi alia qvædam, qvæ interciderunt, eidem attribuit, haud injuria dubitatur, an illum Autorem habeant. *H.E. l. 5. c. 22. 23. 24. 25.*

An. Chr. 180. 10. Anno à Nativitate Salvatoris 180. ad 183. Commodus solus imperare cœpit, defuncto patre in expeditione Germanica: Princeps in ceteros sævus, Ecclesiæ satis commodus: qvod qvidam acceptum referendum esse putant Mariæ, ejus concubinæ, Christianis addictæ. Cessabat igitur persecutio: sed non ideò hostes alii, hæretici imprimis, qvi novi indies subnascebantur

bantur. Tatianus *Encratitas*, Montanus eos peperit, qvi *Cataphryges* dicti sunt.

Erat qvidem Tatianus Justini auditor, dumqve is vixit, nihil docuit à fide alienum : sed eo sublato à vivis, hæresin suam disseminare cœpit, Marco adhuc imperante. Æones, & legis contemtum, qvasi ab alio, qvàm bono Deo, profectæ, à Valentinianis mutuatus est : à Gnosticis & Marcione, ut damnaret conjugium: qvanqvam illis castior esset. Carne præterea & vino omnibus interdixit, tanqvam rebus impuris, à qvibus abstinendum sit, unde suis Eucratitarum, i. e. temperantium speciosum nomen tribuebat. Scripturis utriusqve fœderis usus, præterqvam Pauli Epistolis, Actisq; Apostolorum. Evangelia tamen qvatuor in unum redegit, qvod *Diatessaron* vocavit, sublatis iis, qvæ displicebant. Cujus generis erant Genealogiæ Christi & similia, qvæ restituit posteà *Ammonius Alexandrinus*, & ex eo librum fecit Ecclesiæ utilem, indito nomine *Harmoniæ*. Roma profectus in Orientem, potissimùm in Syria, Syrus ipse natione, Cilicia ac Pisidia dogma suum propagare instituit. Scripsit multa eruditè, inter qvæ est *liber contra gentes*, qvem non adeò pridem iterum repertum, pro genuino *Bellarminus* agnoscit *l. de Script. Eccles.* Propago qvædam Encratitarum fuêre *Severiani* & Seve-

ro sic dicti, reliqvis per omnia similes. Nec non *Hydroparastatæ*, qvorum mos erat in sacrâ Cœna loco vini aqvam sumere. *Irenæus lib. 3. c. 39. Clemens Alex. lib. 3. Strom. per tot. Philastrius, Epiphanius, Theodoret.*

Verùm, qvod ad *Montanum* spectat, fuisse illum Evnuchum tradunt, seqve paracletum à Christo Ecclesiæ promissum venditâsse, & futura prædixisse, non ipsum tantùm, sed & prophetidas, qvas secum habuit, Priscillam & Maximillam: secundas damnâsse nuptias & fugam in persecutione, qvam ipse Salvator, *Matth. 10. v. 20.* non solum non prohibuit, sed imperavit: jejunia crebra cum necessitatis damnosâ opinione sanciviſse, seq; ipsis Apostolis prætuliſse; qvippe qvi fateantur, se ex parte prophetare, & ex parte scire. *1. Cor. 13.* cum in se plura dixerit Paracletus, & meliora etiam, qvàm Christus in Evangelio. Ejus asseclæ *Cataphryges & Pepuziani* dicti sunt, qvoniam in Phrygiæ vico Pepuza plerumq; Montanus agere consvevit, qvem vicum Hierosolyma nominabat. Cetera perhibetur orthodoxus fuisse: ejus verò qvosdam socios, Theodosum, Alcibiadem, Themistona, Patroclum, Artemona, Alexandrum & Æschinem, separatas de DEO & Christo constat opiniones habuisse. Adeò verò dono Prophetiæ, qvo gloriabatur, & singularis opinione severitatis, promtitudine item mar-

martyrium subeundi multorum hæc secta oculos præstrinxit, ut magnum illud Ecclesiæ Lumen *Tertullianus* hîc se capi qvoqve passus sit. Qvod dudum antea prænonuit Servator, *venturos*, inqviens, *Prophetas falsos eo sanctitatis & miraculorum splendore coruscantes, ut seductum iri in errorem vel ipsos electos, verendum sit; si tamen id fieri possit.* Horum nimirum caussa, subinde Deus idoneos doctores instruxit, qvi conatibus horum hæreticorum masculè obviam iverunt, deqve illis claras victorias reportârunt, inter qvos est *Apollinarius*, de qvo meminimus, *Mitiades* qvoqve & *Apollonius* & *Serapion Antiochenus Episc.* qvorum qvidem integri Commentarii ad nos non pervenerunt, fragmenta autem qvædam, qvæ huc spectant, ab *Eusebio* vindicata supersunt. *lib. 5. cap. 14. 15. 16. 17.*

11. Sub finem hujus seculi, cùm sub Commodo pace Ecclesia frueretur, eò, qvod delatores Christianorum lata ab Imperatore lex non sinebat vivere, [qvanqvam & accusatos semel Christianos propter antiqvas leges dimittere non licebat] funestum interim schisma Doctores exercuit. Mortuo enim pridem Aniceto urbis Episcopo, successerat Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Afer natione, qvi mo-

An. Chr. 196.

motam olim qvæstionem *de Paschate*, [qvod Romani non nisi Dominico die celebrari oportere contendebant, multi contrà in Oriente qvotannis cum Judæis decima qvarta Lunà post vernum æqvinoctium, in qvamcunqve forte hebdomadis diem incideret, agebant] magno iterum conatu movere cœpit.

Egit autem cum Theophilo Cæsareæ Episcopo, qvi tùm fortè Romæ fuit, ut coactâ suæ provinciæ Synodo, idem, qvod Romani facerent, servandum decerneret. Scripsit etiam ad Narcissum Hierosolymitanæ Ecclesiæ; Palmam, Ponti; Bancyllum, Corinthi; Irenæum, Lugdunensium Episcopos: qvi omnes congregatis suo qvisqve loco Presbyterorum conciliis cum Romanis in eundem morem consenserunt, & qvid decreverint, missis Synodalibus literis, Victori significârunt. Tot Ecclesiarum consensu ille animosior factus, ad omnes passim Ecclesias illa decreta transmisit. Fuit tùm in Asia Polycrates Ephesi Episcopus, qvi acceptis ejuscemodi mandatis, Synodoqve Coëpiscoporum habitâ, non sibi decedendum à prisca Paschatis consvetudine putavit. Victoriqve rescripsit, servaturum esse cum ceteris, qvi in Asia sunt, magno numero Episcopis, maiorum suo-

rum

rum traditionem, nec ad ullius mandata aut minas ab ea discessurum. Literarum fragmentum recitat *Euseb. lib. 5. c. 24.* Quod responsum adeò impatienter Victor tulit, ut Polycratem cum suis damnatum Ecclesiæ communione ejecerit. Non probabant hanc vehementiam etiam illi, qui cum Victore alioqui sentiebant, Irenæus imprimis, qui ob importunam hanc excommunicationem gravissima Epistola eum objurgat, apud *Euseb. lib. 5. cap. 24.* Ubi *Spondanus ad Ann. 198.* fateri quidem cogitur, durum & violentum multis visum esse hoc remedium, sed perneccessarium fuisse, contendit: Et quanquam de rectitudine facti Victoris plurimi dubitaverint, tamen de potestate ne minimum quidem ab aliquo, non modò Catholicorum, sed nec Schismaticorum, controversum reperiri. At longè aliud apparet, cùm ex Eusebii narratione, tùm ex *Epistolis Irenæi* & *Polycratis*, omnino *cit. loc.* legendis.

Nam quæ porrò è literis Victoris, pro Romani Pontificis in reliquas Ecclesias potestate afferri solent, cum supposititicæ illæ sint, sicut post *Centuriatores Magdeb.* amplius ostendit *contra Turrianum David Blondellus in Pseudo-Isidoro, Annot. ad illam Epist.* pro ista adsumenda prorsus nihil militant. Ceterum hâc suâ Victor vehementiâ efficere tamen haud potuit, ut à sententia discederent Asiani.

Adhuc diu enim manſit in celebrando Paſchate Eccleſiarum diverſitas, donec imperatoriis legibus per Conſtantinum Synodiqve Nicenæ decreta inter Romani fines Imperii ſublata eſt, ut narrat *Theodoret. H. E. libr. 1. cap. 10.* exhibens Epiſtolam Conſtantini ad Orientis Epiſcopos, qvi Concilio non intererant, Miſſam, cui omnes morigeri fuerint præter Monachorum qvædam agmina per Ægyptum, ritus Judaici tenaciorum. Addit tamen *Athanaſius de Synod. Nic.* Syros qvoqve, Cilices & Meſopotamios, qvi in ſententia adhuc diu poſt perſtiterint.

12. Fuere hoc ſeculo, in cujus nunc calce verſamur, *Hieroſolymitanæ ſedis Epiſcopi*, ex Hebræis qvidem, de qvo jam diximus, *Simeon* proximus à *Jacobo*, qvi primus Eccleſiæ præfuit, cui ſucceſſit *Juſtus*, Juſto *Zacchæus*, poſt qvem fuit *Tobias*, qvi Succeſſorem habuit *Benjaminum*, Benjamin *Johannem*, & hic *Matthiam*, in ejus locum conſtituitur *Philippus*, Philippi loco *Seneca*, qvem excepit *Juſtus*, & hunc *Levi*, poſt qvem fuit *Ephres*, poſt qvem *Joſes*, & poſtremus Hebræorum *Judas*, ordine decimus qvintus. A qvo deinceps ex gentibus Epiſcoparum tenuerunt decimus ſextus *Marcus*. XVII. *Caſſianus*. XIIX. *Publicus*, XIX. *Maximus*. XX. *Julianus*. XXI. *Gajanus*. XXII. *Symmachus*. XXIII. *Cajus*. XXIV. *Julianus*. XXV. *Capito*. XXVI. *Maximus*. XXVII. *Antoninus*. XXIIX. *Valens* XXIX. *Dulychianus*. XXX. *Narciſſus*, Epiſcopatu ſponte ſe abdicans. XXXI. *Dius*. XXXII. *Germanio*. XXXIII. *Gordius*. XXXIV. *Narciſſus*

sus, qvi, juxta *Eusebium in Chron.* ex qvo rediit ad pristinum munus, præfuit solus, ad annum usq; 214. postea collegam nactus Alexandrum, de qvo suo loco.

Post Ignatium in sede *Antiochena* fuit *Hero*, tertius ordine Episcopus, post *Heronem* IV. *Cornelius*. V. VI. *Theophilus*. VII. *Maximinus*; post qvem fuit IIX. *Serapion*; pauci numero, si cum Hierosolymitanis comparentur, qvod indicio est, Judæorum pariter & gentium gravissimis odiis Hierosolymitanam Ecclesiam plus qvàm reliqvas fuisse obnoxiam. In *Alexandria* qvoqve Ægypti, post *Annianum* & *Albinum*, qvi primo seculo Ecclesiam rexerunt, tertius successit *Cerdo*, post qvem ordinatur IV. nomine *Primus*. V. *Justus*. VI. *Eumenes*. VII. *Marcus*, qvem secutus est IIX. *Celadio*. IX. *Agrippinus*, hunc X. *Julianus*; post qvem fuit XI. *Demetrius* qvadraginta qvatuor annos Episcopatu potitus, *Eusebius in Chr.* Qvæ præterea tota Orbe per hoc seculum Ecclesiæ floruerint, enucleatè referunt *Magdeburgens. cap. 2.* qvod est *de loco Ecclesia Dei*.

13. *Judæorum Synagoga*, cum graviter esset afflicta priore gentis excidio, reliqvos tamen Doctores aliqvos, partim Jasniæ, partim in Tiberiade habuit. Illic Rabban *Jochanan* filius Zacchæi, qvi è ruinis Hierosolymorum, evadens eò pervenerat, Scholam erexit. Huc Synedrii magni judices concesserunt, decima Synedrii translatione, ut Judæi numerant. Sub Adriano verò pene internecione delata est. Cum præcipui Doctores secuti Barcochabum in Bittherensis urbis expugnatione sunt interfecti. E qvibus *R. Aqvilam* adeò dementaverat filius ille stellæ, ut pro armigero ejus se gerere, ipsum non puderet. Numerantur decem Haruge Malcuth, i. e. interfecti Regni, omnes Scholæ principes, qvos ordine recensei *R. David. Ganz. part. 1. p. 40.* Cum itaqve verendum esset, ne traditiones παραδόσεις, Judæis inter gentes hinc inde dispersis, prorsus interirent,

reliqvorum opera potissimùm occupata fuit in vindicandis seu conscribendis δευτερώσεσι, qvæ hinc inde sine ordine hucusq; erant dispersæ. *Rabbi Juda* laudatur, qvi Antecessorum suorum placita in Aphorismos qvosdam redegit, qvibus deinde omnes Judæi communis legis autoritatem tribuerunt.

Qvâ Mischnarum Thalmudicarum initia, in hoc tempus referenda sunt, cum operis complementum alii debeatur. Pluribus hæc exsequentem vide *Cl. Hottingerum Histor. Ecclesiastic. c. 2. Sectione 3.*

Penitùs igitur deleta hoc seculo est, non solùm Respublica Judæorum, sed & Sacerdotii omnes reliqviæ. Atqve hic est primus hostis in terris, qvem debellavit, calcibus suis JESUS CHRISTUS, Regnator cœli & terræ. Mox devictum triumphatumqve paganismum, eo, qvod nunc ordimur seculo & deinceps, visuri sumus.

CAPIT. III.

SECTIO II.

Complectens res Ecclesiasticas: seculi III. & proximâ secuta usqve ad tempora Constantini Magni.

SUMMARIA:

Status Ecclesiæ sub Severo, & persecutio qvinta, n. 1. *Clemens & Tertullianus, Origenes, aliiqve Ecclesiæ Doctores*, n. 2. *Versiones Biblicæ edi-*

editæ ab Origine, n. 3. *Controversia Arabum & alia Origeni attributa*, n. 4. *Sexta persecutio sub Maximino*, n. 5. *Hæreses Berylli & Helxaitorum*, n. 6. *Schisma Romanorum Pontificum, & in Africa*, n. 7. *Septima persecutio sub Decio, nomina Libellaticorum*, n. 18. *Quæstio de pœnitentia lapsorum, & Schisma Novati*, n. 9. *Cypriani Scripta*, n. 10. *Sabellii Pauli & Samosateni hæreses*, n. 11. *Item Nepotis & Manetis*, n. 12. *Persecutio octava sub Valeriano*, n. 13. *Nona sub Aureliano*, n. 14. *Doctores Ecclesiæ*, n. 15. n. 16. *Res Judæorum*, n. 17. *Decima persecutio sub Diocletiano*, n. 18. 19.

I.

HAlcyonia, qvibus sub Commodo, Pertinace, Juliano, & per octennium Severi, gavisa est Ecclesia Dei, non parùm ad ejus incrementa contulerunt, cum universi cœtus & domus totæ passim in maximis urbibus ad fidem accederent: & à Christianis omnia ubiqve, urbes, insulæ, castella, municipia, castra ipsa, tribus, decuriæ, Palatium, Senatus, forum implerentur: Christi regno longè latius diffuso, por-

rectoqve qvàm Romanum patebat Impe-
An. Chr. rium, sicut in *Apol. Tertullianus* testis est.
192. Commodo enim tempestivè è medio sublato, [qvod *Clemens lib. 1. Stromat.* contigisse ait ànno Christi 194. à verò qvippe tempore nativitatis numerum annorum iniens] consensu Senatus & Prætorianorum militum successerat Pertinax, trimestris Imperator, cumqve Didius Julianus Imperium mercatus ingenti summa, exceperat, cum interim Pannonicæ Legiones Septimum Severum, Britannicæ Clodium Albinum, Syriacæ Pescennium Nigrum Imperatores dicunt. At Severus, cujus jussu mox à Prætorianis sexagesimo sexto imperii sui die Julianus cæsus est, Clodium Albinum conditionibus primùm, dein bello, Nigrum victricibus armis summovit: Ecclesiæ verò pacem dedit, cùm neminem inter Christianos reperiret civilis belli participem, sicut Autor est *Tertullianus in Apologet. & ad Scapul. c. 4.*

Memorem etiam fuisse Severum testatus, qvod à Christiano qvodam, nomine Proculo procuratore Evadi, qvi fuit educator Antonini Ca-

racallæ, cum graviter aliqvando ægrotaret, oleo unctus, curatusqve fuerit. Qvam ob causam ipse non rarò Christianos testimonio suo exornatos defenderit adversus furentem populum. Veruntamen hoc serenum paulò post atrâ tempestate mutatum est.

Et primo qvidem, auso proprio nonnulli provinciarum Præsides, Christianos supplicio affecerunt, non qvidem professionis suæ reos, sed prætextu rebellionis, qvod jurare nollent per genium vel fortunam Cæsaris, ad qvæ juramenta illos adegerunt, non alia ex causa, qvam ne contra innocentes sæviendi occasio deesset. Saturnius Africæ Proconsul & Successor ejus Scapula inter præcipuos memorantur, nec non ipse Plautianus, qvi primus omnium, cum Severus in Oriente bello Adeabenico & Parthico fungeretur, autoritate Imperatoris, cujus locum implebat, Christianos Romæ vexare cœpit. Qvæ *Tertulliano* fuit occasio *Apologeticum* conscribendi, qvod adhuc inter ejus opera extat, *inscriptum Antistitibus Romani Imperii*: & mox cum Carthaginem iterum concessisset, *Commenta-*

tariumad Scapulam ; in qvo utroqve scripto pleraqve comprehensa sunt , qvæ ad notitiam hujus calamitatis Christianorum faciunt. Anno demum decimo sui Principatûs , qvi est CHRISTI ducentesimus secundus , cùm in Syriam ex Parthia victor rediisset Severus, & Samaritanos tumultuantes reperisset , edictum de persequendis Christianis dedit , vetuitqve qvenqvam circumcidi. *Euseb. in Chr. & H. lib. 6. c. 1. seq.* Verba edicti fuerunt : *Ut Præfecti provinciarum animadverterent in eos , qvi illicitos conventus habuissent.* Qvam communem toto Romano Imper. Christianorum persecutionem *Orosius lib. 7. cap. 17.* Qvintam , *Sulpitius Sev. H. l. 2.* Sextam vocat : qvod nimirùm hic persecutionem Adriani seorsim numerat , qvam tanqvam isti continuam , qvæ sub Trajano Ecclesias afflixit , alii omittunt. Adeò verò gravem hanc fuisse scribit *Eusebius* , atqve adeò pios ea fuisse conturbatos , ut jam omnes existimarent Antichristum adesse. Occiderunt igitur hâc tempestate propter confessio-

An. Chr. 202.

sionem fidei, cum alibi passim, tum inprimis Alexandriæ, præsente Severo, multitudo ingens, variis affecta supplicüs, inter qvos Leonides Originis pater, & è discipulis ejus plures, qvin & Philippus ipse præfect9 Augustalis per Ægyptum. *Euseb. lib. 6. c. 2. 4. 6. 7.* Romæ etiam Victor priore anno, & Lugduni Irenæus, non sine cruciatu occubuerunt: multos præterea ad carceres, nec pauciores ad metella damnatos, castissimas etiam Matronas leonibus traditas esse, conqveritur *Tertullianus in Apolog.* Paulatim tamen remisit calamitas, postqvam Plautinus urbis Præfectus, juratusqve Christiani nominis hostis, interfectus est jussu Caracallæ, cui filiam desponderat, additâ dote, qvæ vel qvinqvaginta Reginis satis esset, *Dio.*

2. Sub finem prioris & initia Seculi hujus, celebres Ecclesia Doctores habuit *Clementem* & *Tertullianum*, qvorum jam facta mentio est.

Clemens patria Athenensis, Alexandrini tamen cognomen tulit, qvod Alexandriæ plurimo vitæ tempore Catechetam egisset. Pan-

tæ-

tæno Stoico primùm Philosopho, mox Christianæ fidei disertissimo propugnatori, qvi progagandæ religionis studio ad Indos profectus erat, in Schola Successor datus Præceptori discipulus. Multa scripsit, qvorum faciunt mentionem *Eusebius libr. 6. cap. 13. & Hieronym. de Script. Eccles.* inter qvæ præcipuum locum obtinent *Stromatum libri 8.* adhuc superstites, rerum atqve eruditionis multiplici varietate conspicui. Supersunt etiam *Pædagogi libri tres* & *Protrepticon ad gentes.* Cetera ætatem non sustinuerunt. Qvamvis enim *Scholia in Ep. Canonicos à Marino Bigneo* eidem adscribantur, qva exhibentur in *Bibliotheca Patrum*: nemo tamen alius præter hanc Clementi ea indubitatò tribuit; utut Veteres talis scripti ejus meminerint. *Tertullianum* fuisse natione Afrum, patria Carthaginensem, Centurione proconsulari natum, *Hieronymus in Catalog. Script. Eccles.* affirmat, eundemqve omnium scientiarum peritissimum, interqve Latinos Ecclesiæ Scriptores facilè suo tempore principem fuisse, tot ejus eruditissimæ lucubrationes facilè convincunt. Is cum ad mediam usqve ætatem Presbyter Ecclesiæ Romanæ fuisset, invidia postmodum & contumeliis Romani Cleri ad Montani dogma dilapsus est. eodem *Hieronymo* teste, qvod *Spondanus* ad ann. 201. n. 4. duro hominis & austero ingenio acceptum ferre ma-

vult,

vult, qvo factum sit, ut, qvæ de Continentia, jejuniis, disciplina, martyrio, Proclus qvidam, Montani Sectator, (cetera moderatior, qvàm reliqvi ejus Sectæ propugnatores esse consveverunt) facundè differebat, facilè apud ejus animum locum invenerint. Ex eo itaqve tempore Roma facessens, in patriam se contulit, multa etiam post discessionem ab Ecclesia scribens, qvæ contra Ecclesiam scripta non sunt, in qvibus tamen *novæ Prophetiæ* aliqvando meminit.

Qvæ verò adversus Orthodoxiam ex professo texuit volumina, sunt ista: *De pudicitia, Exhortatio ad castitatem, de Persecutione, de Jejuniis, de Monogamia.* At verò libros *de Patientia, de Carne Christi, de Resurrectione, de Præscriptionibus adversus hæreticos, adversus Judæos*, qvinq; *libb. adversus Marcionem, librum adversus Valentinianos, adversus Hermogenem, adversus Praxeã de corona militis, ad Martyres, de Velandis Virginibus, de habitu muliebri, de cultu feminarum, ad uxorem, ad Scapulam, de testimonio animæ, de pallio, de Idololatria, de Baptismo, Scorpiacũ contra Gnosticos, de Oratione, de Spectaculis, & Apologeticum*, hos, inqvam, libros neqve hæresis diffamavit, neq; dubitatio Doctorum suspectos fecit, qvod de qvibusdam aliis eidem tribui solitis voluminibus factum est, ut sunt: *Liber de pœnitentia*, qvem ob diversam phrasin *Erasmus* cum *Rhenano* suspectum habet, qvod idem de *Epistola, qvæ est de cibis Judaicis*, judicant cùm hi, tùm ceteri omnes. *Librum* verò *de Trinitate*, ut multa alia, sic vel maximè Sabelliani dogmatis mentio, arguunt esse, Tertulliano recentiorem. Notat *Hieronymus*, eum vixisse usqve ad decrepitam senectutem, annum circiter Christi 216. qvid illi post contigerit, ferè nescitur.

Qvod indicavimus, *Sabellio* vetustiorem Tertullianum fuisse, accipiendum est de homine, non de dogmate. Apparet enim vel ex ipsis Tertulliani voluminib9, qvæ adversus Praxeam & Hermogenem scripsit, hosce hæreticos ipsius ætate Romæ, atqve in Africa idem planè dogma dissemināsse, qvod Noetus, postea & Sabellius circa Pentapolin & Ptolemaida de una tantùm in divinis persona, unde Monarchici & Patropassiani nominati sunt, eò, qvod Patri omnia, ista tribuere cogerentur, vi illationis, qvæ de filio fide Christiana confitemur, natum scilicet, passum, mortuum & sepultum esse. Adjunxit *Hermogenes* errorem de materia Deo coæva, unde factum sit, ut cum bona Deus produceret, ob materiæ conditionem, mala etiam naturæ qvâdam necessitate adnata sint: qvod apud *Gellium* Chrysippus appellat κατ' ἐπακολούθησιν. Non aliter ipse qvoqve Philosophatus est, *Materiarius* ob hoc *Tertulliano* vocatus *loc. citat.* confer *librum de præscriptionibus adv. Hæret.* item *Philastrium & Augustinum.*

Non omittendi sunt inter Ecclesiasticos ætatis hujus scriptores *Julius Africanus*, cujus *Liber de Temporibus ab Origine mundi usqve ad Principatum Macrini* hodiè non extat: fragmenta tamen qvædam ab *Eusebio in Libb. de Præparat. Evangel.* servata supersunt, & *Epistola de Susannæ historia*, *in secundo Tomo Operum Ori-*

Origenis : *Minutius Felix*, Causidicus fori Romani, qvi Dialogum edidit *Octavii* nomine inscriptum, sustinentis personam Christiani, cum Cæcilio pagani personam dederit. Hunc Arnobii libris olim accensitum, eoqve septem ejus Commentariis adversus gentes octavo loco adjici hodieqve solitum, *Hieronymus* Minutio vindicat : *Ammonius Alexandrinus* Origenis in Philosophia Doctor, de cujus *Monotessaro* sive *Harmonia*, qvæ exhibetur *in Bibliotheca Patrum Tom. 7.* jam suprà meminimus. Hic Plotinum totos duodecim annos auditorem habuit, ut scribit *Porphyrius in Vita Plotini* : qvod verò idem nugatur, ad gentiles iterum Ammonium defeciſſe, refellitur ab *Eusebio H. E. lib. 6. c. 9.* *Hippolytus* Episcop. Portuensis & Martyr, Clementis auditor, cujus, qvæ fuerint monumenta, recensetur *idem l. cap. 22.* fortasse tamen nihil eorum ad nos pervenit : nam qvæ extant apud *Canisium Tom. 5. antiqvæ lectionis*, nec non *in Bibliotheca Patrum*, tàm frivola sunt, & fabulis plena, ut meritò indigna judicet *Casaub. Exerc. 1. adv. Baron. cap. 17.* qvæ tàm gravi viro adscribantur : *Origenes Adamantius*, vir elogiis pariter & vituperiis inter doctos notissimus ; qvorum illa exhibet *Sixt. Sen. Bibl. S. l. 4. de Origene. Hæc Bellarm. l. de Script. Eccl.* Patrem Leonidem, Nutritium Ambrosium qvendam Alexandrinum, Præceptores Clementem & Amo-

monium habuit. Anno ætatis decimo octavo Alexandriæ, qvæ illi patria fuit, aperit ludum: Catechetam agit: Presbyteri gradum Cæsareæ nancisçitur: seipsum evirat, ne suspicionibus locum relinqvat: Martyrii adeò cupidus, ut se Christianum ultrò profiteretur, qvo tempore pater ejus pro fide occubuit, nisi subtractione vestium à matre esset retentus: Martyrum hortator assiduus: ingenio atqve eruditione gentilibus æqvè ac Christianis admirabilis: de qvo verè dictum est, neminem esse meliorem, ubi Orthodoxus; sed nec pejorem qvenqvam, ubi errat. Librorum infinitorum autor fuit, qvorum, qvin supersunt, *Tomis duobus* comprehenduntur. Vitam ejus prolixè satis ex *Eusebio & Svida* recensent *Magdeb. Cent. 3. c. 10.* qvam ad Decii Principatum produxisse constat, vincula qvippe & carcerem variaq; tormenta hinc passus, judice cavente, ne tamen illum occideret.

Scripta verò variè contaminata sunt. Namqve ea partim *Ruffinus* interpres interpolavit, partim hæretici corruperunt, proqve genuinis falsa substituerunt: qvin & pro suo qvisqve in Origenem studio, qvædam vel detraxit vel retinuit. Ex qvo factum est, ut de plerisqve dubitaretur. Qvales sunt *libri 3. in Jobum, Commentaria in Jobum, Homiliæ in Psalmos. Homiliæ in diversa loca Evangelii, Homiliæ in Lucam,*

in

in Johannem, in Josuam, in Regum, Dialogi contra Marcionitas, liber Lamentationum: sed & *Tractatus qvintus in Matthæum*, alios omnes suspectos reddit. Qvo pacto etiam *duodecima Hom. in Numeros*, & *sexta in Judicum libr.* reliqvis fidem derogant. Cetera extra dubitationem ponunt *Erasmus*, *Baronius*, *Bellarminus*, *Sixtus Sen. Possevinus*, *Gerhardus*, *Rivetus*, &c. suo qvisqve loco.

3. Monent Tetrapla, Hexapla atqve Octapla Origenis, ut de *Scripturarum V. T. versionibus* aliqvid subjungamus, qvibus hoc tempore Ecclesia usa est. Versioni, qvam auspiciis Ptolemæi Philadelphi LXX. Interpp. adornaverant, accesserat superiori seculo sub Adriano, Aqvilæ Pontici, qvi à Christo ad Judæos senex defecit, nova ex Hebræo fonte, qvam alibi laudat *Hieronymus*, alibi reprehendit. *Epiphanius* verò *in lib. de mensuris & ponder.* plurimæ falsitatis arguit, studio id egisse Aqvilam dicens, ut præcipua testimonia de Christo depravaret: cujus rei exemplum exhibet ex Irenæo *Euseb. lib. 5. cap. 8.* In eodem libro, Symmachum sub Marco Antonino, Theodotionem verò circa initium imperii Commodi Epiphanius agnitos esse scribit: qvorum ille, cum Samaritanus pridem esset, ad Judæos defecerit, qvamvis *Eusebius lib. 6. cap. 17.* Ebionæum fuisse dicat) hic è Marcionis assecla, Judæus itidem factus sit:

uterqve autem privatim etiam ipse interpretationem ediderit, pleraqve consonantem cum LXXIIbus, At *Hieronymus Præfat. in Job.* ambos unà cum Aqvila *Judaizantes hæreticos* vocat, qvi multa mysteria Salvatoris subdola interpretatione celaverint, qvorum nihilominùs versiones in Exaplis habeantur apud Ecclesias, & explanentur ab Ecclesiasticis viris. Has itaqve versiones in unum volumen compactas *Origenes* edidit, asteriscis qvibusdam notans, ubi inter se differrent, eaqve *Tetrapla* vocavit. Ubi verò qvatuor versionibus, duæ columnæ textum Hebræum continentes, in altera Græcis, in altera propriis elementis expressum, conjunguntur, *Hexapla sunt.* Si qvinta etiam & sexta interpretatio accesserint, ista qvidem Hierichunti in doliis, hæc Nicopoli paulò ante repertæ, sed incerti autoris, *Octapla.* Et *Tetrapla* qvidem ex mente *Epiphanii l. c. Petavius* ita putat: *1. Aqvilæ. 2. Symmachi. 3. LXX. 4. Theodotionis.* Hexapla sic. *1. Hebraica propriis Elem. 2. Hebraica Græcis. 3. Aqvilæ. 4. Symmachi. 5. LXX. 6. Theodotionis.* Octapla hoc modo. *1. Hebr. prop. 2. Hebr. Gr. 3. Aqvilæ. 4. Symmachi. 5. LXX. 6. Theodotionis. 7. Editio V. 8. Editio VI.* Eodem studio Luccinus etiam Samosatenus, Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter, offensus adulterinis, qvæ irrepserant, & per hæreticos depravatis ad Hebræos fontes exigere totum

tum V. T. & restituere aggressus est. Qvo loco non omittendum judicamus, *qvod Origenes in expositione Psalmi primi*, commemorans libros canonicos V. T. non aliter eos recenset, qvàm & Melitonem recensuisse suprà diximus, omissis istis, qvos in Canonem *Tridentina Synodus* novissimè retulit: apud *Euseb. l. 6. cap. 25.*

4. De propagatione Ecclesiæ, si dicendum aliqvid est, referri potest Arabum conversio per Origenem, de qva memorat *Euseb. cap. 19.* Et qvod eundem Mammæa mater Alexandri Imp. qvam piam & religiosam feminam *ibidem cap. 21.* vocat, [Christianam autem non dicit] Antiochiam ad se vocavit, videndi ejus & audiendi cupida; qvo factum est, ut religionis patrocinium etsi Christiani non essent, susciperent tamen Imperator & mater ejus, aulæqve ministeria Christianorum hominum fidei crederent: qvin & Alexander in larario suo Christum reponeret, imò templum eidem destinaret: freqventer præfectis suis inculcans illud axioma Salvatoris. *Qvod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Lamprid. in Vita ejus.*

An verò Philippus Augustus, cum filio cognomine Imperatore,& Severa Augusta, literis Origenis ad Christianam fidem conversi sint, plus dubitationes habet, qvàm ut simpliciter affirmari qveat. *Eusebius* qvidem non solùm literarum facit mentionem *c. 36.* sed & confessionis Ecclesiasticæ, qvam in loco pœnitentiæ constitutus ediderit Philippus, die, qvâ ultimâ Paschatis vigilia servabatur, *c. 33.* Et *Eusebium Hieronymus* seqvitur in *libro de Scriptor. Eccles.* qvorum autoritatem secutus *Baronius ad ann. 246. n. 3.* contigisse ea, qvæ narrat Eusebius, propugnat; fatetur tamen, cum Imperium Philippus invaderet, nondum fuisse Christianum. At *Jos. Scal. in anomæd. ad Chr. Eccl. ad num. 2260. Magnam*, inqvit, *injuriam illi Sacrosancto Christi cultui faciunt, qvi primi hunc latronem Arabs Domini sui Imperatoris innocentissimi, & Reipublicæ maximè necessarii interfectorem, idolorum cultorem, & ex cujus vita nihil tale colligi potest, Christianum ausu sunt dicere, & Epistolam Origenis ad eum & Severam, ejus uxorem, commenti sunt, ut Mimo fides haberetur.* Et sanè ipse *Eusebius lib. 4. de Vita Constant. c. 62. ex omni omnium Imperatorum memoria solum Constantinum in Christi martyriis renatum, & sacris initiatum fuisse*, scribit. Saltem igitur Baptismi participes factos esse Philippos ipsius fide, negandum est. Contrà qvam *Sabellicus* prodidit

dit *Ennead. 7. 1.* Qvod enim Scriptor vitæ ejus *Capitolinus* annotavit, ludis secularibus, qvibus millenarius urbis à Philippo celebratus est, nullis sacrificiis, ut aliàs fieri consveverat, sed sola numerum editione usum esse, non statim Christianum arguit. Alioqvi digna sex Christiano Principe est, qvâ *Exoletorum Classes* eum *sustulisse*, *Lampridius* memoravit.

5. Ceterum, qvi post Septimium Severum, defunctum in Britannia anno Christi 212. rerum summam administrârunt Romani imperatores, Caracalla sex, Macrinus uno, Heliogabalus qvatuor, & imprimis Alexander Severus tredecim annis, pacem hactenus Ecclesiæ concesserant, teste *Sulpitio*: At Maximinus, postqvam Imperium invasisset, odio Alexandri, qvem interfecerat, acerrimam mox adversus nostros persecutionem excitavit, Sextam numero. Anno vulgaris æræ 236. eâqve jussit imprimis Ecclesiæ Præsides necidari: qvos aut dilabi, aut supplicia subire oportuit. Sed breve sæviendi spatium habuit. Cum enim omnibus inciperet esse formidabilis propter sævitiam, *Gordiani* Pater & filius, in Africa

An. Chr. 236.

frica exercitus regentes, imperium sumserunt: qvi tamen vix anno elapso, ex qvo cœperunt imperare, à militibus, Maximino adhuc fidis, interfecti sunt. Senatus interim Romanus *Balbinum* & *Pupienum* Impp. dicit: contra qvos, cum properaret Maximinus cum exercitu, cæditur & ipse à militibus, ægrè ferentibus, culpam Aqvilejæ non expugnatæ in ipsos transferri, neqve tamen ideò Balbinus & Pupienus rerum securè potiri potuerunt. Nam & istos Prætoriani occiderunt, qvod Imperatores à se, non à Senatu creari vellent, suffecto in eorum locum *Gordiano Minore*, cujus nullum in Christianos edictum memoratur, Philippi Arabis fraude post sexennium imperii, sublati, de qvo paulò ante n. 4. per occasionem dictum est. *Herodianus, Lampridius, Capitolinus.*

6. Dum ita mutuis inter se cædibus Tyranni sæviunt, Ecclesia interim qvasdam iterum inducias nacta est, divina providentia advigilante, ne & electi succumberent tentationi diutius incum-

cumbenti. Non celsârunt tamen hæreses: dum veteribus novæ indies accedunt: plerzqve enim, qvi superiori seculo ortæ sunt, etiam hoc viguerunt. Imprimis autem *Beryllus* Bostrenæ in Arabia Ecclesiæ celebris Doctor & Episcopus, novum dogma de Christo proferre cœpit: negans illum distinctam à Patre personam fuisse, anteqvam de Virgine nasceretur, nec propriam, sed paternam solùm divinitatem in se residentem habere. Cui simile qvoddam dogma paulò ante Artemon ex Montani assectis fovisse memoratur. Ad qvam cognoscendam qvæstionem coacta est in Arabia Synodus, cui interfuit Origenes, suisqve rationibus Berylllum convictum saniori menti restituit. *Euseb. l. 6. c. 33.*

Reperti sunt & in *Arabia*, qvi opinione, à verò aliena, animas dixerunt cum corporibus mori atqve dissolvi, in fine verò seculi utrumq; restitui. Convocato igitur etiam hanc ob causam non exiguo concilio, iterum rogatus illic adest Origenes, cumq; Disputationem de qvæstione illa coràm omni multitudine instituisset, tanto robore decertavit, ut, qvi prius in erro-

rem

rem lapsi fuerant, sententiam mutarent. *Euseb. lib. 6. c. 37.* & *Augustinus de Hæres. ad Qvod vultdeum.*

Qvid his conciliis simile habent hodie Synodi Pontificiorum, in qvibus nemo Presbyter sententiæ dicendæ jus habet, nisi Episcopus: multitudini verò omninò nullus est locus? hic verò Presbyter Origenes & dixit sententiam & obtinuit. Neqve enim vanum illud discrimen idoneum est expediendæ rei, qvo solent ab hoc Synodorum genere discernere eas, qvarum decretis universa Ecclesia obligatur: Insomnium sine somno. Eccui enim tunc in mentem venire potuisset ejusmodi decreta, qvibus omnes Christiani tenerentur, cum nemo esset, qvi Judicis aut Episcopi universalis autoritatem sibi arrogaret, cujus unius interventu, ex mente Papistarum, ut aliqva Synodus œcumenica vocari possit, efficitur?

Seqventi tamen Capite mentionem Eusebius injicit *Helxaitarum* hæreseωs. De qvibus & *Augustinus* annotavit, neq; Christianos eos fuisse, neqve Judæos, neq; Græcos, sed medios, Judæis tamen addictos in plerisqve: Secutos planum aliqvem, nomine *Helxai*, qvi vulgi opinionem sibi conciliaverat tantam, ut pulverem pedum ejus & sociorum medelæ gratia plurimi exceperint. De Christo somniabat, qvod sit creatura, efformatus primùm in corpus Adam, qvod induat vel deponat, qvando velit. De Spiritu sancto vero, qvod sit Christi Soror, femineo habitu prædita, deqve corpore in corpus migret. Martyria negabat subeunda esse, cùm fas sit ore negare, dummodò corde credas.

das. Qvidam ex illis animatis abstinebant. Scripturarum verò delectum instituentes, alias probabant, alias rejiciebant, imprimis Apostoli Scripta. Dediti præterea à magiæ & divinationibus Astrologicis, nec non Baptismatum cerimoniis qvibusdam vulgus Arabum dementabant. Nam & his Arabia sedes fuit, olim Mahometo qvoqve incunabula præbitura. *Euseb. l. c. ex Origine. Baronius* longè antiqviores facit, in annum 105. à nato Christo reponens, *Epiphanium* & *Philastrium* secutus.

7. Benè tamen actum esset cum Ecclesia, si hæ solæ calamitates illam exercuissent: neqve domestici hostes majus damnum fecissent. Hi sunt, *Antistitum* contentiones, invidiæ, æmulationes, atqve inde enata scandalosa Schismata, tantò pernicioſiora, qvantò civile bellum externo nocentius esse solet. Hoc igitur tempore, id est, anno Christino 252. (vel ut alii, 253.) primùm in Romana Ecclesia contrariis studiis ad Episcopatum vocati sunt Cornelius & Novatianus, ambo φιλοπρωτεύοντες, neqve invicem loco cedentes, sicut facere decebat Ecclesiæ Presbyteros. An. Chr. 252.

Post-

Postqvam enim ab initio hujus seculi martyrio vitam finiisset *Victor*, Successor ei *Zephyrinus* fuit annis 18. Eum excepit *Callistus*, cui post qvintum annum *Urbanus* subrogatus est, sex ferè annis Episcopatum obtinens, *Pontianumq;* Successorem nactus: & hic, cum qvinqve annis Ecclesiæ præfuisset, *Antherum*; qvi *Fabiano* post menses aliqvot locum vacuefecit, cujus capiti columbam supernè advolantem insedisse eo ipso tempore, qvo electio facta est, scribit *Euseb. l. 6. c. 29.* Et Fabianus qvidem Episcopatus sui decimo sexto, Principatus Decii anno primo, occiditur, nullo alio tùm qvidem, postmodum verò *Cornelio* in locum ejus suffecto, ob persecutionem, qvæ illo tempore, maximè vigebat: sed & ceteros omnes, qvos hactenus enumeravimus, excepto Zephyrino. Romanos Episcopos martyres fuisse, è Martyrologio Romano *Baronius* asserit, (qvamvis de martyrio plerorumqve Eusebius taceat) ut tantò magis admirandum sit, de eo honore pugnatum esse, cujus individuus comes supplicium esset. Pugnatum tamen est, ut diximus, à Novatiano, qvi ægrè ferens, Cornelium plurium suffragiis sibi prælatum, ab ipso secessit, & Novatum, qvi non diu post ex Africa Romam venit socium assumens, multum ei negotii facessere cœpit. *Euseb. in Chr. & H. l. 6. c. 43. & 45.*

ex

ex Epist. Cornelii ad Fabium, & Dionysii ad Novatianum. Eadem invidia Demetrium Alexandrinæ sedis Episcopum paulò ante stimulaverat, ut Origenem, cujus nomen latè per Orbem celebratur, excommunicaret, postqvam hic ab Alexandro Hierosolymorum & Theoctisto Cæsareæ Episcopis Presbyter ordinatus esset, qvem gradum ipse noluerat illi conferre, erronea qvædam dogmata, libris ejus inserta, prætexens, revera tamen, qvod gloriæ ejus invideret. Origenem tamen Heraclas Demetrii Successor in Ecclesiam denuò recepit. Unde diu post Origenem & Schisma duravit, aliis ea improbantibus. & anathema dicentibus his, qvi recepissent, *Euseb. lib. 6. cap. 8.* qvi ipse qvoqve Apologiam pro Origine adornâsse se dicit 6. libris distinctam, qvæ tamen non extat.

Fuit etiam Schisma in Africa *Felicissimo* qvodam motore. Postqvam enim Cyprianus persecutioni se subduxisset, Carthagine aufugiens, Felicissimus interim, qvi pridem de Episcopatu cum eo certaverat, multorum animos sibi conciliare, Cypriani acta damnare, secedere deniqve, redeunte eo ad Ecclesiam, in montes, & separatim cœtus habere instituit. Cujus rei gratia, & qvod debitorum expunctionem, qvæ pauperes contraxerant, Cypriano imperaverat, Felicissimus autem fieri debere negaverat, aliaqve

qve præterea crimina illi tributa essent, à Cypriano congregato hanc ob rem Concilio communione Ecclesiæ ejectus est. Nihilominus tamen ille cœtus suos in montibus congregare perseveravit: ex qvo *Montenses* ejus assectæ dicti sunt. *Cyprianus Ep. 38. 39. 40. 55.* utrum verò rectè atqve ordine factum fuerit, qvod jusserat debita expungi Cyprianus, alterius loci est disqvirere. Felicissimum porrò & socios Felicem & Jovinum martyrium adeptos esse, *Beda l. de temp. testatur.*

An. Chr. 251. 8. Dum hæc Schismata enumeramus, fieri non poterat, qvin persecutionis aliqvoties mentio fieret, qvæ gravissimè, Decio imperante, Ecclesias afflixit *Septima*, numero, prioribus atrocior. Ex qvo factum est, ut multi fidem abnegarent.

Idqve duplici modo, qvidam apertè Diis sacrificârunt, qvi dicti fuerunt vel *Sacrificati vel Thurificati*: inter qvos & Crigenem recenset *Suidas*, & ex eo *Nicephorus l. 5. c. 32.* qvem ejus lapsum studiosè *Eusebius* reticet, commemorans solùm ea, qvæ sit passus: *Baronius* omnino negat accidisse. Qvidam verò *Libellatici* dicebantur: qvi non abnegârunt qvidem Christum, sed libellum à Præsidibus redemerant, ne co-

cogerentur Diis adolere. Saniori consilio alii in deserta aufugerunt, aliisqve, ut fugerent, autores extiterunt, qvod de Cypriano modò dictum est. Idem fecerunt *Gregorius* vocatus *Thaumaturgus*, opinione patratorum miraculorum, (qvæ tamen suspecta *Centuriatoribus* videntur, *Sec. 3. c. 13.*) Neo-Cæsareæ in Ponto Episcopus: & *Paulus* Eremitarum Antesignanus, qvi in Eremo, in qvod confugerat, mansit, ad Constantini usqve tempora. Innumeri verò alii crudelitatem Tyrannorum effugere neqviverunt: periêre igitur ex nominatissimis Fabianus, Romanæ Ecclesiæ Præsul, Pionius Smyrnensis Presbyter, Maximus Ephesius, Laurentius Roman. Ecclesiæ Diaconus, de cujus martyrio legi dignus est *Hymnus Prudentii*: Alexander verò Hierosolymitanus Episcopus, & Babylas Antiochenus diris qvæstionibus, & diuturno vexati carcere, cum jam effœtæ ætatis essent, occubuerunt: qvin imo Decii Junioris conjugem Triphoniam propter fidei confessionem occisam esse, Martyrologia antiqva testantur. *Cyprianus*, *Eusebius*, *Gregorius Nyssenus in vita Gregor. Thaum.* De S. Laurentio lis est, sub Decione, an sub Valeriano passus sit, eò, qvod utrumqve in Veterum Scriptis testatum reperitur? *Magdeburg.* igitur prius, *Baronius* & *Calvisius* posterius affirmant. vid. *Baron. ad ann. 261. n. 2.*

9. Morte vero Decii, [qvæ satis tragica fuit, in voragine qvippe paludis submersus est, infeliciter adversus Gothos pugnans] cum persecutio remitteret, & ad Ecclesias qvisqve suas rediisset, vehementius agitari cœpta est qvæstio de lapsis, ân sint ih gratiam recipiendi? Novatus per Africam primùm, dein Romæ, negabat id fieri oportere, ne facilitate illâ confessiones intermitterentur. *Eusebius è Dionysio Alexandrino, Philastrius, Augustinus, Theodoretus.*

Sunt, qvi existimant, eum salutem & gratiam Dei negâsse iis, qvi post Baptismum peccavissent. Malunt tamen eruditi benignius ejus sententiam interpretari, qvodqve de Absolutione Ecclesiastica tota qvæstio illius temporis fuerit, non de remissione peccatorum coram Deo, de qva bonam spem lapsos verèqve pœnitentes concipere posse, Novatus facilè concesserit; certò verò promittendam esse ab Ecclesia, negârit: sicut ex *Ambrosii l. 1. de Pœnitentia* explicat noster *Chemnitius in Exam. Concil. Trid. c. de fide justif.* & *M. Anton. de Dom. l. 5. c. 7. n. 51.*

An. Chr. 253. Hanc controversiam ut expedirent Ecclesiæ Præsides, Concilia institu-

tuta sunt Romæ & Carthagine, illîc Cornelio, hîc Cypriano autoribus, in qvibus Novati dogma reprobatum, lapsis post Ecclesiasticam pœnitentiam venia concessa est: eo tamen cum discrimine impertienda, ut, si qvi Presbyteri fuissent & Antistites Ecclesiarum, qvi persecutionis tempore sacrificâssent, pacem qvidem consequerentur, laicorum tamen loco deinceps essent. Infirmi autem, si vita periclitaretur, solennis pœnitentiæ tempore etiam nondum expleto, in gratiam recipi possent. *Cyprianus l. 1. Ep. 2. & Eus. seblibr. 6. cap. 43.*

Aliam etiam post Cornelii mortem Romæ habitam esse Synodum de eadem causa, apparet ex Epistola Presbyterii Romani ad Cyprianum, qvæ extat inter *ejus Epistolas, l. 2.* De Antiochena qvoqve congregatione propter Novati dogma memorat pauca qvædam *Euseb. l. c. cap. ult.*

Qvod ad pœnitentiæ ritus attinet, in Ecclesia tunc observari solitos, qvoties vel lapsi, vel pridem excommunicati, recipiendi erant, disci potest exævi hujus Scriptoribus, eos constitisse Exomologesi publica, id est, signis qvibusdam contritionis, qvalia sunt lacrymæ, preces supplices, prostratio humi, jejunia, sui ipsius accusatio coram Ecclesia, statio peculiaris in sa-

cris cœtibus, qvibus pœnitentiæ signis, si qvis justo tempore resipiscentiam suam probâsset, martyribus imprimis, ab his libellum accipiebat, qvo significabatur, peccatoris pœnitentiam satisfactioni proximam videri: ideòqve tali instructus testimonio, ab Episcopo & Presbyteris admittebatur ad Examen, qvo ipsi qvoqve ejus animum explorabant, & si visum fuisset, publico in Christianorum cœtu absolvebant, & sacræ cœnæ participem reddebant, qvod plerumqve fieri consveverat die solenni, qvo à Salvatore S. Cœna instituta est. Qva de re satis prolixè è Tertulliano, Cypriano, Origene, Eusebio agunt *Magdeburg. Cent. 3. c. 6.* Factum animi Novatus non solùm declaravit inhumano illo Decreto de lapsis, ab Ecclesia perpetuò excludendis: sed & nominis, qvod suo cœtui imponebat, arrogantia. *Catharos* enim se suosqve vocabat, id est Puros. Qva singularis sanctitatis persvasione, cum aliorum contemtu conjunctâ, omnes qvoqve eos, qvi ad suum cœtum se aggregabant, undecunqve venissent, rebaptizari jussit. Ex qvo factum est, ut inter Catholicos etiam qvæstio nasceretur: An rebaptizandi essent, qvi ab Hæreticis qvidem baptizati, ad veram Ecclesiam redirent? Et cum Jubajanus qvidam, Africæ Episcopus, Cyprianum eâ super re per literas consuluisset, non solùm hoc ab eo responsum ferre, qvod id fieri conveniret,

ret: Sed & Synodo qvoqve LX. Episcoporum Carthagini celebratâ, in qva & proponentis & decidentis partes Cyprianus habuit, unanimibo omnium suffragiis, hæreticos rebaptizandos esse, concluderetur. Acta Synodi idem Cyprianus exhibet. Stephanus autem Episc. Romanus, qvi Lucio successerat, octo mensibus post Cornelium vitâ functo, ægerrimè id tulit, Cyprianumqve missa Epistola reprehendit. At hic factum suum defendere perseveravit in *Epist. ad Pompejum*, qvâ Stephani Epistolam refutavit, non utiqve hoc facturus, si Episcopos Romanos infallibiles controversiarum omnium judices agnovisset. Nam & Stephanus in contrarium hîc errorem incidit, dum putavit etiam de Marcionis & Valentini Baptismo filios Dei nasci, ut loco citato Cyprianus loqvitur. Confer *Euseb. lib. 7. c. 3.*

10, In Cypriani mentionem cùm toties incidamus, scripta ejus, qvibus hodièqve Ecclesiæ prodest, commemoranda veniunt. Qvæ autem indubitatò ei adscribuntur, sunt ista: *Epistolæ 83.* in libros qvatuor, juxta seriem temporis à *Pamelio* digestæ. De *habitu virginum* Tractatus unus, de *lapsis 1.* de *simplicitate Prælatorum 1.* qvi liber corruptus est ab iis, qvi Petri primatum stabiliendum sibi esse qvivis modo putant, qvod diversitas Exemplarium facilè indicat. *De Oratione Dominica, 1. contra Demetrianum, 1.*

De Idolorum vanitate, 1. *De mortalitate*, 1. *De Eleemosyna*, 1. *De bono patientiæ*, 1. *De zelo & livore*, 1. *De exhortatione martyrii*, 1. *Contra Judæos*, 3. *Sententiarum ex Concil. Carthaginensi*, 1. Dubia sunt ista: *De laude martyrii*: *De Disciplina & bono pudicitiæ*: *Ad Novatianum de pœnitentiæ lapsis non neganda*; qvem librum omnes præter Erasmum, Cypriano tribuunt: *De spectaculis*: *Carmen*, cui titulus *Genesis*. Carmen, cui titulus *Sodoma*: aliud *ad Apostatam Senatorem*: *Hymnus de Paschate*: *Oratio pro Martyribus*, & adhuc altera qvædam. Qvæ Scripta partim testimonio antiqvitatis carent, partim stylo Cypriani dissident. At manifestè suppositicia sunt: *De monte Sion & Sina* Tractatus unus. *De revelatione capitis Johannis Baptistæ*. *Expositio Symboli*, qvæ Ruffinum autorem habet. Liber *de Singularitate Clericorum*: *De operibus cardinalibus Christi Sermones* 12. *De duplici Martyrio*: *De Aleatoribus*: *De Cœnæ dispositione*: *De duodecim abusionibus seculi*: *De Judaica incredulitate*: *De Judæis, qvi insecuti sunt Christum*, volumina singula. Ipse porrò Cyprianus postqvam Carthaginensium Ecclesiæ diu utiliter præfuisset, sub Valeriano tandem & Gallieno martyrium pertulit. Scripsit autem *Pontius* ipse Diaconus librū de ejus vita & passione, qvi Cypriani operibus præmitti solet. Superfuit etiã hoc adhuc tempore *Gregorius*, Neo-

Cæ-

Cæsareæ in Ponto Episcopus, Origenis Auditor, cujus supra mentio facta est. Autor hic est *Metaphraseωs* in Ecclesiasten, & *panegyrici sermonis*, qvem Origeni, juvenis adhuc, dixit Reliqva, utpote *Confessio fidei*, *Expositio fidei*, cum appendice *duodecim Anathematismorum*, *Epistola Canonica*, qvam *Balsamo* Commentario illustravit, *Sermones in Annunciationem & Theophaniam*, nec non *de anima liber*, Gregorio qvidem tribui solent, dubitatione tamen non carent. *Dionysii Alexandriæ* Episcopi præter fragmenta Epistolarum, qvæ *Euseb. H.E. lib. 6. & 7.* & *Anastasius in lib. de sententia Dionysii*, & *in libr. de sententia Nicenæ Synodi*, exhibent. Extat adhuc Epistola inter Canones Ecclesiasticos Græcorum cum Annotationibus *Balsamorum*, & *altera qvædam* contra Paulum Samosatenum.

Plura verò, qvæ non extant, elaboravit, qvorum Catalogum *Hieronymus de Script. Eccles. & Euseb. l. 1.* recensent. In qvæstione de Anabaptismo mediam inter Cyprianum & Stephanum sententiam, repetit, eamqve meliorem, nimirum semel in Ecclesia baptizatis sufficere Baptismum, qvem suscepérant: sed baptizatos ab hæreticis, qvibus integra Trinitatis fides deesset, verò Baptismo non privandos, ut colligitur ex *Euseb. lib. 7. c. 8.* collato cum *Hieronymi* testimonio in *Catalog. Script. Eccl.*

II. At in Catalogo Hæreticorum proximum à Novato locum *Sabellius* obtinet, & *Paulus Samosatenus* Antio-

chiæ Episcopus. Iste dogma Hermogenis & Praxeæ reduxit in Ecclesiam, statuentium, non esse plures una in divinis personas: idqve dogma, qvod à Præceptore Noëto didicerat, celebrius reddens, magis explicabat, tria nomina fassus, qvæ uni personæ convenirent. Cœpisse autem denuo errorem hunc spargi circa annum Chr. 257. apud Ptolemaida Pentapoleos, *Theodoretus* tradit.

Apprehendit hanc Sabellii hæresin ipse etiam *Samosatenus*, nova alia commenta addens, nempe ista, Verbum Dei esse idem in Deo, qvod est ratio vel φόνμα in homine; inqve Scripturis Filium ejus vocari, sed non esse personam, neqve Deum ipsum, minimè omnium illum hominem, qvi vocatur Jesus; esse enim Jesum hominem qvidem justum, Mariæ filium, & ex profectu Divinitatem consecutum, juxta illud *Johan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, &c. & *1. Joh. 3. Videte qvantam charitatem nobis dederit Pater, ut filii Dei nominemur*; non autem Deum substantialem. *Philastrius* etiam circumcisionem docuisse, dicit; sed *Epiphanius* diversum narrat. *Theodoretus* insuper addit ingratiam Zenobiæ Palmyrenorum Reginæ, qvæ totius Syriæ & Phœniciæ Imperium, à Persis ere-

ereptum Romanis, sibi vindicaverat; Judæorumq; religioni addicta erat, talia commentum esse, qvo magis propitiam eam Ecclesiæ haberet. Samosateno tamen priores, eundem errorem errârunt *Artemon* & *Theodorus* ex Montani asseclis.

Congregata itaqve sunt Antiochiæ semel atqve iterum concilia, sed sine effectu. Donec anno Christi 265. juxta *Calvisium*, major illa Synodus contra Paulum coacta est, in qvo jurejurando interposito promisit, ad Ecclesiam sese rediturum: citò tamen ad ingenium rediit. Ideoqve rursum convenerunt Antiochiam iidem, qvi antea Ecclesiarum Antistites aliiqve plures, & Paulum à Malchione Presbytero suo, acri disputatore, publicè prius blasphemiæ convictum, & è latebris, qvibus sententiam suam occultare studebat, extractum damnant, Episcopatu deponunt, & Ecclesiæ communione excludunt, substituto in ejus locum Episcopo Domno: cum verò Ecclesia exire nollet, Aureliani Imperatoris mandato, qvem reliqvi imploraverant, expulsus est. *Eusebius lib. 7. c. 27. 28. 29.*

& 30. qvo *eodem cap.* Synodicam Epistolam Antiochenorum Patrum ad reliqvas Orbis Ecclesias exhibet.

12. Anteqvam eæ, qvæ sub imperatoribus Christiani pertulerunt, subjungantur, prius, qvæ ad hæreses seculi hujus spectant, commemorabimus. Supersunt igitur *Nepotis* & *Manetis* deliria. *Nepos* Ægyptius qvidam Episcopus, Chiliastarum errorem iterum exsuscitans anno 263. magnis fratrum motibus in Arsenoite Ægypti agitare qvæstionem cœpit, de mille annis Apocalypseως Johannis, promissionesqve divinas, ut *Eusebius* scribit *l. 7. c. 24.* sanctis in Scripturis factas, Judaico more exponendas docebat, & millenaria qvædam annorum corporalibus deliciis in hac terra futuris decernebat, librumqve de opinione sua compositum *Elenchum Allegoristarum* inscripserat: Qvem Dionysius Alexandr. alio Scripto, qvod *Commentarium de promissionibus* nominavit, refellere aggressus est, ex Dionysio. *Manes*, autem seu Manicheus, utraqve enim nomenclatura

ra apud Veteres in usu fuit, è Persida oriundus, cum natura Dæmoniacus & insanus esset, Dominæ suæ hæres effectus, non pecuniarum solùm, verùm diabolicarum etiam artium, qvantus qvantus fuit, veritatis inimico instrumentum se præbens, ad impias fabulas divertit. Itaqve sibi socios adjunxit pecunia conductos, qvos, qvasi Apostolos, qvaqvaversum dimisit, dum ipse in carcere à Persarum Rege detinetur, qvod filium ejus sanitati restituere non posset, uti se facturum solis precibus ad Deum promiserat, à qvo tandem etiam excoriatus est.

Ejus placita fuerunt ista: duo principia esse, Deum & materiam, illum lucem, hanc tenebras; tenebrarum autem principem esse qvendam, nomine Saclam. Mundum verò ex commixtione utriusq; principii boni maliq; factum esse. Qvâ ex causa à multis rebus abstinuerunt Manichæi, tanqvam à malo Deo profectis, vino præsertim, lacte, ovis & morticinis omnibus, qvod dicerent ea, qvæ vitam amiserunt, nihil reliqvi ex bono principio habere. Vetus etiam Testamentum totum, tanqvam spiritus tenebrarum sit, abominati sunt. Christum nec verè hominem factum, nec verè passum esse, nu-

ga-

gabantur, sed hæc omnia specietenus tantùm subiisse. Spritum S. Manetem esse, qvi juxta Christi promissionem in mundum venturus erat. Animas partes esse substantiæ divinæ, commixtas tenebris, id est, materiæ; omnia verò esse animata: & qvoniam à materia peccatum proveniat, imò ipsa materia sit ideò fato, non libera voluntate peccata committi, & purgari homines, qvoties peccant, qvandoqvidem aliqvid de admixta malitia ab illis egrediatur. Legem totam, nuptias, Magistratum, bella, supplicia fontium, prorsus damnabant, & à tenebrarum principe maloqve Deo profecta esse, contendebant. Baptismum ut inutilem spernentes, S. Cœnam contaminabant, ab electis suis una cum semine humano sumendam. Mortem Physicis qvibusdam causis adscribentes animæ qvoq; tribuunt, eorum scilicet omnium, qvi ante decimum qvintum Tiberii annum decesserunt, aut post adventum Salvatoris, non his dogmatibus adhærent, qvæ illi probant: suorum animis tribuebant aliqvando resurrectionem, qvam corpori plane denegabant, nullam materiæ partem dignam salute existimantes: aliqvando Lunam talib9 animab9 impleri, qvoties plena est, deinde illas in Solem transmitti, qvando Soli Luna conjungitur, atq; ita Lunam non evacuari, nugabantur. Pleraq; enim Manetis, fabulis, qvàm dogmatibus similiora faciunt: & tamen

eo

eo assensu à plurimis credita, ut non in Persida solùm & Mesopotamia, sed Judæa etiam, Ægypto, Africa, Italia, Græcia, Thracia, Hispania, denique per aliquot secula Manichæi duraverint, quamvis à multis Ecclesiæ Doctoribus illorum deliria fuerint impugnata: inter quos primas meretur Aurelius *Augustinus*, de quo dicetur suo loco. Vide sis ipsius *libros contra Faustum Manichæum*, & præterea *de Hæresibus ad Quodvultdeum*, *Eusebium l. 7. c. 31. Philastrium*, *Epiphanium*.

Hæreticorum Catalogi, hoc seculo, quædam quasi Appendix est *Hierax* Ægyptius, quem post Manetem *Epiphanius* exortum scripsit, etsi quidam sub Severo eum collocant. De Filio Dei Hieracitæ incongrua loquebantur, vocantes illum lumen alterum, ejusdem lucernæ, cum & Pater lumen sit, ut divina essentia oleum referat, quod utrique lumini alimentum præbet: Spiritum sanctum verò Melchisedechum esse. Conjugium præterea improbabant, carnis resurrectionem negabant, pueros morientes à salute excludebant, regni participem negantes quenquem fieri posse, nisi certaverit. Et quamvis utriusque Testamenti libris uterentur, adjungebant tamen librum, quem vocant *Ascensorium Esaiæ*, Valentinianis etiam & Marcionitis usurpatum; neminem in contubernium suum admittentes, nisi aut virgo fuisset, aut vidua, aut con-

continens : qvidam etiam eorum animatis vesci recusabant. *Epiphanius*, *Augustinus* & *Evagrius*.

An. Chr. 252. 13. A morte Decii valdè in Imperio Romano turbatum est, Principatu freqventer mutato. *Gallus* enim & filius *Volusianus* vix toto anno qvietam Imperii possessionem habuerant, cum *Valerianus* à Germanicis Legionibus Imperator proclamatus est, qvi filium *Gallienum* Collegam assumsit. *Æmilianus* etiam in Mœsia Tyrannidem invaserat, adversus qvem, cum Gallus & filius exercitum ducerent, Interamnæ à militibus occiduntur, qvòd ideò illis accidisse rectè judicat *Euseb. lib. 7. c. 1.* qvoniam Edicta de persecutione piorum renovârant. *Æmiliano* etiam sublato, solus Valerianus rerum potitus est, initio mitis erga Christianos : ut verò magicis artibus se totum dare cœpit, non solùm affligi in posterum Ecclesias permisit, sed Edictum ipse qvoqve proposuit per omnes Provincias: *Ne Christiani conventus facerent, neve cœmeteria adirent.* Pulsi itaqve sunt in exilium Dionysius Alexandrinus, Cy-

Cyprianus, aliiqve plures, & *Cyprianus* qvidem paulò post capite plexus est, qvod & Romæ *Sixto* Urbis Episcopo accidit, qvi *Stephanum* Lucii Successorem in Episcopatu secutus est. *Lucius* autem proximus à *Cornelio* Ecclesiam rexerat octo mensibus. Qvi porrò in persecutione hac *Octava* Romæ, Carthagini, Hippone & in reliqva Africa martyrio coronati sunt, eos *Baronius* è Tabulis Ecclesiasticis recenset *ad. Ann. 260. & seq.* De Rescripto Valeriani videnda est Cypriani *Ep. 82.* de persecutione in Ægypto, Africa & Palæstina literæ Dionysii ap. *Euseb. l. capp. 10. 11. & 12.* nec non *Comment. Pontii de Vita & Passion. Cypriani.* An. Chr. 257. 259.

Porrò Valerianus, cum sex annos imperâsset à morte Galli, in expeditione adversum Persas à Sapore Persarum Rege victus captusqve, prætet alias, qvas tulit, contumelias, cervice qvoqve sustinere debuit Regem Persarum, qvoties is eqvum vellet ascendere, detracta tandem pelle miserè extinctus. Qva tanta clade *Gallienus* ipsius filius, alioqvi naturâ sævus, adeò est exterritus, cùm sentiret Dei manum san- An. Chr. 261.

sanguinis innocentis vindicem, ut Christianis pacem ultrò concesserit, missis ad Episcopos eâ de re literis, quas refert *Euseb. c. 23.* quo facto, eam à Deo felicitatem est consecutus, ut, licet plurimi Tyrannorum varias Romani Imperii Provincias invasissent, [de quibus videre est *Trebellii Pollionis librum*, quem inscripsit *de Triginta Tyrannis*] plerosque tamen summoverit, non suâ virtute, quippe omnium ignavissimus, sed partim Ducum suorum industria, partim ipsorummet armis, mutuis cladibus se perimentium: quæ Dei Judicia agnoscitidem Dionysius, qui suprà laudatus apud *Euseb. c. 23.*

An. Chr. 262. 14. Ne verò soli Tyranni gravem hanc Dei manum experirentur, sed ceteri omnes, qui Christiano sanguine delectati sunt: Atrox pestilentia hoc tempore totum terrarum orbem pervagata est. Et terræ motus regiones omnes concussit: barbararumque gentium irruptionibus in Romanis Provinciis ingens damnum datum est. Gothi enim hinc Græciam, inde Hispa-

Hispanias, Francі Gallias vastant, Catti & Saxones Italiam versus progrediuntur; Marcomanni & Qvadi in Illyricum, Svevi in Pannoniam irruunt, contra qvos, cùm Gallienus Octavo post captum parentem anno moveret, trucidatus est Mediolani à militibus, qvi statim Imperatorem salutant *Claudium* hostem Christianorum infensissimum, & qvi haud dubiè multum Christiani sangvinis erat effusurus, nisi parcendum hominibus fuisset, qvorum inopiâ alioqvi laborabat; Scribit enim ipse 23000. Barbarorum in Romanum solum venisse, cùm ipse nec arma, nec milites, nec sagittarios haberet. *Lamprid.* Neqve tamen reprimere se potuit, qvin Romæ aliqvos propter fidem Christianam occideret, & in ceteris qvoqve provinciis idem facturus credebatur, nisi peste, tertio statim post sumtum imperium anno; periisset, successorem habens *Aurelianum*, qvi post devictam triumphatamqve *Zenobiam*, [qvæ à capto Valeriano hucusqve Syriam & magnam Orientis partem sub

An. Chr. 268.

ditione sua retinuerat) in Christianos non minus, qvam priores Principes sævus fuit. In hac persecutione, qvæ
An. Chr. 273. nona dicitur, passus est; ut *Baronius* habet, *Sympherianus* & *Felix* Episcopus Romanus, qvem secutus est *Eutychianus* anno Christi 274. Ipse *Dionysio* successerat, in *Sixti* locum ad Episcopatum evecto. At persecutio jam se diffundere ad alias qvoqve provincias cœperat: cum paratum jam Aurelianum & compositis contrà nostros edictis, ut loqvitur *Eusebius*, subscribentem ulta est divina Justitia. Mnestei enim cujusdam dolo propè Byzantium trucidatur, post exactos sex in
An. Chr. 275. imperio annos, cum paulò antè fulmen juxta eum comitesqve decidisset. *Vopiscus, Eusseb. l. 7. c. 30.*

Post Aurelianum qvi imperavit *Tacitus 6.* mensibus, & *Probus* annis qvin-
An. Chr. 283. qve pacem Ecclesiæ concesserunt. *Carus* etiam cum filio *Carino*, Christianis haud adversati sunt, extatqve Cari rescriptum de remissione tributi concessa Thessalonicensi Ecclesiæ *l. 8. C. de*

Sa-

Sacrof. Eccl. (qvanqvam de inſcriptione haud injuria dubitatur) alter verò ex filiis *Numerianus* non perinde noſtris æqvum ſe præſtitit. Teſtantur enim martyrum acta , qvæ *Baronius* producit , ſub ipſo tam Romæ , qvam in aliis Romani orbis provinciis plures martyres factos eſſe , qvos inter *Eutychianus* Papa qvoqve memoratur , qvem excepit *Cajus* , natione Dalmata , qvi gentilis Diocletiani Imperatoris , atqve ut idem *Baronius* ex *Actis S. Suſannæ* refert , fratris ejus Maximi filius fuit. Imperavit autem Carus & filii non ultra tres annos : Iſtum enim anno Principatus altero in expeditione Perſica fulmine , vel ut alii , morbo extinctum , Numerianus ſtatim ſecutus eſt , à ſocero ſuo Arrio Apro occiſus. Carinus verò biennio poſt Occidentis adhuc Imperium rexit : Ab exercitu verò cædem Numeriani ægrè ferente , *Diocletianus* eligitur: qvi Apro protinus necato oraculum implevit , qvo ei Imperium , ſi Aprum occidiſſet , olim promiſſum fuerat. Carinum hominem alioqvi flagitioſiſſimum ,

An. Chr. 284.

mum cum ad Murtium de summa rei cum Diocletiano prælio decertandum esset, milites interemerunt. *Vopiscus.*

15. Ad *Ecclesiæ Doctores* ut nos recipiamus, Illustres hac postremâ seculi parte fuêre, (qvos & Conciliis contra Paulum Antiochiæ interisse, memorat *Eusebius cap. 28.*) *Firmilianus* Cæsareæ Cappadocum, *Gregorius* & *Athenodorus*, fratres apud Pontum Episcopi, *Helenus* Tarsi, *Nicomas* Iconii, *Hymenæus* Hierosolymæ, *Thesternus* Cæsareæ in Palæstina, *Maximus* Bostrenæ Antistites. Fuit & alter *Maximus*, Alexandrinæ sedis Præsul post *Dionysium*, qvi *Heraclam* exceperat, *Heraclas* verò *Demetrium*, qvi undecimus Ecclesiæ ejus rector fuerat, priore seculo memoratus. Maximum igitur decimus sextus *Theonas* secutus est, qvi in annum qvartum seqventis seculi perduravit. Hierosolymis post Alexandrum, de qvo suprà dictum est, *Mazabbanes*, & qvem modò laudavimus, Hymenæus, præfuerunt, cui anno seculi ultimo trigesimus septimus *Zabdas* Successor fuit. In Antiochia verò *Serapionis* loco nonus *Asclepiades* fuit; X. *Philerus* XI. *Zebennus*; post qvem Ecclesiæ præficitur *Babylas*, sub Decio martyr, ut suprà diximus. Eum *Fabius*, Fabium *Demetrianus* excepere; dein *Paulus* fuit Samosatis oriundus, qvi Ecclesiam turbavit; cui ejecto *Domnus* substitûitur. Hunc secutus est *Timæus*,

mæus, cui *Cyrillus* succeſſit: cum qvo ſeculum finit, decimus nonus, ſi Paulum qvoqve recenſeas, qvem Euſebius non connumerat in *Chronico l.7.c.32.*

16. Eodem loco inter celebres hujus ætatis Doctores ab *Euſebio* memorantur: *Dorotheus* Presbyter Antiochenus, qvem virum doctiſſimum appellat, ſtudioſiſſimum ſacrarum Scripturarum & Hebraicæ lingvæ: ceterum ab ipſo matris utero Eunuchum: unde & Carinus Imperator, tanqvam miraculo obſtupefactus, eum in familiaritatē ſuam adſciverit, & tingendæ purpuræ apud Tyrum procuratorem conſtituerit. Eſt hic forte *Dorotheus Tyrenſis*, qvi fertur ſcripſiſſe *Synopſin de Vita Prophetarum & Diſcipulorum Chriſti*: qvi plenus fabulis eſt, & abſurdus liber, ut vocat *Bellarminus de Scriptor. Eccleſ.* Qviqve hujus viri nullam mentionem, neq; apud Euſebium, neq; Hieronymum vel Gennadium reperiri ſcribit: at verò ejus, de qvo nobis hic ſermo eſt, *Euſebius c.l.* elogium habet.

Habet etiam *Euſebii Alexandrini*, qvi poſt *Socratem* apud Laodiceam Epiſcopus fuerit. Sub cujus nomine *Turrianus* Jeſuita ementitus eſt *librum octodecim Sermonum*, qvem ex neſcio, qva Crypta ferrata eductum in lucem extruſit: de qvo planè tacet *Bellarminus*; vel ipſo ſilentio merces illas repudians, qvas probare nemo cordatus poteſt.

His ſubjungit Euſebius *Anatolium* Philoſophum Chriſtianum; qvi in Epiſcopatu Laodiceno Euſebio ſucceſſor fuerit, in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Dialectica, Phyſica, Rhetorica ſummum apicem aſſecutum: qvâ de cauſa rogatus fuiſſe dicatur ab Alexandrinis, ut

Aristotelicæ successionis scholam apud se instituret.

Subnectit etiam *Pamphili Presbyteri, Cæsariensis & martyris* elogia: in cujus schola ipse institutus erat, & qvem tantopere admiratus est, ut non solum de ejus vita & martyrio peculiarem Commentarium conscripserit, qvi non amplius extat; sed & nomen ejus sibi adsciverit, *Eusebium Pamphili* se ipsum appellans. Ad hoc seculum pertinet etiam *Victorinus Pictabionensis* Episcopus, celebris Scriptor, de cujus lucubrationibus *Hieronymus in Catalogo Scriptor. Eccles.* videndus est. Nunc solùm extat *Commentarius in Apocalypsin*, qvi tamen ipse dubitationem habet, saltem mutationem est passus: teste enim *Hieronymo* Millenariorum errorem in eo libro adstruxerat. Is verò, qvi hodie supereſt liber, contrarium habet.

Methodius qvoqve *Tyri Episcop.* commemorandus venit, sub Diocletiano martyrio coronatus, cujus librorum qvædam fragmenta, qvæ sola supersunt, *Epiphanius Hæres. 64. & Photius in Bibliotheca* exhibet. *Libellus* enim *revelationum* haud dubiè suppositititius est. Scripta *Hieronymus l.c.* recenset.

Floruit præterea sub Diocletiano *Arnobius*, Autor septemvoluminum contra gentes, qvibus hodiè *Minutii Felicis Octavius*, addi solet, ut suprà annotatum est: Et ejus auditor, *La-*

Lactantius Firmianus, Philosophi & Rhetores insignes, qvibus idcircò negotium fuit adversus *Hierodem* & *Porphyrium*, Philosophos gentiles συγχρόνους, acerrimosq; Christiani nominis hostes decertandi. *Lactantii Scriptorum* ab Hieronymo designatorum hæc extant: *Divinarum institutionum libb. 7. De ira Dei l. unus. De opificio Dei 1. Epitome in libros suos*, qvæ qvidem pro genuinis habentur. Attamen, cum Manichæi erroris maculas aspersas habeant, propter qvas Gelasius eos inter Apocrypha retulit, creduntur ab aliqvo Manichæo interpolati esse. *Carmina* verò sub ejus nomine venditata, utpote de *Phœnice, de passione & resurrectione Domini*, item *de Paschate*, non ejus sunt. Et primum qvidem illud gentilis Scriptoris esse apparet; posteriora *Venantio Fortunato* vindicat *Possevinus in Apparatu*.

17. Judæorum res hoc seculo prorsus attritæ erant, nisi qvod Imperatoris Alexandri beneficio permissum iis est in Judæa, sub Præfectis suis vivere. A legis tamen studio abstrahi non potuerunt, in conscribendis *Mischnajot* adhuc occupati. Absolutum itaqve est *Talmud Hierosolymitanum* Autore *R. Jochanan*, qvo tamen anno, incertum est. *Hierosolymitanum* qvoqve *Targum* conficitur, incertum & hoc, autore uno, an pluribus? *vid. Eliam in Præfat. sui Metargeman. Amoraorum*, i. e. Sententiario-

„ rum *ab* אמר dixit. qvi hoc seculo floruerunt
„ præcipui sunt, *Raf, Abba & Schemuel* Socii. *R.*
Jochanan in conscribendo Talmude, R. Josua,
„ filius Levi, R. Chanina, R. Ada, F. Abahab, R.
Juda, F. Ezechiel, R. Hana Babylonius, R. Nach-
„ man, Rabba F. Nachmonis, qvi auctor est Be-
reschit Rabba. R. Chasda, &c. qvos videre
„ est apud *Hottingerum Hist. sacr. cap. 3. Sect. 3.*
Scholas adhuc habuere partim in patria, partim
„ in Babylonia, Tiberiensem, Soranam, Nehar-
deensem, Pumbedithanem. Cum enim Disci-
„ pulorum in Judæa numerus deficere cœpisset,
Academias in Babylonem transferre coacti
sunt, qvod factum est, ut laudatus Autor habet,
„ circa annum 230.

18. Ex adverso qvam immensa cœperint incrementa res nostræ, qvô vetûm loco fuerint, aliunde melius cognosci neqvit, qvàm ex ipsis persecutionibus & interfectorum in iis numero, qvi iniri non potuit. Gravissima autem omnium, qvæ & postrema & decima fuit Ecclesiarum vastatio, sub *Diocletiano & Collegis* incubuit. Carino enim sublato, Diocletianus Maximianum adsciverat Imperii consortem pari potestate. Deinde cum in Ægy-

pto

pto Achilæus, in Britannia Carausius Tyrannidem sibi sumsissent, & Narses Persarum Rex Romanos fines incursaret, utrqve Imperator Cæsares dixerunt *Constantium*, *Chlorum* & *Galerium*. Ab his primùm qvidem particulatim sævitium est, & multis locis damnum datum. Carus etiam Romæ Episcopus occisus, cui Marcellinus successit. An. Chr. 296.

Maximianus totam legionem Thebæam, cujus Mauritius Tribunus fuit, sacrificia facere recusantem, semel atqve iterum militari more decimavit; tandem militibus circumdatam universam contrucidari jussit. An. Chr. 297. Et Galerius Nicomediæ Glycerium Presbyterum crudeliter prius verberatum, cœtumqve universum Christianorum, in qvadam domo congregatum, unà cum domo combussit. Anno verò Diocletiani decimo nono, (qvi qvidem annus est qvartus post trecentesimum à nato Christo, qvandoqvidem apud Chronologos constat, Diocletiani annos numerandos esse à 29. Augusti anni 284. vulgaris æræ) edicta de persecutione, toto passim Orbe Romano, ab Imperatoribus promulgata sunt, qvibus An. Chr. 304.

jubebant, ut templa Christianorum solo æqventur, libri undiqve conqvisiti comburantur, Episcopi in vincula conjiciantur, & omni ratione omnes homines ad victimas Diis immolandas adigantur. Et Diocletianus qvidem pridem jam edixerat: Ne cui vendere, aut emere, aut molere, aut aqvas haurire liceret, nisi statim thura incenderet. In hac itaqve persecutione tantùm in Ægypto occisa sunt 144000. hominum, & 700000. in exilium ejecta. Ex qvo ratio iniri potest de reliqvis Provinciis, qvantum ibi sanguinis fusum sit. Gallia tamen, Hispania, Britannia, Germaniaqve, qvibus præsidebat Constantius, mitius habitæ sunt, qvod à crudelitate ille abhorreret, & Christianis non esset inimicus. Accidit tum, qvod de illo *Euseb.* scribit *in vita Constantin. c. 16.* ut justis omnibus, qvi Diis sacrificare nollent, ab aula sua facessere, constantiam Christianorum exploraret. Qvicunqve enim officia sua gratiamqve Principis religioni postposuerunt, tanqvam pios

pios & fideles homines retinuit, reliqvis, qvi fidem abnegaverant, à se expulsis, qvod negaret, Imperatori fidem servaturos esse, qvi Deo suo non servâssent. Marcellinus Pontifex, qvi anno superiori fidem abnegaverat, hoc anno 304. ad Ecclesiam redit, & martyrium subit, successit ei Marcellus. Duravit autem persecutio ad annum 313. qvo Galerius Imperator graviter ægrotans suo & Constantii nomine edictum promulgavit de omittenda persecutione, & restituendis sacris locis, ubi Christiani tutò agant. *Euseb. l.8.c.17.*

Postqvam enim Diocletianus & Maximianus Herculis imperio se abdicâssent, & *Constantinus* cum *Galerio* Imperatores & Augusti esse cœpissent, Cæsares ab his creati sunt *Constantinus, Maxentius, Severus* & *Maximinus.* Constantio verò eodem anno in Britannia defuncto *Constantius* filius successit, ejus ditiones sub Imperium recipiens. Severus autem trucidatur Ravennæ à militibus, qvos Maxentius muneribus ad hoc conduxerat. In cujus locum Galerius, qvi & Maximianus vocabatur, *Licinium* Cæsarem creat, & non diu post, anno, qvem designa-

signavimus 313. φθειρόμενος extingvitur. Qvo eodem anno non solum Maximinus, postqvam Imperatorem seipsum dixisset, sicut & Romæ Maxentius fecerat, adversus Persas bellum in Armenia gerens, magna clade afficitur: propter qvam coactus est à persecutione desistere. Sed & Maxentius à Constantino ad pontem Milvium prælio superatus in Tiberi Pharaonis instar suffocatur. *Eusebius toto l. 8. & 9. ut & de vit. Const. c. 37. & 39.* Galerium Maximianum & Maximinum qvidam pro eodem ponunt, sed *Eusebius* diversa multa de utroqve memorans, non sinit pro uno haberi, qvi distincti sunt.

19. Hucusqve Deus permiserat frenum Tyrannorum furoribus, qvi postrema hâc persecutione decem continuos annos Ecclesiam exercuerunt: qvanqvam octavo anno remittere paulatim inciperent, pluribus ad metalla damnatis, qvam necatis, ut *Eusebius lib. 8. cap. 12. & 16.* tradit.

Qvomodo autem accipiendum sit, qvando ultimam hanc persecutionem dicunt, cum & *Julianus* posteà, & Arriani Imperatores similia Orthodoxis fecerint, (qvibus accedunt post Augustini ætatem, Vandalorum Reges) id explicat ipse *Augustinus lib. 8. de C. D. c. 52.* notans aliqvos,

qvos, qvi nullam Ecclesiæ persecutionem metuendam amplius putant, præterqvam eam, qvæ futura est sub Antichristo in fine seculorum, sicut etiam *Sulpitius* autumat : reprehendens qvoqve, qvi denarium persecutionum numerum superstitiosius observant, dum eam comparant decem plagis Ægyptiorum, post qvas populus è servitute liberatus est. Recenset autem hoc illas ordine, ut nos qvoqve fecimus ut *prima* sit Neronis, *secunda* Domitiani, *tertia* Trajani, *qvarta* Marci Antonini & Aureli Veri, *qvinta* Severi, *sexta* Maximini, *septima* Decii, *octava* Valeriani, *nona* Aureliani, *decima* Diocletiani. At qvibus ex causis Ecclesiam suam tàm graviter affligi passus sit Deus, explicat partim *Cyprianus Serm. de lapsis*, partim *Eusebius loc. cit. cap. 2.* Securè nimis agi cœpisse inter Christianos, neqve professionem simili vita ornari ; præsertim etiam apud cætuum ipsos Præsides, qvi Principatus Ecclesiarum, tanqvam Tyrannides, ambire cœperant, & contendendi pravo studio inter se exarserant : qvæ *Eusebii* confessio, cùm totius Ecclesiæ Pontificiæ Hierarchiam in ruborem det, qvippe in qva virtutes sunt, qvæ ille ut vitia reprehendit, malè *Baronium* habet *ad ann. 302. n. 8.*

Crudelitatis instrumenta, qvippe martyres torti esse leguntur, in Alphabeti seriem redegit *D. Dorscheus in præfixa admirantis mortis Chri-*

" *Christi saturâ.* Ea sunt: Asiatio, bos æneus, bestiæ, catabolum, catasta, circus, clavi, compedes, " crux, crurifragium, culeus, cyphonismus, decalvatio, decimatio, dentifragium, diasphendon, e" qvuleus, fidiculæ, fames, flagellatio, forcipes, frigidaria, fumus, furca, fustuarium, graphii, inscri" ptio, laceratio, lapidatio, laqvei, lenones, lingvæ abscissio, mare, metallifodinæ, muscæ, novaculæ, " obelisci, oculifodium, ollæ ferventes, oris diverberatio, pix ardens, plumbatũ flagellum, plum" bum liqvens, præcipitatio, proscriptio, puteus, raptatio rotæ, sagittæ, scaphismus, securis, sectio, " serpentes, stimuli, tunica molesta, tympanismus, vivicomburium, uncus, ungula.

Martyrum acta studiosè inqvirit *Baronius*, in qvibus adornandis præposterum studium fuit eorum, qvi fictis qvibusdam miraculis, egregias sæpè confessiones unà dubias reddiderunt.

Ceterum etsi nullis unqvam bellis mundus magis exhaustus est, qvam Christianorum suppliciis [*Sulpitii* verba, *è l. 2.* nostra faecimus] tamen & majore triumpho, nemo unqvam vicit, qvam Ecclesia, cum decem annorum continuis stragibus totis imò Tyrannorum omnium viribus, vinci non potuit. Qvoniam *qvicqvid natum est ex Deo, vincit mundum: & ea est victoria nostra,*

stra, qvæ vincit mundum fides nostra, ait *S. Johannes 1. Ep. c. 5.*

CAPIT. III.
SECTIO III.
Historia Seculi qvarti exhibens.

SUMMARIA:

Pax Ecclesiæ ab Ethnicorum persecutionibus, n. 1. *Meletii Hæresis aut Schisma; occasione lapsorũ & traditorum,* n. 2. *Constantini fides & Baptisma,* n. 3. *Constitutiones ejus Ecclesiasticæ,* n. 4. *Concilia qvædam habita,* n. 5. *Arianæ hæresis initium & progressus Concilii Niceni, primi œcumenici, Arii & Athanasii historia,* n. 6. 7. *De translatione imperialis sedis Constantinopolin.* n. 8. *Monasticæ vitæ incrementa,* n. 9. *Propagatio religionis ad Barbaros,* n. 10. *Mors Constantini M. & Successores, Athanasii afflictiones,* n. 11. *Sardicense Concilium & alia,* n. 12. *Constantii Imperium & in Arianos propensio,* n. 13. *Hæreses plurimæ,* n. 14. *Concilia: Sirmiense, Ariminense, Seleucienses,* n. 15. *Hæreses aliæ, & Monachorum deliria,* n. 16. *De Liberio, Roman. Pontifice,* n. 17.

Ju-

Juliani Imperium. De Athanasio ultima, ejusque Scripta, n. 18. *Alii Doctores & Scriptores*, n. 19. *Juliani Imp. Apostasia, persecutio & mors*, n. 20. *Joviniani breve Imperium. De Donatistis per occasionem dicitur, & de Apollinario, aliisque*, n. 21. *De Basilio & Gregorio, Nazianzeno*, n. 22. *Valentiniani & Valentis Imperium, & hujus in Arianos favor, Liberii Pontif. error*, n. 23. *Schisma Romanum, & Ambrosii Episcopatus Mediolan.* n. 24. *Mors Valentiniani & Successores*, n. 25. *Monachi*, n. 26. *Propagatio fidei. Valentis Im. mors*, n. 27. *Gratiani Imp. & Theodosii pietas*, n. 28. *Concilium Constantinopolitanum œcumenicum secundum*, n. 29. *Hæresis Priscilliani & aliorum*, n. 30. *Gratiani mors, & Maximi Tyranni*, n. 31. *Gesta quædam Theodosii*, n. 32. *Scriptores Ecclesiastici*, n. 33. n. 34. *Res Judaicæ.* n. 35.

I.

An. Chr. 319. ATrox persecutionum tempestas, qvæ hucusqve Christianis cœtibus incubuit, anno qvarti Seculi, qvod nunc ordimur, decimo nono, in serenum tranqvillumqve, summâ Dei benignitate mutata est, cùm lætum orbi sidus Constantinus, cæsis debellatisqve Ty-

Tyrannis rerum solus potiri cœpit: & gaviâ est Ecclesia hoc sereno ad seculi hujus finem, nisi quod nubecula citò transiens, Julianus & Arianum certamen atro sudum; tranquillum turbido aliquatenus infecit.

Postquam enim *Maxentius* in Tybri submersus esset, haud diu *Maximinus* superfuit: à Licinio semel atque iterum victus; non tamen bello, sed morbo obiit miserrimè; cùm priùs pro Christianorum libertate rescripsisset. *Euseb. lib. 9. cap: 10. Licinius* verò sororem Constantini in matrimonio habens, initio quidem pacem Ecclesiis & Constantino fidem servavit: deinde tamen in diversum raptum, ut infida esse solet societas regni, insidias illi struere, Christianosqve ejus causâ odisse, neqve aulâ solùm expellere, sed persequi variâ ratione cœpit: quod Constantinum, ut bellum ei faceret, permovit. Quo victor ad pacis conditiones accipiendas eum coëgit, restaurantem bellum aliquot præliis ita fregit, ut suppliciter vitam deprecari; & privatus

A.Ch. 325. posteà vivere coactus fuerit. Quod cum æquo animo ferre Licinius nequivisset, novasque res moliretur, interfici jussus est à Constantino, anno seculi vigesimo, vel secundùm Calvisium 25. *Eusebius l. 10. c. 9. seq. Zosimus, Orosius.*

2. Dum hæ in Imperio Romano vicissitudines alternantur, in Ecclesia vigente adhuc persecutione, quæstio *de recipiendis lapsis* renovari cœpit. Quidam enim Meletius Episcopus Thebaidis in Ægypto, ut tradit *Epiphanius*, Novati errorem in medium reduxit. At verò *Socrates lib. 1. cap. 4. Athanasius Oratione 1. contra Arrianos, & in Apolog. 2. & Theodoret. l. 4. de Fab. Hæret.* diversum tradunt, nimirum quod Meletius ipse à Petro Alexandrino fuerit ab Episcopatu depositus ex ea causa, quòd in persecutione idolis sacrificâsset: unde Meletium adversarium habuerit non ipse tantùm, sed & Achillas, qui post Petrum Episcopatum Alexandriæ habuit, & Alexander Achillæ Successor: quamvis præterea nihil ab Orthodoxia alienum Meletius doceret, sed Episcopis tantùm adversaretur, cœtusque separatum congregaret, qui deinde cum Arianis adversus Athanasium, aliosqve Orthodoxos, concitandis turbis conspirârunt. Ex lapsis fuit etiam *Eusebius* Historiæ Ecclesiasticæ concinnator,

tor, quod ei exprobratum est, à Potamone Heracleæ Episcopo in conventu Tyrio, ut *Epiphanius* tradit. *Hæres. 68.* quæ fortè causa est, quòd de lapsis omninò tacere se velle profitetur. *H. E. lib. 8. cap. 2.* Fuisse fertur & *Marcellinus* Romanus Episcopus, de cujus defectione *Acta Synodi Sinuessanæ* testantur, & quod judicio 300. Episcoporum damnatus sit; posteà tamen martyrio coronatus, cùm apud Diocletianum se denuò Christianum professus esset. De his tamen *Actis* non injuria dubitari, non solùm *Baronius ad Ann. 302.* sed & *Centuriatores* judicant: quos vide *Centur. 4. cap. 9.* Lapsum interim esse non negant *Damasus, Marianus Scotus, Platina*, alii. *Mantuanus* etiam carmine cùm thurificationem, tùm pœnitentiam prosecutus est. Successorem habuit *Marcellum*, quem *Eusebius* planè omittit, factumqve est similitudine nominis, ut, qui anni Episcopatus huic debentur; adhuc *Marcellino* attribui consueverint, qui post *Cajum* Ecclesiæ præfuit, de quo priore seculo diximus.

Concilium porrò in Africa quoqve est congregatum, in quo de Traditoribus actum. Sunt autem Traditores illi, qui sacros Codices vel Thesauros Ecclesiarum, Præfidibus Judicibusque urgentibus tradidissent: hâc enim ratione fidem abnegâsse arguebantur. Augustin. in Exod. c. 17. Judicatum est autem cum de his, tum illis, qui abnegârunt, si recipi se peterent, ut facto inter discrimine satisfactionis anni distribuerentur. Meminit etiam

Conciliorum Tomus Primus, *Ancyranæ Synodi* Anno 208. habitæ, in qua de lapsorum receptione & nonnullis aliis rebus actum sit, qua de Eusebius cæterique Ecclesiastici Scriptores omninò tacent.

3. Ad Constantinum reverti-mur, qui, quo pacto Christianus factus sit, recenset *Euseb. l. 1. de V. ejus c. 27. 28. 29. 32.* quod nimirum bellum contra Maxentium moturus, divina auxilia imploraverit, & eodem tempore iter faciens cum exercitu in cœlo viderit signum crucis, cum inscriptione τούτῳ νίκα hoc *vince*: quanqvam non tam crucis signum, quàm nominis Christi initiales literæ apparuisse videri possunt è *cap. 31.* ubi *Eusebius* formam Labari describit, id est, vexilli militaris, quod Constantinus fieri curaverat juxta imaginem visionis suæ, somnio insuper monitus: ait enim hastam longiorem auro contectam transversam habuisse antennam instar crucis; in hastæ summitate coronam fuisse affixam, gemmis & auro contextam, in qua salutaris appellationis signū, duas videlicet literas nomen Christi primis apicibus designavisse, literâ Græcâ ρ in medio sui decussatâ, quas quidem literas

in

in galea Imperator gestare post hæc etiam consueverit XP. Monitum itaqve per hæc Constantinum Sacerdotes de vero Deo & cultu ejus consuluisse, quidqve hoc signum sibi velit, ab iis didicisse & Catechumenum Ecclesiæ factum esse.

Fabulae sunt, quas de dubitatione Constantini in eligenda religione, deq; convocatis Romam Judæorum Sacerdotibus 130. accersitis etiam Christianorũ Episcopis 24. quibus praefederit Sylvester, ad explorandum, utra religio melioribus niteretur fundamentis, deq; miraculo Sylvestri, aurum in medium adducentis, & insusurratione in aurum necantis, vitaeque continuò restituentis, *Nicephorus l. 7. c. 36. Marianus Scotus l. Concil. & Zonoras t. 3.* nugati sunt. At de Baptismo disquiri solet, utrum à Sylvestro Romae, an ab Eusebio Nicomediensi Nicomediae in fine vitae, tinctus sit. *Eusebius* posterius tradit, quod Baptismi quidem tempus & locum attinet, de eo reticens, à quo Baptismum acceperit *l. d. V. C. c. 61. seq.* adstipulanturque illi *Hieronym. in Chronico, Ambrosius Oratione funebr. Theod. Socrates. l. 7. c. ult. Theodoretus l. 1. c. 32. & Sozomenus l. 2. c. ult.* quos *Magdeburgenses* sequi malunt. Prius autem *Baronius* ad ann. 324. ex *Actis Sylvestri Papæ* magnâ operâ adstruere, & testimonium Eusebii caete-

rorumque elevaret, conatur. De occasione porrò & tempore, quò ad Christianam religionem adductus sit, aliter alii sentiunt. *Zosimus*, gentilis quippe Scriptor, parricidia in Crispo filio & Fausta conjuge expiaturum, ad Sacerdotes ethnicos Romanorum accessisse eum scribit, & lustrationem criminum expetisse, à quibus id illi denegatum sit: contulisse itaque se ad Christianos, à quibus illicò hoc obtinuerit, religionique Christianæ nomen dederit. At verò *Baronius l. c.* ex indubitatis monumentis ostendit, quod diù antea Christianus fuerit: addit verò ex iisdem *Sylvestri Actis*, de lepra, qua Deus illum punierit post datum de consulendis haruspicibus rescriptum, & Crispi Faustæque perpetratas cædes: quodque peccatorum expiandi causa à Sylvestro baptizari voluerit, & hoc pacto à crimine simul & morbo sit liberaturus. De quo tamen prorsus tacet *Eusebius*, neque etiam cæteri ejus ætatis Scriptores quicquam meminerunt.

4. Cùm itaque Christianæ religioni se totum addixisset Constantinus, non solùm persecutionem inhibuit, exules Christianos revocavit, Dominica restituit: sed & privilegiis & immunitatibus Ecclesias dotavit, reditus Clericis assignavit, immunes eos ab oneri-

bus,

bus præstitit, atque Magistratuum Jurisdictione exemit : leges item promulgavit de disciplina, contra aruspices contra liberorum expositores, contra conjugum prostitutores & puellarum. De Feriis diei Dominicæ, de clericorum Testamentis, de pauperum alimentis, de non cogendis Christianis ad sacrificia, item contra Judæos prohibentes, ne quis suorum Christianus fieret, & plures alias Christiano Principe dignissimas constitutiones, quas duobus libris complexus est *Franciscus Balduinus ex Atrebatibus JCtus.* Lites præterea Episcoporum ut sopiret, nulli operæ pepercit : Conciliis Episcoporum ipse interfuit, conventus ut fierent, procuravit ; artium Doctoribus privilegia & stipendia fecit, sacros libros religiosè describi curavit, fatidicos gentilium libros abolevit, &c. quibus rebus effectum est, ut brevi spacio Ecclesia nuper vastata non coaluisceret tantùm, prisiinæqve redderetur formæ, sed & magnis accessionibus augeretur, cum infiniti indies ad fidem redirent.

Eusebius. Athanasius, Socrates, Sozomenus, Theodoret.

5. Viguit tùm maximè Schisma inter Donatum Montensium, de quibus suprà diximus, & Cæcilianum Carthaginis Episcopum, quem ille variorum criminum accusavit. Ideoq; Romæ conventu de hac re indicto Cæcilianus innocens pronunciatur. Anno Christi 314. At non ideò Donatistæ acquieverunt, sed appellantes ad Imperatorem Arelati in Concilio Episcoporum audiuntur, & Cæcilianus iterum absolvitur: quod tertia vice cum fieret, & Mediolani, quo Imperator utramqve partem evocaverat, Cæciliani causa rursum adprobata esset, Donatistæ exilio & vinculis mulctantur, nec nisi post quartum annum exorato Imperatore, exilio revocati liberique dimissi sunt, ex quo tempore clanculum agere, Romam atque alia in loca idoneos mittere, qui sententiam suam propagarent. Unde perniciosa hæresis enata est, de qua paulò pòst dicturi sumus. Apud *Euseb. H. E. lib. 10. cap. 5. Augustinum Epist. 68. & 152. & contra Ep. Parmen. cap. 5. Optat. Milev. lib. 1.*

6. Omnium perniciosissima hæresis Arriana fuit, mota circa annum 315. autore *Arrio* Presbytero Alexandrino, quem *Petrus* Episcopus Ecclesiæ primo-

dem

dem ejecerat, quod cum Meletio sentiret; reversus autem fuerat ad Ecclesiam sub ejus Successore Achilla; novasque & inusitatas de Filio Dei & Spiritu sancto jactare cœpit voces. Ob quas Presbyterio dejectus est ab Alexandro Episcopo, cui invidebat episcopalem dignitatem, ut *Nicephorus libr. 8. cap. 7.* indicat. Hinc aperta discordia nata est, cum Arrius etiam suarum sententiarum approbatores passim inveniret. Docuit autem, solum Patrem esse naturâ Deum & æternum: Filium esse quidem ante sæcula omnia à Patre genitum, &, ut loquebatur, creatum, sic tamen, ut aliquando tempus fuerit, quo non esset. Creaturam autem esse non ut sunt reliquæ, sed singularem adeoque unigenitum Patris, non naturâ Deum, sed gratiâ & participatione, atque ideò Patre inferiorem, non solùm honore, sed & potentia, neque eodem, quo ille cultu, afficiendum. Et licet sit imago essentiæ Patris, non tamen eandem, quam Pater habet, essentiam participare. Spiritum quoque sanctum à Filio

creatum extitisse ex non entibus, & minorem eo, nec totum filium capere, quemadmodum nec Patrem Filius capiat. Ex *Athanasio lib. de Arianis & Cath. Ambrosio l. 1. de fide c. 6. & 9. & l. 3. c. 7. Socrate l. 1. c. 6. Augustino ad Quodvult. l. & contra Felicianos cap. 6. Epiphanio, Philastrio, Faustino l. contra Arrianos.*

Propagatum est Arrii dogma non tardis successibus, nec solùm Alexandriæ, sed & apud alias Ægypti, & Africæ Syriæque civitates Et Alexander Episcopus contra Arrii blasphemias ad Episcopos vicinos perscripserat. Unde ad Constantinum res delata ægrè eum habuit. Igitur epistolis primùm ad Alexandrum & Arrium, conciliare sententias tentavit. Mox Osium Cordubensem, ut litem componeret, Alexandriam mittit, qui concilio ibi convocato, cujus tamen *Acta* exciderunt, ita quæstionem definiisse videtur, quod sanctissimæ Trinitatis οὐσίαν unam, tres verò ὑποστάσεις esse, dici possit, *Euseb. 2. de Vit. cap. 12. & Socrates libr. 1. cap. 4.* Cum verò hæc vocabula usu nondum recepta essent, &

apud

apud plerosque novæ turbæ inde exortæ essent, Concilium omnium toto imperio Episcoporum ipse indicit Niceam Bithyniæ urbem, quod celebratum anno 325. convenientibus illuc Ecclesiarum Antistibus, Episcopis & Presbyteris 318.

Quorum quidam martyrio functi erant, tres imprimis monoculi, Paphnutius, Potamon & Spyridion Cyprius: poplite insuper succisi, & ad metalla pridem damnati. Præsedisse in concilio nomine Sylvestri Papæ Osium Cordubensem, contendunt *Baronius*, & ex eo *Spondanus* ann. 318. n. 11. hâc usi ratione, quod alioqui fieri nequisset, ut vir hic primas in concilio partes haberet, & priùs etiam Alexandriæ Concilium convocaret, nisi auctoritate Sylvestri id fecisset. Ad id scilicet reditur, quod in principio probandum erat. Constat ex *Eusebio & Socrate locis citat.* has ei partes ab Imperatore, nullo Sylvestri interventu, cum jam ante apud Imperatorem in Bithynia versaretur, Sylvester verò Romæ esset, fuisse demandatas. Præsedisse verò Concilio Constantinum ipsum, & hortatorem Episcopis fuisse ad causam, è sacris potissimùm litteris examinandam; Eustathium porrò Antiochenum primùm in dextro latere sedisse, & nomine totius Synodi orationem ad Im-

Imperatorem habuisse, patet ex *Eusebio l. 3. de V. C.* & *Theodoreto l. 1. c. 7.* qui ibidem Principatum in Concilio Niceno Hosio asserit, quod & facit *Athanasius in Apolog. de fuga sua.* Caterùm quoniam acta Concilii plena non habentur, hinc inde ex Athanasio, & sequentis ætatis Scriptoribus colligenda sunt. *Gelasius* etiam Cizyceni Synodi historiam tribus libris complexus est, de qua ambigua sunt doctorum virorum judicia. Disputatum esse cum Arrio, inque ea Disputatione præcipuas Athanasii partes fuisse, ipso teste constat. Conceptam quoq; esse fidei formulam, quam refert *Athanasius* idem *Jovinianum Imp.* & *Epist. ad solitariam vitam agentes*, cui posteà adjecta est de Spiritu sancto confessio, ex decreto Synodi Constantinopolitanæ primæ, eique formulæ & Arrii damnationi subscripsisse omnes, qui aderant, etiam Arrianos simulatâ hæresis abjuratione, exceptis quinque, inter quos fuit Eusebius Nicomediæ Episc. Eusebium verò historicum, primum quidé restitisse, posteà tamen symbolum approbâsse, peculiari tamen modo, videre est apud *Socratem l. 1. c. 5.* ubi reperire etiam licet, quas de voce ὁμοούσιος disceptationes Concilii Patres inter se habuerint. Subscripsisse nomine Sylvestri Papæ Hosium Cordubensem, probat *Baronius* è Gelasio & *Photio.* Plurima tamen Gelasii exemplaria simpliciter Hosii subscriptionem.

cnem, nulla Sylvestri mentione, referunt, Viti etiam & Vincentii Romanæ Ecclesiæ Presbyterorum, suo non alieno nomine. Unde de fraude suspecta meritò sunt, quæ Sylvestri mentionem habent. Actum præterea est de Paschate uno die per universam Ecclesiam celebrando, Dominica sc. post 14. Lunam primæ lunationis ab æquinoctio verno: datumque negotium Alexandro Alexandriæ Episcopo Paschatis Cyclis conficiendi. Actum porrò de conjugio Clericis interdicendo, cui tamen legi Paphnutius intercessit. Actum de Romanæ sedis autoritate, non in omnes Ecclesias, ut vult *Baronius*, causatus de Canone sexto partem aliquam esse deperditam, sed solùm suburbicarias, nec non de sedium Alexandrinæ, Antiochenæ & Hierosolymitanæ privilegii: & si quæ alia decreta sunt ad Disciplinam maximè pertinentia, utpote quæ spectant receptionem lapsorum, & eorum, qui à Novatianis aut Cataphrygibus ad Ecclesiam Catholicam redire vellent. Quæ omnia prolixè *Eusebius* refert *l. 3. de Vit. C. c. 6. & seqq. Ruffinus lib. 1. c. 5. Socrates lib. 1. c. 5. & seqq. Theodoretus l. 1. c. 7. 8. 9. 10.* Fabulis similia sunt, quæ de miraculo subscriptionis fidei Nicenæ, factæ à Chrysantho & Musonio pridem in Concilio mortuis, *Nicephorus* narrat *l. 8. cap. 23.*

7. Finito Concilio, cùm Imperator, tùm Pa-

Patres Synodi decreta ad Ecclesias, Alexandri-
nam imprimis, perscripserunt: literas exhibent
citati autores. Romæ etiam congregato Itali-
corum conventu Sylvester Nicenam fidem pu-
blicè recepit. *Tom. 1. Conc.* Et Arrius durante ad-
huc Synodo simulans resipiscentiam, hactenus
in Ecclesiam receptus est, ut tamen Alexandri-
am non rediret. Quod cum impetrare quoqve
vellet per Constantiam Constantini sororem
Licinii Senioris conjugem, quam in partes Ar-
rianas pertraxerat Eusebius Nicomediensis, &
jam Constantini literas comparâsset, Athanasi-
us acerrimè obstitit. Quem interim, Alexandro
statim post actum concilium vitâ functo, Epi-
scopum Alexandrini elegerant. Meruit hâc re
Athanasius Imperatoris iram: præsertim cum
posteà perduellionis etiam ab Eusebio accusa-
retur. Veruntamen his quidem calumniis non
succubuit, quin purgato potius crimine non
solùm Augustum mitigavit, sed & effecit, ut Eu-
sebius, Nicomediensi; & Theognis, Niceno
Episcopatu pellerentur, qui paulo post tamen
in gratiam recepti sunt. At verò ubi Meletiani
junctis cum Eusebianis viribus, illum cædis
Arsenii cujusdam, stupriq; quod hospitæ insi-
disset, & confracti per Macarium Presbyterum
calicis accusarent, jussuque Constantini con-
ventus Episcoporum Cæsareæ primùm, in quo
Athanasius comparere noluit, posteà Tyri ha-
berен-

berentur, & Athanasius, qvamvis scortum in medium productum ipsum non noviſſet, Arsenusq; vivus & præsens calumniam redarguiet, deq; confracto calice nihil probari posset, nihilominus tamen per Eusebium Historicum, qvi judicem agebat, præsidente cum militibus Dionysio Comite Arriano, Episcopatu abdicatus, inq; exilium abire jussus est. Cumqve mox novâ calumnia, qvando ad Imperatorem, Constantinopoli tum degentem, se contuliſſet, in ipsum conficta esset, qvod videlicet minatus fuerit, se impeditorum, ne frumentum Constantinopolin deveheretur; tunc demùm Constantinus vinci se passus, in Galliam Treviros eũ abiegavit, magis ut inimicis eriperet, quàm ut puniret. Nam & omnia ei suppeditata sunt ab Imperatore, & Alexandriæ nemo alius in Episcopum illi surrogatus est. Accidit hoc anno 337. Ex *Athanasio, Socrate, Sozomeno, Theodoreto*, Prævaluit tunc Eusebiana factio, quæ eorum erat Episcoporum, qui oretenus, quamdiu Constantinus vixit, Nicenam fidem amplectebatur, re ipsa cum Arrio sentiebant: per quam effectum est, ut plures alii magni nominis Episcopi ipsis adversantes, in exilium à Constantino pellerentur, interque eos Marcellus quoque Ancyranus, cujus causâ Constantinopoli in Episcoporum factiosorum conventu cognita est; in quo & Arrius, cum priùs Jurejurando

A. Ch. 337.

Ni-

Nicenæ fidei adstipulatus esset, in Ecclesiam recipi à Constantino jubetur. Precibus tamen Alexandrini Praesulis Constantinopolitani effectum est, cum jam introducendus esset, ut in latrina publica alvum exonerans medius disrumpetur. *Athanas. Ep. ad Serap. & Orat. 1. contra Arrian, Socr. l. 1. c. 25. Sozom. l. 2. c. 28. Theod. l. 1. c. 14.*

§. Constantinopolis, cujus mentio facta est, non diu ante dedicata cratpenè omnium urbium nuditate, ut in *Chronico Hieronymus* habet, qui hoc factum refert anno 334. *Calvisius* tamen in annum 330. rejicit. Ut verò imperii sedem mutaret Constantinus, praecipua causa fuit Deorum cultus, quem abroleri Romæ æquo animo Romani non ferebant.

Byzantium autem, ut eligeret, pridem à Severo Imp. destructam, situs commoditas efficiebat: nam & ampliſſimae urbi sedem idoneam praebebat, & bellis contra Persas Barbarosque gerendis ex vicino commodis suppeditari auxilia poterant: quanquam ethnici Scriptores ruinae imperii hanc esse causā commenti sunt. Quos refellit *Augustinus de C.D.* Caeterùm nulla ibi deorum simulacra, aut aras erigi passus est Constantinus, Deo soli dedicatam esse urbem

bem cupiens, ſicut *Euſeb. l. 3. de V. Conſt. c. 48.* teſtatur. Reſtituerat paulò ante etiam Hieroſolyma ſeu Æliam, inque ea templum Salvatoris dedicatum à Concilio Epiſcoporum, hujus rei gratiâ Hieroſolymis congregatorum: in quo opere dum verſantur, inventa eſt ab Helena, matre Conſtantini, fœmina talium rerum curioſa, Crux, uti ferunt, Chriſti; unà cum clavis & inſcriptione Pilati, juxta hanc duæ aliæ cruces. Quæ igitur ex his vera Chriſti crux eſſet, cum aliunde cognoſci non poſſet, Macarius Hieroſolym. Ep. admoveri eas juſſit mortui hominis cadaveri, qui contactu crucis Chriſti vitæ eſt reſtitutus: ut quidem *Paulinus Ep. ad Sev.* & idem *Severus Sulp. Hiſt. l. 2.* teſtantur. *Ruffinus* autem, fœminæ animam agenti admotam eſſe ſcribit, quæ illicò convaluerit. *l. 1. c. 7. ſeq. Nicephorus* utrumque miraculum contigiſſe, *lib. 8. cap. 19.* contendit. At *Ambroſius Orat. in funere Theodoſii* non niſi ex inſcriptione cognitam aſſerit. Quæ autorum diverſitas rem ipſam dubiam incertamque reddit. Ex hoc tempore, crucis cultus in Eccleſia vigere cœpit. Quo de, ut & miraculo multiplicationis ligni crucis, cui quantum demtum eſt, illicò iterùm accrevit, deque clavis ferreis ſimul inventis, videndus eſt *Baronius ad an. 326. n. 10. ſeq.*

Post translatam imperii sedem, à Constantino, Romam antiqvam, imò Italiam & occidentis Imperio B. Petro ejusqve Successoribus, & tùm qvidem Sylvestro Papæ dono datum esse, qvondam in Ecclesia Romana jactatum creditumqve fuit, & insertum *Decretis* reperitur donationis diploma, habeturqve *dist. 16. c. Constantinus.* Superqve eo plurimum à Canonum Doctoribus disputatum est, aliis latius donationem extendentibus, aliis magis in arctum cogentibus, ut videre est apud *Lupoldum de Bebenburg de Jur. Regni & Imp. Rom. c. 13.* cui conferri potest *Petri de Andlo l. 1. de Imp. Rom. c. 11.* & in utrumqve *Marquardi Freheri annotationes.* Sed cordatiores Pontificii, ipseqve adeò *Baronius* commentum agnoscunt ac deserunt, immensam in Principes & Reges Romani Pontificis autoritatem à jure divino magis, quàm ejusmodi donationis contractu derivare præoptantes. Consule *Bar. ad ann. 324. n. 23. 24. 25. 26. 27.*

9. Monasticam vitam hoc etiam tempore primas egisse radices constat. De

De *Raulo* erimi cultore suprà dictum. Ejus institutum secutus est *Antonius*, magnus cognomine, qui persecutionis postremæ temporibus, cum diù martyrium percupidè expectasset, neqve consequi posset, magnam etiam opem martyribus Alexandriæ in carcere constitutis tulisset, ad monasterium in eremum reversus est. Ubi contracta sectatorum ingenti multitudine, disciplinam monasticam instituit, acrioribus jejuniis vigiliisqve corpus conficiens, cilicio vestimento interiore, exteriore pelliceo uti solitus. Ad eum & Athanasius ventitavit, & Constantinus filiiqve literas honorificas dederunt: eqve longinquis regionibus undiqve concursum est. Ex ejus discipulis multi, ad Episcopatus Ecclesiarum, propter sanctitatis opininem singularem vocati sunt. Romam etiam quidam venerunt cum Athanasio, qvi asceticæ vitæ consuetudinem ibi cœperunt, primaqve urbium fuit Roma, qvæ Monachos intra mœnia habuit, quorum vivendi rationem describit *Augustinus de Morib. Eccl. c. 33.*

Antonium 7. *Epistolas scripsisse linguâ Ægyptiaca, sed sensu & spiritu Apostolico*, testatum reliquit *Hieronymus de Script. Eccl.* Eidem tribuit *Trithemius* duos libros sermonum, qui extant in *Bibl. Patrum.* Sed aliquot annorum centuriis hos Antonio recentiores esse, apparet inde, quod in iis citantur Basilius, Nyssenus, Chrysostomus, Nilus, Photinus, &c. Antonio æqualis *Pachomius* fuit, ejusdemque instituti, quem ferunt Angelo dictante scripsisse regulam Monachorum, excusam Romæ inter opera *Cassiani.*

Fuit & *Oresiesis* & *Macarius Senior*, inter Antonii Discipulos, quorum ille, teste *Gennadio in l. de Viris illustr.* librum conscripsit *de institutione vitæ monasticæ*, hic *Homilias 50. ad Monachos*, quæ, ut & Oresiesis & Antonii laudata Scripta in *Biblioth. Patrum* exhibentur.

10. Ad propagationem Ecclesiæ referenda est non ea solùm accessio, quâ intra limites Romani Imperii, Imperatoris exemplo & erga pietatem favore, quàmplurii, ut ad fidem accederent, permoti sunt: sed & quod eandem apud Barbaras nationes Constantinus promovere non destitit. Cum enim

enim ejus magnitudinem omnes gentes venerarentur, & à Persis Indisqve legati cum muneribus ad eum accederent, hanc de se opinionem eò valituram credidit, ut religionem Christianam propagaret. Datis itaqve ad Saporem Persarum Regem literis, pacem Christianis in perside degentibus impetravit, ut habet *Euseb. de V. C. l. 4. c. 8. & seqq.*

Auctor præterea est *Ruffinus l. 1. c. 9.* quod hâc eâdem tempestate à Frumentio & Ædesio, Tyriis, Orbis perscrutandi gratia in Indiam interiorem delatis, atqve illic aliquandiu detentis, Evangelium Indis sit prædicatum: cùm enim ea pollerent ingenii perspicacia, ut Indorum Rex ministeriis suis adhibendos putaret, brevi eam potentiam nacti sunt, ut copiam Christianæ religionis exercendæ facere possent mercatoribus, aliisque è Romanis provinciis illuc ventitantibus. Quorum deinde Frumentius Alexandriam reversus, ab Athanasio Episcopum ad Indos mitti postulavit: qui neminem alium mittendum censuit, quàm ipsum Frumentium, Episcopali dignitate cohonestatum. Apud Iberos etiam, captivæ beneficio mulieris, Christiana fides prædicari cœpit. Postquam enim illa austeriore vita, famaqve miraculorum,

magnam de se opinionem excitasset, & Reginam gentis, solis ad Deum precibus morbo liberâtse, id effecit, ut regia domus & una gens universa ad Christianam religionem accederent, missique sunt ad Constantinum legati, qui Sacerdotes impetrarent, quorum ministerio Ecclesiæ constituerentur, ut habet idem *Rufinus l. 1. c. 10.* & post eum *Socrates l. 1. c. 16. Sozomenus l. 2. c. 6. Theodor. l. 1. c. 24.*

A. Ch. 338. 11. Anno à nato Christo 338. moritur Constantinus rebus gestis vere *Magnus*, deque Ecclesia, quam à Tyrannis liberavit, & de Republ. quam tutam ab incursionibus Barbarorum & florentem præstitit, devictis hinc Scythis, inde Persis, adque pacem adactis, optimè meritus. Triginta duos in imperio annos exegerat, cum Nicomediæ vitam clauderet, sexagenario major, successores relinquens filios, quibus regna sic divisit, ut Constantio Oriens, Constantino Gallia, & quicquid trans Alpes esset, Constanti Italia, Africa, Illyricum, Dalmatia, Thracia, Macedonia & Achaja cederent, ut scribit *Victor*. Arrianus erat Constantius, reliqui duo orthodoxi. Ille igitur Ablavium Prætorii

rii præfectum, Dalmatium item & Hannibalianum, Cæsarem alterum, alterum Armeniæ minoris Regem, à Constantino Patre creatum, pluresqve alios, partim qvod regno suspecti erant, partim quod recte de fide sentiebant, statim interficit.

Constantinus autem, dato ad Alexandrinos diplomate, Athanasio Episcopatum restituit, cùm exulasset biennium & menses quatuor: verùm Arriani restitutum absq; Synodali decreto causati, apud Julium Episcopũ Romanum, Marci, qui octo tantùm mensibus post Sylvestrum Episcopatum tenuit, Successorem eum accusant. Is Patribus Romam evocatis concilium cogit, in quo Athanasius se sistit. Dumq; adversarios expectat, Romæ sesquiannum permanet, & symbolum suum illic conscribit; mox absolutus à Concilio, remittitur ad Episcopatum, munitus literis Constantis Imper. At Constantius interim Antiochiæ, cùm templum aureum à Constantino Patre inchoatum dedicaret, & quinqvennalia imperii ibidem celebraret, convocata Synodo 90. Episcoporum dedicationis causâ, Gregorium qvendam eligi curat, qui Athanasio succedat, eumqve cum exercitu Alexandriam introducit, ubi cædibus in Ecclesiis multum damni datum est in ipsa

hebdomate magna: Athanasius tamen evasit aliquandiu delitescens, donec à Julio Romam iterum evocaretur, mansitqve ibi totum quinqvennium, dum Sardicensis Synodus à Constante Imp. convocata est, in qua iterum absolutus, inque suum Episcopatum restitui jussus, in Gallia tamen apud Constantem mansit, donec cæso Gregorio à suis auditoribus, ipse Constantius amicè illum revocaret. *Ex Athanas.*

A. Ch. 347. 12. In Sardicensi conventu Arriani nulla cum orthodoxis colloquia instituere voluerunt, causæ diffisi. Fugientes autem clàm Sardicâ, Philippopoli congregantur, & facto decreto, in quo Julium Romanum Ep. Athanasium, Marcellum, Paulum, (qui post Alexandrum Constantinopoli Episcopus factus, sed à Constantio, qui Eusebium Nicomediensem intrusit, expulsus est) Ecclesiae communione prohibent. Sabellianos etiam, & qui tres Deos, aut Christum non esse Deum, dicerent, damnant; item si quis diceret, Filium aliquo tempore non fuisse; vocem ὁμοουσίου tamen omittentes: in qua re de Arrii rigore aliquid remiserunt, quæ pluribus *Sozomenus* exseqvitur *l. 3. c. 10.* At, qui Sardicæ erant orthodoxi, inter quos & Hosius fuit, & Paphnutius, & Spiridio cum Serapione, nihil symbolo Niceno addere, neqve de eo quicquam demere voluerunt. Marcellum præterea, orthodoxiam simulantē recipiunt, quod

Ar-

Arianis calumniandi ansam præbuit, nam paulò post apertè ad Sabellianos defecit. Et quoniam Arriani sua decreta sub Sardicensis Synodi nomine priores evulgaverant, & ad Ecclesias transmiserant, à multis pro veris habita sunt, diuq; post errandi causam præbuerunt. Hanc Synodum *Athanasius* magnam vocat *Apol. 2.* Nam ex Occident. 300. ex Oriente 77. accesserunt, qui posteriores tamen Arriani erant, & haud diu ibi perstiterunt. ex *Athanas. Socrate, Theodoreto.*

Quod de Paulo Constantinopolitano Ep. dictum est, à Constantio ejecto, turbas adhuc majores peperit, Eusebio, qui pro illo intrusus est, vitâ functo. Cùm enim Paulus ab Ecclesia revocatus esset, Constantius Hermogenem Ducem mittit cum militibus, qui illum ejicerent: vulgus autem, seditione motâ, ædes, in quibus Hermogenes erat, incendit, ipso discerpto. Inde Romam Paulus confugiens, atqve iterum Constantinopolim delatus, denuò pellitur, eique Macedonius substituitur, in cujus ordinatione plures tribus hominum millibus occisi sunt. Ipse Thessalonicam expulsus, in carcere paulò pòst strangulatur. *Athanas. Ep. ad solit. Socrates l. 2. c. 9. 10. 21. Sozom. l. 3. c. 6. & l. 4. c. 2. & 8.*

13. Interim Constantius Imp. solus rerum potiri cœpit. Occiso enim

Constante dolo Magnentii, cum tertius ex Augustis fratribus Constantinus primum occubuisset, à militibus Constantis interemtus; soli Tyranni, quos metueret, supererant, Magnentius cum Decentio fratre, qui in Galliis & Veteranio, qui in Pannonia imperatoriam potestatem sibi sumserant. Nepotianum enim, qui Romæ idem sibi usurpaverat, ipse Magnentius occidi curavit: bellum itaqve gesturus cum Magnentio solos Christianos milites in exercitu habere voluit, cæteris in pagos dimissis, unde *pagani* posteà dicti sunt. Qvod nomen ad omnes gentiles deinde est traductum. Inter milites, qui tunc baptizati sunt, fuit & Martinus ille, qvi relicta mox militiâ totum se religioni mancipavit, & Episcopus factus est in Galliis, de qvo *Sulpitius* videndus. Cùm autem postremo adversus Magnentium prælio depugnatum est, Constantius ipse non interfuit discrimini, sed in templo precibus vacabat: cui aderat Valens Episcopus Arrianus, qvi per dispositos nuncios exploravit prælii exitum, & pri-

primus Imperatori nunciavit, hostes fugere, idqve se ex revelatione Angeli habere, ut suæ sectæ autoritatem adderet mentitus est. Primum id bellum fuit, in qvo Christiana castra Christianis, & Labarum Labaro contra steterunt. Magnentius ipse ad mortem adactus est: qvam priusquam sibi consciscere t, suis intulit. *Socrates l. 2. c. 27. Sulpit. l. 2. Zosimus. 2.* A.Ch. 353.

Solus itaqve potens, metuqve Tyrannorum solutus Constantius, cùm *Gallum* & *Julianum* patrueles Cæsares creâsset, stabiliendi imperii causâ; indies gravior orthodoxis, & imprimis Athanasio esse cœpit, qvem modis omnibus Alexandriâ ejicere conatus est. Indicto igitur Concilio Episcoporum Mediolanum, in qvo pauci Orientalium, Occidentalium verò trecenti convenerunt, ipse cum militibus judicio præsidens, Athanasium accusat, neqve tamen pervincere potuit, ut à Patribus damnaretur. Iratus ergò his, in exilium eos ejecit; quos inter præci-

cipui, Lucifer Calaritanus, Dionysius Mediolanensis, & Eusebius Vercellensis, Episcopi fuerunt: mox & Liberium, qui in Julii locum biennio antè successerat, Romæ evocatum permovere ad Athanasii damnationem, frustrà conatus est. Illum igitur in Thraciam, Hilarium verò Pictavorum Ep. in Orientem exulatum traducit: Syrianumqve mittit cum exercitu, qui Athanasium comprehenderet. At ille miro modo effugit, navigio evadens, inde plurima cædes Alexandriæ data, totamqve per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, sedibus suis Episcopi expulsi, Arrianis locum vacuefecerunt. Non cessârunt tamen Orthodoxi, vel in ipsis exiliis suis, ut Lucifer Claritanus & Hilarius magno animo, scriptis etiam literis Constantium reprehendere. Arrianosque suis coloribus ei depingere. Athanasio interim in desertis Ægypti latitanti ad Constantii usque mortem, Georgius vi intrusus, surrogatus est, *Athanas. Episcop. ad solit. vit. Sect. libr. 2. cap. 29. Sozomen. libr. 4. cap. 8. Severus libr. 2. Lucifer pro Athanasio.*

14. Ab-

14. *Audæanorum* hâc tempestate Hæresis viguit, quamvis sub Valentiniano *Theodoretus* Audæum collocet; in hoc ab *Epiphanio* & *Augustino* diversus. Fuit autem Audæus Syrus è Mesopotamia oriundus, qui docuit, Deum humanam formam & membra habere, juxta ea Scripturæ dicta, quae de Deo, humano more, loqvuntur, quæ ille contendebat propriè accipienda esse. Ejus asseciæ plerunque in monasteriis habitabant, inque Paschate celebrando cum Judaeis sentiebant, caeterâ vitâ sancti & innocentes, divitiasque Episcoporum reprehendentes. Persecutionem ob hoc passi, & in Gothiam usque expulsi, atque inde iterum ejecti, in montanis domicilia habuere. *Theodor. de Fab. Hæret. Epiphan. Augustinus.* Audaeum excepit *Photinus*, quem Scotinum *Athanasius* aliquando nominat, Marcelli de quo praediximus, discipulus, divinam, aut quamvis aliam in Christo naturam negans, praeter eam, quam à Maria accepit; neque propriam concedens Spiritui sancto ὑπόστασιν, quem Dei virtutem aut operationem vocare maluit, Samosateni & Sabellii erroribus in unum redactis. Novas etiam Arrianismus Sectas produxit, *Semiarianorum*, *Aëtianorum* seu *Eunomianorum* & *Macedonianorum*: quorum primi minorem quidem Patre filium, attamen è

Pa-

Patris essentia productum, fassi sunt. Vocem consubstantialis aversat, secundi Arrii blasphemias integras retinuerunt, Filium à Patre creatum ἐξ οὐκ ὄντων statuentes, & gignere in Deo idem esse, quod creare. Ideòque *Exucontii* quibusdam dicti sunt: & *Anomœi*, quod filium per omnia ἀνόμοιον Patri crederent, cùm Priores non negarent, ὁμοιούσιον dici posse. Denominati verò sunt ab Aëtio Syro Antiocheno Diacono, cui brevi intervallo successit Eunomius Episcopus Cyricenus; eorumque fuêre præcessores & socii, *Eudoxius*, *Ursatius*, *Valentinus*, *Uranius*, Tyri Episcopus, &c. Ab his non multum distabat *Acacius*, qui similem Patri Filium concedebat, sed sola voluntate. *Sozom. l. 4. c. 12. & 16. Ruffinus l. 1. c. 25.*

Macedonium quod attinet, primum acerrimus ille Homousianorum persecutor fuit, ut *Socrates* indicat *l. 2. c. 38.* Postquam verò Constantinopoli Episcopus factus est, in quibusdam ab Arrianis dissentire cœpit, creaturam appellare nolens, quem Filium Scriptura nominat: qua de causa ab illis rursus ejectus est. Condemnationem igitur non ferens, novæ sectæ autor extitit de Filio cum Semiarianis statuens; de Spiritu S. verò cum Eunomianis, quod sit

sit creatura Patris & Filii minister: quamvis *Augustinus* aliter eum sensisse scribat. Quem vide, ut & *Ruffinum lib. 1. cap. 25. Sozomen. lib. 4. c. 27.* Ejus asseclæ propterea Pneumatomachi dici consuevêre.

Cum Constantinopoli depositus est, Eudoxium, de quo modò diximus Antiocheno Episcopatu per Semiarianos in conventu Seleuciensi dejectum, successorem nactus est. Is est Eudoxius, qui blasphemum illud Paradoxon adinvenit, quòd Pater sit ἐκσεβὴς, Filius εὐσεβὴς, teste *Sozomeno*. Sed hæc posteà acciderunt.

15. At verò Constantinus, ut se ab hæreseos Arrianæ suspicione liberaret, *Sirmii* in Pannonia novam *Synodum* convocat, anno 357. in qva Photinum per suæ Partis Episcopos damnari curat, novâ confessione adornatâ, cui tormentis adacti sunt, subscribere Hosius jam centenario major, & Liberius, qui prætereà in damnationem Athanasii consensit, qvod Hosius facere constanter renuit. Biennio tamen post *Arimini* in Gallia Cisalpina ab occidentalibus Episcopis numerosissima *Synodus* habetur: nam quadringenti ferè con-

A. Ch. 357.

ve-

venerunt: in qua confessio Sirmiensis abrogata; Nicena fides denuò confirmata est. Cumque legatos è Concilio ad Imperatorem misissent, indicaturos quid decreverint, detentis ille legatis Patribusqve Arimini per Taurum Prætorii Præfectum, ne dilabi possint, conclusis, aliam formulam proponit, in qua *Consubstantialis* vox prætermissa est, quâ non solùm legati, sed & Ariminenses Patres approbare coacti sunt. Teste *Sulpitio l. 2. Hist.*

Interim *Seleuciæ* in Isauria Orientales quoqve convenerunt, interque eos *Hilarius*, qui tunc adhuc exulabat, seqventi demùm anno ab imperatore pristinæ sedi restitutus. Damnati sunt illic Acaciani, Acacio Cæsareo Episcopo ὁμοίῳ κατὰ πάντα, quod solâ voluntate Filium Patri similem dicerent, essentiâ similem negarent, quod Semiarianis placebat. Damnati verò Constantinopolim ad Imperatorem confugiunt, & vicissim Semiarianos Ecclesiis ejiciendos pronunciant, faventem nacti Constantium, qui acta in Seleucia ægrè ferens, sopitam omnem controversiam ma-

maluisset. Sedibus igitur expellit, quos hi decreverunt ejiciendos, restituto tamen Hilario, ut prædiximus è *Sulpitio l. c.* Acta etiam est *Synodus Arrianorum Antiochiæ* propter Meletium, quem isti Ecclesiæ præfecerant. Verùm is, partibus Arrianorum desertis, ad Orthodoxos transierat. Damnatum igitur Constantius Antiochiæ tùm præsens, cùm adversus Persas proficisceretur, in exilium ejecit, ut habet *Sozomenus l. 4. c. 28.*

16. Fuisse sub Constantio etiam Euchitas hæreticos, sive Massalianos, testis est *Epiphanius Hæres. 18.* qui ex eo, quod Christus *Luc. 18.* dicit, *semper esse orandum*, preces solas sufficere, cætera cuncta parvi esse facienda, asseruerunt: laborem manuum prætermittentes eo prætextu, quod rursus Christus jussisset, *Johann. 6. operari cibum, qui non perit:* licet essent Monachi, quorum ex ejus temporis instituta professio erat, labore manuum victum quærere. Confer *Theod. l. 8. c. 10.* & *Damasc. Hæres. 80.* Alia Monachorum Ægyptiorum deliria vide apud *Spondan. ad ann. 361. n. 11.* Et Monachorum Armenorum, quorum Princeps Eustasius sive Eutactus, de quo *Epiphan. Hær. 40.* qui neminem Deo gratum esse posse, nisi bonis omnibus re-

nunciet, inq; solo Monachatu homines salvos fieri docuit. Adversus quem Gangris in Paphlonia Synodus habita est, de cujus tempore dubitatur: *Barquius* in anno 361. ejus mentionem facit; existimat autem reponendum in annum 319. eo, quod Hosius ei interfuit, quem eo tempore constat in Asia fuisse.

17. Liberium, ut diximus, Sirmii damnationi Athanasii subscribentem, Constantinus Romam remiserat: at Romani, quamvis eum cupidè priùs expetiissent, tunc tamen recipere noluerunt, quod Arrianis communicaverat, & Felici, qui per ejus absentiam pro Episcopo se gesserat, adhæserunt. Hinc enatum grave Schisma in Ecclesia Romana, multiqve à magistratibus oppressi necatique sunt, quod Liberio ex Imperatoris mandato communicare nollent. Et Felix quidem adversus Arrianos & Constantium imprimis vexillum erigens, ejus jussu interfectus martyrium consummavit. Liberium exinde Romani unanimes receperunt, quod & ipse, facti sui pœnitens, Arrianos abominaretur, neque obtruso Ariminensibus patribus fidei symbolo subscribere vellet, cui etiam Concilio, subodoratus, quod eventurum erat, præsens interesse noluit, teste *Baronio Martyrol. Rom.* Qui multum laborat, ut ab Hæreseos crimine Liberium defendat, Pontificum successionē ita ordinans, ut Liberius tempore

pore quoqve exilii legitimus Papa fuisse existimandus sit, donec à Clero Romano ejus lapsus audiretur, ex quo tempore Felicem receptum totius Cleri consensu, verum esse cœpisse Episcopum, ad vitæ finem. Quò demum tempore Liberius novâ electione fuerit introductus, qui Felicis acta atque ordinationes etiam ratas habuerit. In quo negotio utrùm suas ille hypotheses tueri possit, ipse viderit. Liberium enim verum Papam fuisse, & tamen legitimum successorem habuisse, dum adhuc vixit, cogit dicere, depositum esse ab Episcopatu: quod utrum in alio crimine, quàm Hæresεων, (in Romanis Pontificibus nunquam inveniendo) possit contingere, decernat Ecclesia, si velit.

18. Anno à nato Salvatore 361. *A. Ch.* ætatis 44. Imperii post patrem defun- *361.* ctum 2c. Constantius moritur in itinere, cùm è bello Persico rediret, audito, quod Julianus, quem Cæsarem fecerat, imperium à militibus delatum arripuisset, & Constantinopolim properaret.

In fine vitæ pœnitentiam cum egisse de Hæresi, *Gregorius Nazianz.* asserit, eumque in *Orationibus, quas contra Julianum scripsit,* comparatione scil. Juliani. non mediocriter laudat. *Athanasius* tamen *de Synod. cæteriq; omnes* te-

stantur, ab Euzojo Antiocheno Episc. Arriano, cùm morti propinqvus esset, fuisse baptizatum.

Post Constantii igitur mortem, Alexandrini, cæso Georgio Pseudo-Episcopo, Athanasium revocant, quem tamen Julianus mox iterum expulit. Exiens de Juliani brevi imperio vaticinatus est, *nubecula*, inquiens, *est, citò transitura.* A cujus morte Joviniano petenti fidei formulam, Nicenum symbolum præscripsit, & Alexandriæ in Episcopatu suo quietus egit, ad annum 372. qui est Valentiniani Principis nonus, quô demùm anno post innumeros pro tuenda Orthodoxia labores, exactis in Episcopatu annis 46. moritur, Scriptis etiam plurimis in Ecclesiam utilis, quibus tamen multa afficta sunt.

Pro genuinis habentur *Oratio contra Idola. De incarnatione verbi. Ad Epictetum Epistola, ad Antiochenos Epistola. Liber de æterna substantia Filii & Spiritus Sancti cum Deo. Homilia, quod Christus sit unus. Ad Adelphium contra Arrianos. Orationes quatuor contra Arrianos. In hoc dictum: Ex Deo Deus est Verbum,*

bum. *In hoc dictum*: *Omnia mihi tradita sunt. Compendium è superioribus contra eos, qui Spiritum Sanctum dicunt esse creaturam. Apologia ad Constantium. Apologia de fuga sua. Epistolæ ad omnes Orthodoxos. De sententia Dionysii Alexandrini. De decretis Nicenæ Synodi contra Eusebium. Apologia contra Arrianos secunda. Ad Serapionem Epistola. Ad Jovianum Imp. Ad solitariam vitam agentes Epistolæ. De Synodis Arimini & Seleuciæ. Ad Draconitium. Ad Episcopos Africæ Ep. De incarnatione Verbi. De assumtione humanæ naturæ. De incarnatione Christi. De salutari adventu Christi contra Apollinarem. Ad Maximum Philosophum oratio. In passionem Salvatoris. De titulis Psalmorum ad Marcellinum. Ad omnes ubiq; per Ægyptum & Syriam. Refutatio contra hypocrisin Meletii. Ad Serapionem Episc. Thmuteos, Epistola. In illud: Quicunq; dixerit verbum. Declaratio Levitici de diversa ejusdem rei nomenclatura. Synopsis Scripturæ. Symbolum denique, de quo supra diximus. Quod omen Scultetus inter dubia Athanasii reponit, quia in multis Msctis exemplaribus non repertum est inter ejus opera.* Cætera manifestè supposititia vel sua prodit indoles, Athanasii non esse, vel apertè suos autores præferunt. Antonii vita, quam conscripsisse Athanasium *Hieronymus* testatur, pugnam habet, Bellarmino

mino aliisque è Pontificiis contendentibus, li-
,, brum, superesse, eumque esse, qui habetur ho-
die inter ejus opera: at verò non reperire licet
in illo, quæ promittit Hieronymus, & tantò viro,
,, quantus Athanasius fuit, planè est indignus.
Quod *Disputationem* attinet inter Athanasium
& Arrianum Niceæ, ut fert titulus, habitam, fi-
,, eri potest, ut sit Athanasii liber, certò tamen id
asserere viri docti non audent. *Expositionem*
fidei, ideò Bellarminus negat ejus esse, quod non
videatur duplex symbolum edidisse, & quæ-
,, dam cum symbolo pugnent, quæ conciliari ta-
men possunt. *Liberii epistolam ad Athanasium,*
& hujus responsum, idem Bellarminus censet,
,, esse suppositititium, quod Liberius tàm demissè
ad Athanasium scripturus non fuisset: & quod
responsio formam Ecclesiæ non præferat, sed
,, confessionis potiùs alicujus: quæ utraque ra-
tio nondum sufficiens indicium suppositii
fœtus habet.

Eusebii Cæsariensis Episcopi, quem Arria-
nis faviisse supra innuimus, quæ Scripta super-
sint, distulimus hactenus referre, quamvis ille
diu ante Athanasium vita abierit, non multùm
Constantino M. superstes. Scripsit *de præpara-*
tione Evangelica, l. 14. De Evangelica demonstra-
tione, l. 10. Plures autem fuisse, *Hieronymus in*
Scriptis Eccl. testatur. *Historiæ Eccl. libros 10. De*
vita Constantini libros 4. in quibus comprehen-
sa

ſæ ſunt Orationes, à Conſtantino ſcriptæ. *Adverſus Hieroclem, l. 1. De Philoſophorum diſſenſu, l. Chronicon*, cujus *Hieronymus interpres & concinnator* fuit. Neque inter hæc opera ullum eſt, de quo ſit dubium.

Non omittendus porrò nobis eſt *Juvencus*, Euſebii æqualis, Hiſpanus genere, dignitate Presbyter, qui quatuor Evangelia carmine heroico complexus eſt totidem libris. Quod opus *Hieronymus* aliquoties laudat, hoc verſu ordiens:

Immortale nihil mundi regione tenetur.

Fuit & *Serapion* Thmuteos Epiſcopus ſub Conſtantino & filiis, cujus *liber contra Manichæos* extat apud *Caniſium Tom. 5. antiq. lect.* Et *Julius Maternus Firmicus*, qui, præter *Mathematica*, volumen ſcripſit *de myſteriis & erroribus profanarum religionum*, idque filiis Conſtantini dedicavit, legiturque hodiè *in Bibliothec. Patrum.*

19. Addendi ſunt his, qui ſub Conſtantio floruêre Scriptores Eccleſiaſtici: *Victorinus Afer, Rhetor*, quem *contra Arrianos & in Epiſtol. Paulinas Commentaria* ſcripſiſſe, non ſatis cautè, *Hieronymus in Scriptoribus Eccleſ. & in proœmio Epiſt. ad Galatas* teſtatur. Extant nunc *in Bibliotheca Patrum tres ejus Hymni de Trinitate*, & *Heroicum carmen de Maccabæis.* Hi-

larius Pictavorum Episcopus, cujus sunt ista: *de Trinitate libri 12. Adversus Constantinum Aug. l. 1. Ad eundem libri duo. Adversus Auxentium Arrianum l. 1. De Synodis contra Arrianos l. 1. In Matthæum Commentaria & explanationes in Psalmos aliquot.* Adscribitur etiam Hilario *Epistola* & *Hymnus ad filiam Apram*, quæ Erasmus notha esse censet, ex Origene desumta: *Bellarminus* genuina asserit. *Epistolæ* argumentum est dissuasio matrimonii. Liber præterea *de Patris & Filii unitate*: atque *alter de essentia Patris & Filii*, qui utrum Hilarii sint, dubitatur, quod eorum *Hieronymus* non meminit. *Epistolas* verò, quod spectat *ad Augustinum*, & *carmen in Genesin*, libris ejus accenseri illa nequaquam possunt. Nam dum Hilarius vixit, Augustinus nondum fuit Christianus: & carmen Leoni Papæ inscriptum est, Hilario longè recentiori. In *libris de Trinitate* docet, nullum fuisse sensum doloris in Christo, cùm pateretur: & Verbum recessisse ab humana natura, cum Christus clamaret: *Deus meus, quare me dereliquisti?* Sed hi privati errores fuêre, & scribit *Bonaventura lib. 3. Sent. Dist. 16. q. 1. Art. 1.* Hilarium hæc peculiari aliquo libro retractasse, qui tamen non extat.

Lucifer denique *Calaritanus* hîc quoqve memorandus est, de cujus adversus Arrianos & Constantium inpri-

mis

mis zelo, suprà meminimus, qui nimius fuit ferè, ut de eo *Sulpitius l. 2. Hist.* scribit. Posteà tamen, cùm Antiochiæ Paulinum ordinásset Eustathianis Episcopum, qui à Meletianis discedebant, & Eusebius Vercellensis illum non probaret, ita dissidere inter se cœperunt hi duo, ut novo Schismati Luciferiano inde facta sit occasio, & se invicem ab Ecclesia separarent. *Socrat. l. 3. c. 9. Sozom. l. 5. c. 13. Theodor. l. 3. c. 4. & seq.* Libri ejus qui extant, hi sunt: *Ad Constantium Imp. libri duo. De regibus Apostaticis l. 1. De non conveniendo cum hæreticis, l. De non parcendo delinquentibus in Deum, l. Quod moriendum sit pro filio Dei, l. Epistola ad Florentium.* His operibus adjiciuntur in *editione Parisiensi, anni 1568. Epistola Florentii ad Luciferum. Duæ Epistolæ Athanasii ad eundem. Epist. Liberii Papæ ad Constantium. Epistola Athanasii ad servos Dei*, nec est de his Scriptis dubium, quin eorum sint autorum, quorum nomina præferunt.

20. Ad Julianum revertimur, qui certior factus de Constantii obitu, pro-

tinus Constantinopolim ingreditur, Christianâque religione palam deserta, Deos colere incipit. Episcopos tamen utriusque partis ab exiliis suis revocat, & in sedes suas restituit, eosque convocatos ad concordiam hortatur: *audite me*, inquiens, *quem audierunt Alemanni & Franci Themistium*, Philosophum ethnicum, præfectum urbis, *Libanium* Sophistam Quæstorem facit, templa Deorum aperiri jubet: ipse Pontifex Max. consecratur, victimasque immolat; tanta copia, ut proficiscente eo ad bellum Persicum, vulgò dictum sit, boves defuturos, si Julianus salvus rediret. Christianos initio blandimentis ad apostasiam pellicere conatus est, sed plerumque frustrà: quanquam Ecebolius Rhetor Constantinopolitanus, talibus illecebris permoveri se passus est, ut Ethnicismum rursus amplecteretur, quem post Juliani mortem, pœnitentiam sacci agentem, & humi stratum concalcariqve se pedibus fidelium orantem, Ecclesia iterum recepit, ut *Socrates* docet *lib. 3. c. 11.* Cùm verò blanditias nihil pro-

tinus Constantinopolim ingre…
stianaque religione palam ce…
os colere incipit. Episcopos…
triusque partis ab exiliis…
in sedes suas restituit, eosque…
tos ad concordiam hortatur: …
inquiens, *quem audierunt Alam…*
Franci Themistium, Philosophu…
cum, praefectum urbis, Liba…
philium Quaestorem facit, temp…
rum aperiri jubet: ipse Ponti…
consecratur, victimasque imm…
ta copia, ut proficiscente eo…
Persicum, vulgo dictum sit, …
futuros, si Julianus salvus redi…
stianos initio blandimentis ac…
am pellicere conatus est, sed…
que frustrà: quanquam Ecebo…
tor Constantinopolitanus, …
cebris permoveri se passus est…
cissimum rursus amplecteretur…
post Juliani mortem, poeniten…
cti agentem, & humi stratum…
carique se pedibus fidelium…
Ecclesia iterum recepit, ut Socr…
cet *lib. 3. c. 11.* Cùm vero blandi…

proficere vidisset, alium vultum indu-it, & persequi Ecclesiam cœpit, maximè orthodoxam. Donatistas enim, quos lata lege Constantius pridem compescuerat, & exiliis multaverat, in integrum restituit.

Judæis etiam licentia facta, ut urbem sanctam templumque instaurarent; tributum hoc nomine remisit, & prætereà sumtus suppeditavit: qui inde truculentiores redditi, templa Christianorum cremant totâ ferè Palæstina: sed dum urbem instaurare conantur, ignis è terra erumpens ædificantes abegit, & quod ædificatum erat, terræ motu corruit, locupletissimis hujus rei testibus, *Gregor. Naz. Orat. 2. in Julianum, Chrysostomo Homil. 4. in Matth. & Hom. 41. in Acta. Ruffino l. 1. c. 38. seq. Socrate l. 3. 17. Sozomeno l. 5. c. ult. Orosio l. 7. c. 30.*

Ut verò tutiùs in Christianos grassaretur, multitudinem eorum reveritus, prætextus varios occidendi excogitavit, vexandique Christianos licentiam gentilibus dedit: plures hinc passim martyres facti sunt: utque cogerentur Christiani Diis immolare, Constantinopoli omnia venum exposita sacrificiis polluit, Scholas Christianis clau-

claudit, eorumque liberos in literis instituì vetat. Filici causas invenit, quibus eos bonis spoliaret, addens in edictis suis plerunque rationem, quod Evangelium pauperes beatos prædicet. Milites quoqve sacrificare nolentes exauctoravit, quos interfuit Valentinianus, qui posteà imperavit: hic comes Imperatoris, cùm aliquando templum Fortunæ ingrederetur, ab ædituo lustrali aqua aspersus, est: quod factum inflicta ædituo alapâ vindicavit, inspectante Juliano: ut *Socrates* de eo narrat *l. 3. c. 11.* Cæterum hic Juliani furor non ultra sesquiannum duravit. Bello enim Persico, quô temeritate sua exercitum Romanum in magnum discrimen adduxit, in ipsa acie ab aliquo, incertum hoste, an suo milite, lanceâ transfixus non sine blasphemia occubuit.

A. Ch. 363. Scribit enim *Theodoretus*, quod simul ac plagam accepisset, sanguine manum implevit, eoque in aërem projecto exclamaverit: *Vicisti tandem Galilæe*: sic enim per contumeliam Christum vocare consueverat. Christianorum sanguinem devovisse Diis suis ante profectionem,

nem, si salvus rediret, testantur iidem, qui supra laudati Autores. *Libanius* apud *Socratem* Christianos in crimen vocat interfecti Juliani, sed sine causa. Mors ejus multis omnibus prædicta est, de quibus videndus *Ammianus in Juliano*. Videatur imprimis, juxta cum *Eccles. Histor. Scriptoribus, Gregor. Nazianz. in Orat. adversus Jul.* Scripta ejus, quæ contra religionem Christianam elucubravit, quorum adhuc extat pars magna, *Dionysio Petavio* edita, *Suidas enumerat*.

21. Postridiè Juliani necem *Jovinianus* à militibus Imper. eligitur, vir pius & Christianus, qui factâ cum Persis pace Constantinopolin regreditur, dumque adhuc in via est, nocte quâdam in casa recens incrustata, fœtore pruinarum, quibus illa exsiccanda erat, extinguitur, postquam templa gentilium claudi, milites propter fidem expulsos revocari, labarum, quod Julianus removerat, exercitui præferri, Ecclesiis congiaria restitui jussisset; Episcoposque omnes orthodoxos, pariter & Arrianos ad pacem ineundam hortatus esset: Scriptisque ad Athanasium literis ab exilio eum revocâsset, fideique formu-

mulam ab eo mitti sibi, postulâsset. *Athanas. ad Jovin. Gregor. Nazianz. Socrates, Sozomen. &c.*

Donatistas à Constantio coërcitos, à Juliano restitutos esse diximus, hi à Donato, Montensium Schismaticorum in Africa, Episcopo, nomen suum nacti, mox è Schismaticis Hæretici facti sunt, cum Donatus alter Carthagini eorundem Schismaticorum Episcopus sub Constantino M. nugari inciperet, totam periisse Ecclesiam, & in suis duntaxat partibus, in Africa reliquias ejus remansisse, & communione malorum bonos pollui, ipsaque Sacramenta per malos administrâta virtute suâ carere contenderet. Qua de causa eos rebaptizabat, qui in Catholica Ecclesia erant baptizati. Eius Sectatores, licet singularem præ se ferrent sanctitatem, variis tamen sceleribus se commacularunt, tumultu & latrociniis grassantes, quâcunque venerunt: suisque se manibus perimentes, martyrium complere hoc pacto credebant. Cùm igitur Julianus illis ad omne scelus fenestram patefeciisset, licentiâ datâ in Catholicos grassandi, dici nequit, quantam ii tyrannidem cædibus, rapinis, occupationibus templorum, profanatione vasorum sacrorum, exiliis Episcoporum, stuprationibus virginum, vendicatione possessionum alienarum & similibus, exercuerint: quæ illis objicit *Optatus Milevitanus* in Numi-

dia

dia Episcopus, qui hoc ipso tempore *septem adversus Donatistas libros* concinnavit ad Valentinianum Imp. hodieq; superstites: quanquam *Hieronymus in Catal. Script. Eccles.* sex tantùm libros numerat. De furoribus & dogmatis erroneis Donatistarum, quos Circumcelliones & Circuitores vocant, videndus inprimis etiam est *Augustinus in libris adversus literas Petiliani, & Cresconium Grammaticum de Hæres. item ad Quodvultd.* Duravit autem hæc secta diu satis, & non solùm Africam & Hipponensem regionem, sed & Hispanias, Italiam, Romam imprimis, & Gallias occupavit. Confer *Philastr.* & *Theodoret. de Fab. Hær.*

Apollinarium, ejusque errorem hic locus sibi postulat. Docuit is primùm Antiochiæ literas: quod, cum fieri Julianus prohiberet, sacram illic historiam ad Saulis usque tempora Homericis versibus expositit; Evangelia verò & Apostolica dogmata in Dialogos redegit, ut pueri hæc legentes, literas simul & Christianam religionem addiscerent. Laodiceæ postea factus Episcopus, plurimos libros scripsit, cùm esset scribendo promtus, Rhetorica pariter & Poëtica facultate praeditus. Unde factum, ut scribendi facilitas incautiorem eum redderet, librisq; suis quaedã à vero aliena inseueret, quae, cum defendere conaretur, in alios quo-

quoqve errores incideret, cùm ipse, tùm ejus
„ assectæ *Vitalis, Timotheus, aliiq́*. Primus autem & præcipuus error fuit, quod Christo non integram humanitatem tribueret loco animæ
„ vel mentis, (variant enim hac in re Autores) divinitatem eum habuisse docens. Ob quem errorem non solùm in Asia ab Episcopatu depositus, sed & Romæ à Damaso in *Concilio Ro-*
„ *mano*, quod habitum est anno Christi 379. Ecclesiæ communione ejectus est. Scripsêre prætereà contra erroneas ejus opiniones *Athana-*
„ *sius in lib. de incarnatione*, & *Ambrosius peculiari libro*, nec non *Gregor. Nazianz. Basilius, Theodoretus, Epiphanius, &c.* Ex Apollinaris Com-
„ mentariis, quos infinitos fuisse *Hieronym.* docet, nihil hodiè superest, præter *Psalmos Davidis ab ipso Heroico carmine redditos.*

„ Inter celebres hujus ætatis Doctores fuêre quoqve *Didymus Alexandrinus*, Athanasii sectator, Hieronymi, qui videndi ejus gratiâ Ale-
„ xandriam venit, doctor. Hic quamvis à pueritia cæcus esset, ita tamen profecit in literis, ut plurimos libros dictaret, quorum eum, qui est
„ *de Spiritu S.* inter opera *Hieronymi*, ab hoc nimirum latinè redditum, legimus. *Expositionem in epistolas canonicas*, Bibliotheca Patrum; *librum contra Manichæos*, Henricus Canisius
„ Tom. 5. antiquæ lect. exhibent. Nimium fuisse Origenis admiratorem, censet *Hieron. in Apol. adv. Ruffinum.*

Ti-

Titus item *Bostrenus* Episcopus, qvi scripsit egregios libros contra Manichæos, è qvibus 3. *cum argumento qvarti Ingolstadii Canisius* edidit, anno 1606. Obiisse eum sub Valente, *Hieronymo* testatur *in Scriptor. Eccl.*

Cyrillus Hierosolymitanus Episc. sæpè de sede ejectus sub Constantio, atqve iterum restitutus, scripsit in adolescentia *Catecheses*, qvæ hodieqve græcè & latinè extant. Memorat *Ruffinus*, ipsum aliqvando in fide, sæpius in confessione variâsse.

Ephrem Syrus Edessenæ Ecclesiæ Diaconus, qvem multa scripsisse Syra lingva *Hieronymus* testatur. Utrum verò ea opera Græca, qvæ hodieqve illi vindicantur, de qvibus *Bellarmini* judicium est, qvod pia magis sint, qvàm docta, rectè ei tribuantur, cum ex Græcorum alvearijs sensim in latinam Ecclesiam sint derivata, ipse dubitat. *l. de Script. Eccl. confer. Riveti Crit. S. & D. Gerhard. Patrol.*

22. Ad *Basilium & Gregorium Nazianzenum* venio, qvi cum Juliano familiares essent, Athenis unà cum illo literis operam dantes, ab eo postea jam Imperatore, Constantinopolim accersiti sunt, qvod eos cuperet blandimentis ad abnegandam fidem promovere. Veruntamen illi non comparuêre, sed concedentes in eremum, monasticam vitam orsi sunt : paulò post tamen, licet inviti, redîêre. Gredorius qvidem

dem Nazianzenum, ut patris sui admodum senis in Episcopatu esset adjutor: Basilius verò Cæsaream Cappadociæ, cujus Ecclesiæ Episcopatum Gregorii svasu suscepit, & aliqvandiu Eusebio adhuc viventi socius in Episcopatu fuit. Nazianzenus deinde Constantinopolin vocatus est, sed partim dolo Maximi, qvem ex Cynico Philosopho Christianum reddiderat, partim Episcoporum factione, qvi in ejꝰ electionem non consenserat, iterum dejectus, ultrò cessit, magno plebis & Imperatoris Theodosii dolore, Nectariumqꝫ successorem habuit, Theologiæ rudem & nondum baptizatum, sed veneranda canitie senem. Accidit hoc, año 381. in ipso Constantinopolitano Concilio œcumenico, de qvo mox dicturi sumꝰ.

Basilii Scripta qvatuor Tomis distincta sunt: *Tomo primo* continentur, in Hexaëmerum Homil. 11. in Psalmos 17. variorum argumentorum Hom. 28. *Tomo secundo*: de virginitate l. 2. de Paradiso, 1. contra Eunomium, l. 3. contra Sabellianos & Arrianos, l 1. de Spiritu S. 1. qvi tamen Erasmo suspectus fuit, de libero arbitrio, 1. de Baptismate, 2. *Tomo tertio*, sermones Ascetici, 7. Constitutiones item monasticæ, cujus utriusqve Scripti, Nazianzenus, in Catalogo Scriptorum Basilii, nō meminit, qvam ob causam, & propter nonnulla alia νοθεῖας indicia, Basilii non putantur esse, sed Eustathii Sebasteni, qvem in Gangrensi Synodo damnatum fuisse, suprà diximus. Comprehenduntur porrò hoc tertio Tomo liber de judicio Dei, item de confessione fidei, moralium summæ 80. Qvæstiones fusè explicatæ 313. *Tomo qvarto*, Epistolæ Basilii & Gregorii Nazianzeni, qvi Theologus ἐξοχικῶς vocatus est, 180. Epistola ad Chilonem aliæqꝫ epi-

epistolæ Basilii: Oratio adversus eos, qvi calumniantur, tres Deos à nobis dici. Commentarius in 16. priora capp. Esaiæ. At verò Regula sub nomine Basilii, & Epistola ad Cæsaream Patriciam, nec non vita Basilii sub nomine Amphilochii, suspectæ fidei sunt, & partim fabulosa. *Nazianzeni* sunt ista: Libri Apologetici 4. Orationes ad diversos 3. Orationes funebres 7. Oratio in laudem Heronis, vel potius Maximi Philosophi. Orationes de pace 3. Libri de Theologiâ 5. Orationes 2. in Julianum Imperatorem. Ad Clidonium Epistol. 2. Orationes in dies festos 7. Tractatus de fide, qvi rectiùs adscribitur Gregorio Nysseno. Tractatus de fide Nicenæ Synodi: Orationes variorum argumentorum 17. Ad virginem exhortatio: Metaphrasis in Ecclesiasten, Gregorii Thaumaturgi operibus accensenda. Epistolæ 80. Tragœdia Christus patiens, qvam Casaubonus Exerc. 1. ad annal. Baron. c. 9. Apollinario adscribit. De rebus suis duæ. De variis argumentis V. & N. T. novem. De virginitate carmen. De præceptis à virgine servandis. Spiritualia Epigrammata 13. Sententiarum spiritualium carmine scriptarum libb. 3. Basilio fratres fuêre *Petrus* Sebastæ Episcopus, & *Gregorius Nyssæ* in Græcia, qvi ipse qvoq; plurima elucubravit, qvæ enumerare in præsens disserimus.

23. Joviniano subitâ morte decedenti, *Valentinianus* militari electione successit, qvi *Valentem* fratrem statim imperii consortem assumsit. *Procopius* verò qvidam, cognatus Juliani, Constantinopoli imperium sumserat, qvem Valentis adventu ipsi statim milites proditum deseruêre, & Valens capite multavit; Gotthis inde obviam pro- An. Chr. 364.

fectus, Procopio in auxilium venientibus. Baptizari tamen prius voluit ab Eudoxio Episcopo Constantinopolitano, à qvo Arrianum virus imbibit, Ecclesiæqve inde persecutor extitit orthodoxæ, qvamvis & juxta cum rectè sentientibus, Macedonianos, Semiarianos variè multaverit, sedibusqve expulerit. *Sozomen. lib.6. cap.12o seq. Socr.l.4. c.13.*

Petiêre antea Orientis Episcopi à Valentiniano, missis Legatis, Concilium. Ille à se ad Episcopos remisit, minimè tamen ad Romanum. Convenêre itaq; Lamiaci anno 365. & fidem Antiochenam, de qva prædiximus, stabiliêrunt, Semiariani qvippe erant. Ut verò Synodales eâ de re literas Romam ad Liberium misêre, deceptus ille primâ specie literas, qvas Pacificas & Communicatorias vocant, eis impertit; qvibus illi freti, Tyanæ in Cappadocia, postea convenerunt, & suæ partis Episcopos restitui postulârunt, tanqvam orthodoxos: illustri documento, Romanos Pontifices infallibilitate, ut loqvi amant, activa & passiva, haud qvaqvam gaudere, sed deceptos hæreticis communicare, & Ecclesias illorum fraudi exponere posse, utut hæc pingat *Spondan. ad ann. 365. n. 2. & 3.* Videatur *Socrates l. 4. c. 11. Sozom. l. 6. c. 12. Theod. l. 4. c. 8. Basilius Ep. 74.*

Al-

Altero pòst anno Liberius moritur, cum sedisset annos 15. & menses 4. Succedit *Damasus* Hispanus. Contra hunc Damasum alius eligitur à Clero *Ursicinus*, tantisqve certaminibus res acta est, ut uno die reperta sint in templo cadavera 137. Victoria tamen penes Damasum fuit, ejecto Ursicino & assectis per Prætextatum urbis Præfectum. *Socr. l. 4. c. 29. Sozom. l. 6. c. 23.* confer *Ammian. l. 27.* Iisdem penè temporibus Mediolani, mortuo Auxentio, qvi Arrianum virus occultè foverat, multosqve deceperat, ipsumq; Valentinianum Imperatorem, etsi ab Hilario monitum, admodum propitium sibi hæresεως dissimulatione reddiderat, (degebat enim Mediolani Imp.) cum novi Episcopi electione ad seditionem populi res spectaret, aliis pro orthodoxo, aliis pro Arriano aliqvo studentibus. *Ambrosius*, cui Anicius Probus Prætorii Præfectus Insubriam regendam commiserat, in Ecclesiam properè accurrit, tumultus sedandi causa. Ubi cum pro re multa graviter & utiliter in cœtu dixisset, ab utraqve parte acclamatur Episcopus, approbatqve electionem Valentinianus. *Socrates lib. 4. c. 30. Theodor. lib. 4. cap. 7.* Proficiscenti in provinciam Ambrosio, vaticinium seqventis eventus ad-

An. Chr. 367.

ditum ab Anicio est : vade, inqvit, age, non ut Judex, sed ut Episcopus. *Paulinus in vit. Ambr.*

An. Chr. 356. 25. Moritur paulò post Valentinianus in expeditione contra Sarmatas, relictis post se filiis *Gratiano & Valentiniano Jun. Augg.*

Bigamum fuisse, & Bigamiæ licentiam omnibus feciſſe, conantur inficiari *Baronius & Spondanus anno 370. n. 19.* Sed argumentis imbecillioribus, qvàm qvibus *Socratis*, id asserentis, autoritas infirmari possit. Nulla gentilibus impedimenta eundem attulisse, qvo minus sacra sua possent exercere, exceptis nocturnis, qvæ lege latâ prohibita sunt: culpat idem *Spondan. ann. 371.* nimis fortasse hac in re severus censor. Utilissimas leges Augustorum fratrum videre licet in *Codice Theodosiano*, qvibus Magiæ, Manichæis, Donatistis, qvin & immodicæ Clericorum cupiditati obviam itum est, prohibitis Clericis & Monachis, ne possint hæreditates, donationes atqve legata percipere, nisi ad eos jure sanguinis spectarent.

26. Hoc porrò tempore Monachorum ingens multitudo gravis ferè Reipubl. esse cœpit: ideoqve Valens Imp. militiæ adscriptos contra hostes Gothos adegit, alios etiam ad munia civitatum patriarum obeunda coëgit, à reliqvis tri-

ditum ab Anicio est: vade, inqui... ut Judex, sed ut Episcopus. Pau... *vit. Ambr.*

25. Moritur paulò post Valen... in expeditione contra Sarmatas, ... ctis post se filiis *Gratiano & Valen... Jun. Augg.*

Bigamum fuisse, & Bigamiae ... mnibus fecisse, conantur inficiari Ba... *Spondanus anno 376. n. 19.* Sed argum... becillioribus, qvàm qvibus *Socratis*, ... tis, autoritas infirmari possit. Nulla ... impedimenta eundem attulisse, qvo ... sua possent exercere, exceptis nocturnis ... ge latâ prohibita sunt: culpat idem Spon... *371.* nimis fortasse hac in re severus ... lissimas leges Augustorum fratrum ... in *Codice Theodosiano*, qvibus Magiae, M... Donatistis, qvin & immodicae Clerico... piditati obviam itum est, prohibitis ... Monachis, ne possint hæreditates, ... atqve legata percipere, nisi ad eos jure ... spectarent.

26. Hoc porrò tempore Monach... gens multitudo gravis ferè Reipubl. ... ideoqve Valens Imp. militiae adscripto... hostes Gothos adegit, alios etiam ad... vitatum patriarum obeunda coëgit, ...

tributum exegit, à qvo Constantinus & Constantius immunes eos pronunciaverant. In sola Ægypto, ut *Paulinus* tradit, ad 5000. eqvitum peditumqve ex Monachis, Imperatoris jussu, Lucius Arrianus Episcopus Alexandrinus coëgerat. Qvod multis tum injuriosum visum est. *vid. Basil. ep. 19.* Et Melenia nobilis femina Romana, mox iterum dissipatos suis sumtibus aluit: qvæ feminarum qvoqve monasterium Hierosolymis orsa, cum 50. virginibus se illic inclusit, & monialibus originem fecit. *Paulinus Ep. 10. ad Sulp. Sev.* Inter Monachos illustris hoc tempore fuit miraculorumqve fama conspicuus *Hilarion*, cujus vitam *Hieronymus* & *Epiphanius*, hic tamen encomiasticè magis, qvàm historicè, perscripsêre.

27. Ad Christianæ fidei propagationem spectat, qvod sub Valente, non solùm Mauria Saracenorum Regina, Mose Hilarionis alumno, in suæ gentis Episcopum expetito, Christianam religionem amplexa est, & recipi à subditis sibi populis curavit: sed & Gotthorum Rex Phritigernes eandem cum sua parte Gotthorum, veruntamen Arrianismo infectam, suscepit. Hanc enim gratiam referre voluit, à qvo adversus Athanaricum, Regem alte-

terius partis Gotthorum, adjutus est. *Oros. lib. 7. cap. 7. Augustin. de* C. D. *lib. 18. cap. 52.*

Fuêre tùm Gotthi Romanis assiduì penè hostes, evocati primùm à Procopio, ut diximus. Et Valens qvidem aliqvoties ab illis victus, pœnas dedit crudelitatis in Ecclesias orthodoxas exercitæ; nam vivus qvoqve crematus est, in casa aliqva, in qvam post vulnus acceptum confugerat, hostibus illam, cùm aperire non statim possent, incendentibus, sicut ipse prius vivos comburi jusserat 80. Presbyteros, ab Ecclesiis ad ipsum pro pace impetranda missos. *Socrat. lib. 4. cap. 13. Sozomen. lib. 6. c. 13, 14.* De obitu Valentis videndus *Ammianus lib. 2. cap. 13. & ceteri.* Restituerat tamen Episcopos qvosdam ex orthodoxis, partim cladibus assiduis fractus, partim qvod Themistii paganam sententiam approbaret, qvi honorificum id Deo esse pronunciabat, si opinionibus de eo variaretur.

An. Chr. 378. 28. A morte Valentis *Gratianus* Imp. pius, edictum statim proposuit de re-

terius partis Gotthorum, adjunctis ... *lib. 7. cap. 7. Augustin. de C. D. ... cap. 52.*

Fuêre tùm Gotthi Romanis ... nè hostes, evocati primùm à Pro... ut diximus. Et Valens qvidem ... ties ab illis victus, pœnas de... tatis in Ecclesias orthodoxas ... nam vivus qvoqve crematus est, in ... qva, in qvam post vulnus acceptum ... gerat, hostibus illam, cùm aperire ... tim possent, incendentibus, sicut ... vivos comburi jusserat 80. Presbyt... Ecclesiis ad ipsum pro pace impetran... sos. *Socrat. lib. 4. cap. 13. Sozomen. ... 14.* De obitu Valentis videndus ... *nus lib. 2. cap. 13. & ceteri.* Restit... men Episcopos qvosdam ex ortho... partim cladibus assiduis fractus, ... qvod Themistii paganam sentenc... probaret, qvi honorificum id D... pronunciabat, si opinionibus de... retur.

28. A morte Valentis Gr... Imp. pius, edictum statim propo...

restituendis exulibus, & ut Ecclesiæ traderentur Catholicis, Conciliumqve Antiochiæ à paucis qvidem, sed rectè sentientibus celebratur, à qvo Legati missi ad constituendam Ecclesias Orientis, Gregorii, Nazianzenus & Nyssenus, Meletius Antiochenus, & Eusebius Samosatenus, Epp. *Socrates lib. 5. cap. 5. Sozomen. libr. 7. cap. 1. seqq. Theod. libr. 5. cap. 2.* Saluberrimo deinde consilio Gratianus militaribus comitiis consortem imperii sibi legit *Theodosium*, cùm Valentinianus frater per ætatem bellis obeundis nondum idoneus esset. Is & Ecclesiæ & Reipublicæ utilissimus Princeps fuit: baptizatus post adeptum imperium Thessalonicæ, ab Acholio Episcopo, statim de vera doctrina leges tulit, & mox, ubi Constantinopolim accessit, primarium templum, Arrianis ademtum, Gregorio Nazianzeno tradidit, & contra Arrianos edictum sancivit. *l. 6. C. de Hæretic.*

29. Anno verò 381. Secundum universale Concilium Constantinopolim An. Chr. 381.

lim , ab eodem Imperatore convocatum est, testibus *Socrate libr. 5. cap. 8. Sozomeno lib. 7. cap. 7. Nicephoro lib. 12. c. 12.* utut *Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 13.* contendat ex mandato Epistolarum Apostolicarum Damasi hoc Concilium coaluisse , refutatus à *M. Anton. de Dom. lib. 6. de Rep. Eccl. cap. 5. n. 25.*

Eidem Judicium qvoqve controversiarum *Socrates* vindicat *c. 10.* singulari prudentiâ institutum. Jussit enim religiosus Princeps afferri sibi confessiones litigantium Catholicorum , Semiarianorum, Macedonianorum , Eunomianorum, qvas, invocato prius divino Numine , seorsim legit , librat , censet : in concessu deinde Episcoporum , rejectis Antitrinitariis qvibusvis, Nicenam solam approbat fidem: qvæ etiam stabilita , & doctrina de Spiritu sancto uberius explicata est ; de processione tamen ex Filio , hoc loco nihil auditum : addita tamen Niceno Symbolo confessio de Spiritu Sancto , verbis , qvibus Gregor. Nyssenus eam concepit. *Nicephor. lib. 12. cap. 13.* Comparuêre in synodo Episcopi 150. ex Orien-

lim , ab eodem Imperatore co
tum est, testibus *Socrate lib. 5. cap.*
zomeno lib. 7. cap. 7. Nicephoro lib.
utut *Bellarm. lib. 1. de Concil. cap. 1.* co
ex mandato Epistolarum Apostolicar
masi hoc Concilium coaluisse, refutat
Anton. de Dom. lib. 6. de Rep. Eccl. cap. 5.

Eidem Judicium qvoqve con
siarum *Socrates* vindicat *c. 10.* ...
prudentiâ institutum. Jussit enim
sus Princeps afferri sibi confessio
gantium Catholicorum, Semi...
Macedonianorum, Eunomianor...
invocato prius divino Numine, ...
legit, librat, censet: in con...
inde Episcoporum, rejectis Anti...
qvibusvis, Nicenam solam approb...
qvæ etiam stabilita, & doctrina
ritu sancto uberius explicata est;
cessione tamen ex Filio, hoc
hil auditum: addita tamen
Symbolo confessio de Spiritu S...
verbis, qvibus Gregor. Nyss...
concepit, *Nicephor. lib. 11. cap.* ...
paruêre in synodo Episcopi 150...

riente solùm, qvos inter præcipui fuêre sæpè laudati Gregorii; Meletius item Antiochenus, qvi illic decessit, Cyrillus Hierosolymitanus, & Acholius Thessalonicensis Episcopi. Adfuêre etiam Macedoniani 36. Ex Occidentalibus Ecclesiis nemo, qvod fatetur *Bellarminus l. c. cap. 5.*

Ille Bellarminus, qvi generalia Concilia, definit esse ea, qvibus nemo rectè præsidet, nisi summus Pontifex, aut alius ejus nomine, largitur etiam Nectarium præsedisse, qvod tamen alii factum negant, nec sine ratione: unde etiam hoc Concilium, extra ea, qvæ de fide constituta sunt, respuit Romana Ecclesia, teste *Fr. Longo Coriolano in summ. Concil. pag. 284.*

Nam & duo præterea Canones hujus Synodi sunt, qvi malè Pontifices habent, *secundo*, nimirum, in qvo generalibus verbis prohibetur, ne alterius Ecclesiæ Episcopus (ne Romano qvidem excepto, qvamvis propter ἀλλοτριοεπισκοπίαν Petri Alexandrini, qvi Maximum Cynicum in sedem Constantinopolitanam intruserat, Canon sancitus est) alterius Ecclesiæ negotiis se immisceat, qvod Nicena qvoq; in Synodo cautũ erat; & *qvintus*, qvo Patriarchatus Constantinopoleως dignitate Romano exeqvatus, ordine postpositus est, ex illo respectu, qvòd sit nova Roma. Vindicavit hunc Canonem à ψευδερμηνίᾳ Pontificiorum *Salmasius de Primatu*, cui addantur *Gothofredi annotat. ad Veteris Orbis descript. p. 35.* ubi de ἴσοις πρεσβείοις veteris & Novæ Romæ pluscula.

Romæ igitur, seqventi statim anno, ab Occidentalibus

libus qvoq; *Concilium*, Damasi instinctu celebratur. Ad qvod Orientales iterum Constantinopoli coëuntes, Legatos mittunt. In eo Canonem de Primatu Romanæ sedis edictum esse, *Baronius*, & post hunc *Spondanus* contendunt, fulti auctoritate collectionis Cresconianæ. Ut ut sit, constat tamen satis ab Orientalibus in hanc prærogativam, qvalem hodiè prætendunt, neqve tunc, neq; posteà unqvam consensum esse. Alioqvi non est dubium, tale qvid à Romanis Pontificibus jam tùm qvæsitum esse, satis nimirum fastuosis Nam & Pontificis Maximi titulum, qvem Gratianus tanqvam minus convenientem Christiano Principi recusáverat, hactenus tamen a præcedentibus Principibus usurpatum, ambabus, qvod ajunt, manibus paulò post amplexi sunt, sacrorum omnium jus sibi inde arripientes. *Zosimus l.* 4.

30. Adversus Priscillianum testatur *Sulpitius*, eodem hoc anno conventum habitum esse Cæsaraugustæ in Hispania, eò, qvod doceret qvædam erronea à Manichæis & Gnosticis mutuò sumta, & nefandis libidinibus sacra sua misceret, ejus asseclæ ibi damnati: Gratianus tamen, circumventus à Macedonio Magistro officiorum, in integrum eos restitui jussit. At Maximus Tyrannus Priscillianum neci dedit. Contra Helvidium & Jovinianum Monachum per id tempus *Hieronymus* scripsit. *Jovinianus* conjugium virginitati adæqvavit, & interescentem cibis & jejunantem nullum discrimen esse dixit, in qva utraqve re Catholicum potiùs egit, qvàm hæreticum, nimiusqve Hieronymus fuit virginitatis prædicator, & conjugii osor. B. Mariam virginem cùm Jovianus, tùm Helvi-

dius

libus qvoq. *Concilium*, Damasi instinctu celebra...
qvod Orientales iterum Constantinopol...
gatos mittunt. In eo Canonem & ...
sedis editum esse. *Baronius*, & post hunc ...
tendunt, sulu auctoritate collectionis Cresc...
ut sic, constat tamen istis ab Orientalibus ...
rogativam, qvalem hodie praetendunt, ...
posse unqvam consensum esse. Aliunde ...
um, tale qvid à Romanis Pontificibus ...
esse, satis nimirum fastuosis. Nam & Pontif...
titulum, qvem Gratianus tanqvam minus ...
tem Christiano Principi recusaverat, ...
praecedentibus Principibus usurpatum, ...
ajunt, manibus paulò post amplexi sunt ...
um jus sibi inde arripientes. *Zosim.* l. 4.

30. Adversus Priscillianum ...
tius, eodem hoc anno conventum ...
se Caesaraugustae in Hispania, eò, qvod ...
qvaedam erronea à Manichaeis & Gn...
tuò sumta, & nefandis libidinibus ...
sceret, ejus asseclae ibi damnati: Grat...
men, circumventus à Macedonio ...
ficiorum, in integrum eos restitui...
Maximus Tyrannus Priscillianum ...
Contra Helvidium & Jovinianum ...
per id tempus *Hieronymus* scripsit. ...
nus conjugium virginitati adaeqvavit, ...
vescentem cibis & jejunantem nullum ...
esse dixit, in qva utraqve re Catholic...
egit, qvàm haereticum, nimiusqve Hel...
fuit virginitatis praedicator, & conju...
Mariam virginem cùm Jovianus, ...

dius negabant conjugii usu abstinuisse, vel semper virginem mansisse, igitur ex re ipsa *Antidicomarianitae* vocati sunt. Confer cum *Hieronymo Epiphanium*, qvi itidem contra Helvidium stilum acuit. Huic contraria Haeresis est *Collyridianorum*, qvam priori Epiphanius opponit, à placentis nomen habens, qvas mulieres Beatae Mariae offerebant, & preces ad eam fundebant.

31. Inter haec Gratianus Imper. à Maximi Tyranni Duce Andragathio, Lugduni in Gallia dolo occiditur. Qvo sublato Symmachus Praefectus Urbis summae apud Impp. autoritatis, at gentilium sacrorum studiosissimus, opportunè usus occasione Maximi Tyrannidis, cum Valentinianus Imp. adolescentulus nihil non concessurus videretur, pro restituendo Deorum cultu, praescripto Senatûs & Magistratuum nomine, libellum eidem obtulit. Verum haec persentiscens Ambrosius, missis ad Imperatorem literis intercessit. vid. *Ammian*, qvi Symmachi libellum exhibet, & *Ambros. Ep. 30.* Eâdem Imperatoris aetate abusa qvoqve est Justina, ejus mater Arriana, conata Ambro-

An. Chr. 383.

An. Chr. 387.

brosium Mediolanensi Ecclesiâ pellere, edicto Valentiniani nomine proposito, qvo Orthodoxi jubebantur Ecclesiis facessere. Verum non solum Ambrosius, sed & populus constanter obtinentes, pacem à Valentiniano tandem, metu Maximi Tyranni acceperunt, dupliciqve ad eundem legatione Ambrosius, paucis seqvester futurus, at frustrâ, functus est. Maximum in Italiam transgressum, cum Valentinianus una cum matre aufugisset, Theodosius Constantinopoli in auxilium accitus duobus prælis profligavit, Aqvilejæ deinde, qvo profugerat, occidit, destitutus à suis *Ambrosius*, *Paulinus in vita Ambrosii*, *Socrates*, *Ruffinus*, *Zosimus*.

Erat Maximus orthodoxus & Episcoporum fautor, qvi familiariter usus est *Martino* Episcopo Turonensi, qvem, ut *Sulpitius* testatur, aliqvando convivio admotum, cùm bibere jussisset, fore credens ut sibi, utpote Imperatori, poculum propinaret, miratus est, Diacono primùm suo propinâsse, fastu clericali suprà Imperatores, jam tum se efferente: de qvo videndus etiam *Ammianus l.27.*

brosium Mediolanensi Ecclesiâ p
edicto Valentiniani nomine propo
Orthodoxi jubebantur Ecclesiis
Verum non solum Ambrosius, sed
pulus constanter obtinentes, pacem
lentiniano tandem, metu Maxim
ni acceperunt, dupliciqve ac
legatione Ambrosius, paucis ie
turus, at frustrâ, functus est
mum in Italiam transgressum, e
lentinianus una cum matre aufugi
dosius Constantinopoli in aux
tus duobus præliis profligavit,
lejæ deinde, qvo profugerat,
destitutus à suis *Ambrosius*, *Pa*
vita Ambrosii, *Socrates*, *Ruffi*
simus.

Erat Maximus orthodoxus & E
rum fautor, qvi familiariter usus est A
piscopo Turonensi, qvem, ut *Sulpicius*
aliqvando convivio admotum, cum
sisset, fore credens ut sibi, utpote Ar
poculum propinaret, miratus est, D
mùm suo propinâsse, fastu clericali
ratores, jam tum se efferente: de qvo
etiam *Ammianus* l. 27.

32. Ad Theodosii Ecclesiastica gesta pertinet, inter alia qvoq; *Disputatio* cum variis hæreticis, qvos vocari jussit Constantinopolin, è consilio Sisinnii Novatiani instituta: interrogatos enim, num probârent Scripta eorum Ecclesiæ Doctorum, qvi ante enatas controversias de fidei illis capitibus scripsissent? Cum magnis laudibus hos extollerent, adegit Imperator suos errores è Scriptoribus ejusmodi probare, aut cum dictis eorum sua conciliare; tergiversantes, & hoc facere renuentes, Ecclesiis ejecit. *Socrat. lib. 5. cap. 10. Sozomen. lib. 7. cap. 12.* Eôdem etiam spectat Imperatoris pœnitentia, propter permissam cædem Thessalonicæ. Cùm enim Thessalonicensium plebs Præfectum ejus, per tumultum, occidisset, comitum svasu Imperator, immissis in vulgus militib9, trium spacio horarum 7000. interemit, & vulgi insolentiam hoc pacto ultus est. At verò Ambrosius ob hoc facinus Ecclesiâ Theodosium excludens, octo mensium spacio sacris cœtibus arcuit, nec admisit, donec lacrymis testatam faceret pœnitentiam. Post qvod sacro natalitio festo iterum permissus est in Ecclesiam venire. Accidit hoc anno seculi nonagesimo. *Ruffinus lib. 2. cap. 18. Paulinus in vit. Ambros.*

In annum 392. Valentiniani II. obitus incidit, qvem Arbogastus qvidam natione Francus, dolo circumventum Viennæ in Gallia strangu- An. Chr. 392.

gulavit, imperium, qvod sibi usurpare noluit Eugenio cuidam, obscuro viro & pagano tradidit, cum qvo Theodosius prælio congressus, priore die propemodum vincitur, altero die victor evadit, cùm vehemens procella hostium jacula impediret: unde de eo *Claudianus*:

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatus hyemes, cui militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.

Filios Arcadium Honoriumq; Theodosius jam ante Augustos fecerat. *Ruffin. lib. 2. cap. 33. Oros. lib. 7. cap. 35. &c.*

Hamartigenia, Apotheosis, & libri duo, qvibus
Symmachi respondetur Epistolæ.* His adjectum est
Enchiridion Historiarum Veteris Testamenti, omnia
Carmine.

6. Chrysostomo adhuc viventi successe- An. Chr.
rat in Episcopatu *Arsacius*, altero pòst anno 406.
defunctus. Eumqve excepit *Atticus*, qvo
sedem occupante, Legati Roma atqve ex
occidente ab Innocentio, qvi interim in lo-
cum Anastasii Pontifex factus erat, Con-
stantinopolim accesserunt, in causâ Chry-
sostomi apud Arcadium acturi, sed re
infectâ discessére. Hinc inter Occiden-
tales atqve Orientales Ecclesias gra-
ve Schisma enatum est, illis à commu-
nione abstinentibus eorum omnium,

qvi in damnationem Chrysostomi consenserunt. Qvorum qvidam deinde, actâ de injuriis, Chrysostomo illatis, pœnitentiâ, in Ecclesiæ communionem recepti sunt. *Socrat. lib. 6. cap. 18. Sozomen. lib. 8. cap. 27. Pallad. in Dialog. Theod. lib. 5. cap. 34. &c.*

7. Erat tunc in Occidente miserrima Romani Imperii facies, Rhadagaiso cum 200000. Scytharum in Italiam irruente, & Stilicone Honorii socero per proditionem, cùm Imperium filio suo Eucherio parare conaretur, Alanos, Svevos, Vandalosqve conducente, ut Gallias invaderent, à qvibus non hæ solum, sed & Hispaniæ occupatæ, & sorte qvasi divisæ sunt, qva Vandali Beticam, Alani Lusitaniam obtinuerunt. In Britannia qvoqve milites tumultuantes *Constantinum* qvendam Imperatorem fecerunt. Et
An. Chr. 418. *Alaricus* Gotthorum Rex Româ potitus bis eodem anno, qvi est Christi 410. gravissimam urbi cladem intulit. Rhadagaisus tamen cum suis internecione deletus, Stilico proditionis convictus damnatusqve, & Constantinus in Galliis oppres-

ppreſſus eſt. Alacrius etiam non diu poſt captam urbem ſuperſtes, cùm in Siciliam trajicere vellet, morbo deceſſit, Succeſſoremqve *Athaulphum* reliqvit, qvi affinitate junctâ cum Honorio, pacem Romanis dedit, & ex Italia abſceſſit. Nihilominus tamen Galliæ & Hiſpaniæ à Gotthis, Burgundionibus, Iranis, Vandalis, Hunnis, Alanis, Svevis, reliqvâqve Barbarorum colluvie oppreſſæ, jugo ingemiſcebant. Inter qvas clades Arcadius anno Chriſti 480. Conſtantinopoli moritur, relicto filio *Theodoſio*, cui tutorem adoptavit Isdegerdem Perſarum Regem, cum qvo illi pax fuit. Ex *Oroſio*, *Proſpero*, *Caſſiodoro*, *Salviano*, *Socrate*, *Sozomeno*, *Zoſimo*.

8. Hâc Romani Imperii vaſtatione permotus *Auguſtinus*, de meliore Civitate, qvæ invicta eſt, cogitans ſcribere cœpit eruditiſſimos *libros de Civitate Dei*, câqve meditatione jacturam amiſſæ urbis, qvam æternam Romani crediderant fore, ſolatus eſt. Sunt præterea infinitæ Auguſtini lucubrationes, qvas

in *decem domos* digestas thesaurum omnigenæ eruditionis dixeris.

Pertinent qvædam ad disciplinas & sapientiam profanam, qvædam ad mores Christiani populi, qvædam ad Hæreses confutandas, Donatistas inprimis, Manichæos & Pelagianos, qvin & Priscillianum, Jovinianum, Arrianos. Sunt & *Epistolæ*, connumeratis his, qvæ ad ipsum scriptæ sunt, 222. taceo, Sermones, Commentaria, Homilias & Exegetica alia, nec non variorum argumentorum Tractatus, & Qvæstiones unà cum Solutionibus, qvæ omnia singillatim enumerare nimis longum foret. *Adulterina* tamen non pauca admisceri solent, qvibus dignoscendis hanc Critici cautionem adhibent, qvandoqvidem pleraqve sua scripta Augustinus recognovit, ut ea, qvorum in libris Retractationum mentionem ipse injicit, pro indubitatis habeant, cetera timidiùs admittent nisi Possidius in Indiculo Scriptorum Augustini, qvæ diligenter collegit, aliqva ipsi asserat, qvæ ita simul comparata sint, ut eo digna videri possint.

9. Ceterum Augustinum in juventute sua, cùm Carthagini literis operam daret, in Manichæos impegisse, inqve eo errore aliqvandiu perstitisse, Romam deinde, & hinc Mediolanum ac-

cessisse, Rhetoricam docturum; missis inde Manichæorum placitis, ad Academicos Platonicos sese contulisse, cumqve reperire non posset, in qvo acqviesceret, Scripturas sacras legere cœpisse, inprimis Paulinas, eqve his tantùm luminis hausisse, ut 34. ætatis anno ab Ambrosio, ipso Paschatis die fuerit baptizatus, ipsius notum est relatu, cùm aliundè, tùm maximè è libris Confess. Reversum Mediolano Romam, atqve inde in Africam post Monicæ pientissimæ matris suæ obitum, Presbyterum primùm, mox Episcopum fuisse creatum Hipponensis Ecclesiæ, indeqve Conciliis qvibusdam Carthagine celebratis interfuisse, perinde atqve alia ejus pro Ecclesiæ bono gesta, ex ipsius monumentis cognoscimus.

10. Porrò sex distinctas *Synodos*, præter eas, qvarum suprà mentio facta est, Carthagini actas esse, ex Augustino cognoscimus, qvibus ipse omnibus interfuit, qvarum *primâ* Donatistæ plurimi in Ecclesiam sunt recepti; *secundâ* de Schismate tollendo actum inter Occidentales & Orientales Ecclesias, ob Chrysostomi dejectionem.

dissidentes. *Tertia* & *quartâ* cum Donatistis disputatio instituta, qvâ victi condemnati sunt, missiqve ad Honorium Legati pro refrenanda Donatistarum Tyrannide: qvod & obtentum est, coactis illis per edicta, restituere Ecclesias, & in exilium proficisci: sed hi mori præoptaverunt, seqve ipsos in puteos præcipitantes, invidiam orthodoxis conciliare, & martyrii gloriam apud imperitam plebem adipisci, conati sunt. *Qvinto conventu* & *Sexto*, cui 217. Episcopi interfuêre, Pelagii errores examinati rejectiqve sunt. *Augustin. Ep. 129.* & in *Brevic. Collat. cap. 14.* & *ad Donat. post Collat. c. 24.*

An. Chr. 414. II. *Milevi* qvoqve in Numidia per idipsum tempus, & *Diospoli* in Palæstina celebratæ sunt contra *Pelagium* Synodi, qvâ posteriore ipse suos errores recantavit.

Objectum autem ei est, qvod doceret, 1. Adam moriturum fuisse, etiamsi non peccâsset, naturâ qvippe mortalem. 2. Qvod illius transgressio ipsum solum læserit, non etiam genus humanum. 3. Qvodqve ideò infantes recens-nati in eo statu sint, qvô Adam, anteqvam peccaret. 4. Qvod neqve per mortem Adæ omnes homines moriantur, neqve per Christi resurrectionem à morte omnes resurgant. 5. Qvod infantes, etiamsi non baptizentur, possint tamen con-

consequi vitam æternam. 6. Quod divites, nisi omnibus renuncient bonis, salvari nequeant. 7. Quod gratia Dei non sit necessaria ad singulos actus bonos, sed quod ad hoc, ut benè operemur, sufficiant lex & liberum arbitrium. 8. Quod gratia Dei secundùm nostra merita detur, quodque pœnitentibus venia concedatur, non secundùm Dei misericordiam, sed secundùm laborem meritumque eorum, qui per pœnitentiam dignos se misericordia effecerunt. 9. Quod nequeamus vocari Dei filii, si in nobis peccatum resideat. 10. Quod liberum arbitrium ii destruant, qui necessitatem gratiæ docent. Recantavit autem haud bonâ fide, sed ludens ambiguitate, quâ solebat, aut ipsum liberum arbitrium, aut revelationem doctrinæ Christianæ, aut peccatorum remissionem vocare gratiam. Constat de his ex *Epist. Augustin. 91. & 98.*

12. In magno illo, qui postremo loco memoratus est, *Carthaginensi conventu*, de Romani quoque Episcopi potestate, quam in Africanas ceterasque Ecclesias sibi vendicabat, actum est. Apianus quidam Presbyter Ecclesiæ Siccensis multis sceleribus pollutus, non solùm à suo Episcopo, sed vicinorum quoque Synodo, communione privatus erat: is Romam ad Zosimum Papam, qui post Innocentium præfuit, confugiens, de injuria sibi illata conqueritur. An. Chr. 418.

Zosimus, non auditâ alterâ parte, & causâ non satis cognitâ, innocentem pronunciat, atq; communionem admittit. Cùm autem intelligeret, Africanos in Synodum coire, ablegat eò Faustinum Episcopum Potentinum cum duobus Presbyteris Philippo & Asello, datq; iis in mandatis, ut Apianum in communionem recipi, & Urbanum Siccensem Episcopum excommunicari jubeant, utqve imposterum licentiam procurarent Episcopis & Sacerdotibus, ad sedem Apostolicam Romanam, vel ad Legatos suos appellandi, qvos ipse in Africam ad causarum ejusmodi cognitionem, missurus esset. Utqve hoc tantò facilius obtinerent, urgere eos jussit Canonem Concilii Niceni, qvod hoc jus Romano Pontifici concessisset. Episcopis Africanis talia postulata & nova & absurda visa sunt: consensere tamen illis, si modò è Canonibus Nicenæ Synodi tale jus Romanæ sedis demonstrari possit: sua enim exemplaria negabant, tale qvicqvam continere. Decernitur igitur, petendum esse è Constantinopolitana, Alexandrina & Antiochena Ecclesia, ut veros Canones Nicenos inspiciendi sibi potestatem facere velint, ut de re tota possint statuere. Interim dum id
An. Chr. 419. expectatur, moritur Zosimus, *Bonifacius* succedit in Schismate cum *Eulalio* electus, (de qvo videantur *Magdeburg. Cent. 5. c. 8.* & *Spondanus ad ann. 418. n. 9. & 419. n. 3.*) ad eum igitur, simi-

similia per eosdem Legatos postulantem, dum ante adhuc Synodo, qvæ ultrà sextum annum prorogata est, transmittunt Nicenos Canones, qvales Constantinopoli & Alexandriâ acceperant, nègantqve, se postulatis ejusmodi posse consentire. Hoc tamen non obstante, *Cœlestinus* qvoqve, post Bonifacii obitum, nova legatione non dissimilia prioribus postulare cœpit. Ibi tum Africani non solùm negare illa, sed vetare insuper suis, ne qvisqvam Romam causas deferre, adqve transmarinas Ecclesias appellare possit. Estq; in hoc toto negotio id præcipuè observandum, qvod neq; Zosimus, neq; reliqvi duo Pontifices jus divinum, Scripturam aut privilegium à Christo Romanæ sedi concessum, postulatis his suis prætexere ausi sint: neq; citaverint consvetudinem, qvod jam ultrà 300. annos ea Ecclesia aliis omnibus imperâsset: qvod sanè non fuissent neglecturi, si ea pro se argumenta qvicqvam facere intellexissent: sed tantùm jus humanum, id est, decreta Nicena, eaqve ipsa per summum scelus ac impietatem corrupta. Epistolas Concilii Africani ad Bonifacium & Cœlestinum, nec non rescripta Cyrilli Alexandr. & Attici Constantinorum Episcoporum ad Patres Africanos exhibent idem *Magdeburg. l. 6. c. 9.* Qvomodo *Monius*, & ex eo *Spondanus* hæc colorare nitantur, *vid. ad annum 419. à numero 7. ad 14.*

13. Interfuêre huic Concilio, præter Augustinum, de qvo jam diximus, *Prosper* & *Orosius*, ejus tùm discipuli, aliiqve præstantes viri. *Paulus Orosius* Hispanus, deinde Presbyter factus ad Augustinum scripsit 7. *libros Historiarum ad Orbe condito*, in qvibus potissimùm clades Romanorum describit, qvas, dum idola colerent, acceperunt. *Prosper* Rhegiensis Episcopus factus est, & præclarè multa edidit, *de gratia Dei* inprimis adversus Collatorem: ita, *de gratiâ & libero arbitrio* ad Ruffinum, nec non *duos de vocatione gentium libros*, & *qvædam alia*, *ligatâ* æqvè ac solutâ oratione, inter qvæ celebre *de ingratis* est carmen. In *Chronico* deniqve Eusebii, ubi desiit Hieronymus, perducere cœptam telam perrexit. Paulò ætate his prior fuit *Paulinus*, Nolæ Episcopus, cujus extant *Epistolæ 44.* ad diversos, & *poëmata* qvædam. Fuit & *Sulpitius Severus*, qvi *Historiæ sacræ libros duos* reliqvit, ut & *vitam Martini Episcopi* Turonensis, *Dialogumqve de conversatione* Orientalium Monachorum. Addantur his *Sedulius Presbyter Scotus*, de qvo supersunt explanationes in omnes Pauli Epistolas, & carminum libri qvinqve: *Sidonius Apollinaris*, vir nobilissimus & Arrianorum Episcopus, cujus extant *Epistolæ* & *Carmina*. *Johannes Cassianus* Monachus, Chrysostomi pridem Diaconus, Presbyter postea Massiliæ in Gallia, qvi de in-

incarnatione Verbi insignem reliqvit Tractatum septem libris divisum : librum item *institutionum*, deqve *habitu Monachorum libros 3. Collationes Patrum 24. De origine & remedio 8. Principalium vitiorum libros 8.* Ejusdem temporis sunt, *Vincentius Lirinensis*, autor libelli utilissimi de profanis vocum novitatibus : *Socrates* item & *Sozomenus*, Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ, qvam ab eo tempore, in qvo desiit Eusebius, ad Theodosii Junioris principatum perduxerunt. Æqviores ubiqve Novatianis, qvibus se addixerant : *Isidorus* deniqve *Pelusiota* Monachus doctissimus, cujus Epistolæ Historiam hujus temporis maximè illustrant.

14. Qvi post Johannem sedi Antiochenæ præfuerat Alexander Successorem *Theodotum*, nactus est hic alium *Johannem* Mopsuesteni discipulum. At Theophilo in Alexandrina sede *Cyrillus* suffectus est, qvi, cùm initio in Chrysostomi memoriam non magis æqvo esset animo, qvàm Antecessor, admoneri se deinde passus est, ut inter Episcopos ejus nomen legi peteretur. Qvod & Atticus Constantinopoli fecit, sacris diptychis Chrysostomi nomine restituto. Qvo pacto schismati, qvo à Romana Ecclesia Orientales pleræqve sese separaverant, finis datus est, ut constat è *Niceph. l. 14. c. 26. & seqq.* Et *Isidor. l. 1. Ep. 370.*

Atticum verò morientem *Sisinnius* excepit

pie vir sanctæ simplicitatis, Sisinnium *Nestorium* à Theodosio Antiochiâ evocatus, propter eloqventiæ famam, qvâ videbatur Chrysostomum æqvaturus esse, ut refert *Socrates lib. 7. cap. 29.* Qvem verò ille errorem, cum ipse qvoqve Mopsuesteni sectator fuerit, in medium produxerit, paulò post dicemus.

An. Chr. 423. 15. In annum Christi 423. *Honorii Imp. mors* incidit, qvi biennio ante *Constantium*, qvô Duce Barbaros aliqvoties vicerat, Augustum fecit. Habebat is in matrimonio Gallam Placidiam Honorii sororem, è qva *Valentinianum III.* suscepit. Sed ipse Constantius non ultrà annum imperiali dignitate potitus est, ante Honorium vitâ functus. *Theodosius* verò ab Arcadio sub tutela Persica relictus, Constantinopoli Orientem rexit. Pius æqvè ac felix, nam & Persas egregiè vicit, & Scytharum ingentem multitudinem precibus magis, qvàm armis profligavit; & Tyrannum, qvi Honorii morte occidentem invaserat, Johannem, magna felicitate interfecit, per Asparem Ducem suum, Aëtio Johannis Duce conciliato, Hunnisqve auxiliaribus auro remotis.

tis. Hocuno infelix, qvod sub ejus Principatu Vandali, Ducum Romanorum Aetii & Bonifacii æmulatione invitati, ex Hispania Africam invaserunt, & maximam partem subjugârunt, Hippone etiam sede Augustini post qvatuordecim mensium oppugnationem capta. Qvamvis hæc clades ad occidentis imperium, ad qvod Africa computata est, adeoqve *Valentinianum* attinet magis, qvàm Theodosium. Augustinus tertio obsidionis mense obiit, octogenario non multò minor, cùm 72. annorum esset, assumsit sibi adjutorem Eradium Presbyterum, libros qve suos recognovit, Episcopatus mole liberatus, retractatis iis, qvæ corrigenda putavit, qva de re videatur *Epist.* 110. & *Possidius in ejus vita*. Reliqva habet *Socrates*, *Theodoretus*, *Orosius*, *Prosper*, *Procopius*, *Salvianus*, & qvædam etiam Augustinus.

Pietatem Theodosii encomiastico scripto illustravit *Raderus de Societat. Theolog.* in aula sancta Theod. Qvædam tamen pietatis nomine commendans, qvæ magis ad superstitionem vergunt.

Persicum bellum propter Ecclesiarum persecutionem à Theodosio susceptum est. Cum enim

enim Audas Episcopus zelo intempestivo Pyræum, ubi Persarum sacer ignis custodiebatur, demolitus esset, nec ad Regis mandatum id vellet restituere, in Christianos tota Perside crudeliter sævitum est. Multi ad Romanas provincias confugerunt, qvorum miseratione motus Theodosius, bello crudelitatem illam ultus est. Victoriam ejus Græco poëmate celebravit *Athenais* Atheniensis Philosophi filia, ab ipso Augusto in matrimonium ducta, ob insignes animi pariter & corporis dotes, qvam, cùm baptizaretur, Eudociam Atticus Episcopus vocavit. *Socrat. l. 7. c. 22.*

16. *Nestorius*, qvem diximus ad Patriarchatum Constantinopolitanum evectum esse, tantâ autoritate & gratiâ abusus est, ad hæresin divulgandam audacius, & pertinacius defendendam. Negabat ille, Deum hominem factum, adeoqve natum esse è Maria Virgine, qvodqve illa Θεοτόκος dici non posset, cum ex homine non nisi homo nascatur.

Statuebat autem Christum, cùm nasceretur è Maria Virgine, hominem nudum fuisse, qvi deinde meritis & profectu divinitatem inhabitantem acqvisiverit: sic tamen inhabitantem, ut naturarum ea non sit facta communicatio,

tio, qvâ homo Deus, aut Deus homo verè esse, vel factus esse dicendus sit; qvæqve alterutrius naturæ sunt propria, ad alterã pertinere reapse qveant. Errores hos scriptis editis disseminantem Nestorium *Cyrillus* amicè admonuit, ne Ecclesiam ampliùs turbare velit: *Epistolam* etiam edit, qvâ de libris Nestorii cautè legendis passim omnes commonefecit. Ille verò non modo non retractat dogma suum, sed & defendere conatur in literis ad Cœlestinum Romanum Episcopum. Qvibus respondens Cœlestinus, excommunicationem ei minitatur, ni resipiscat, & Pelagianos etiam vitet, qvos Constantinopoli receperat pulsos ab Episcopis Occidentis. Cyrillus pertinacia Nestorii perspecta Alexandriæ Concilium agitat, illum damnat, idqve Synodi literis & anathematismis, ad eum & Clerum Constantinopolitanum missis, ei significat: qvo facto & ipse convocat aliqvos, interqve hos Johannem Antiochenum, & Theodoretum Cyri Episcopum, cum qvibus Anathematismos Cyrilli examinat, èqve Schola Apollinarii derivatos pronunciat.

Et videtur omninò incautus Nestorius in contrarium errorem incurrisse, dum Apollinarii hæresin vitat. Theodorus enim Mopsuestiæ Episcopus doctrinæ laude celebris, qvo Nestorius doctore usus est, cum adversus Apollinaristas scriberet, studio demonstrandi naturarum in Christo, qvas Apollinarius confuderat, diversitatem, incommodiùs qvædam enunciaverat, è qvibus videbatur, in Trinitate Qvaternitatem statuisse: qvæ, cum reti-

retineret ipse, alioqvin facundus magis, qvam doctus, neqve explicaret eo modo, qvo Theodorus, qvi admonitus stvlum correxit, vitare hæresin non valuit. Testantur de his *Cyrilli Epistolæ* 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 14. 16. Confer *ejus Anathematismos* & *Acta Synod. Ephes.*

An. Chr. 431. 17. Igitur cùm eò res deducta esset, Clerus & Archimandritæ, qvos Nestorius, utpote sibi adversantes, superbè & crudeliter habere cœpit, à Theodosio Synodum convocari petierunt. Extant literæ supplices *parte 1. Actorum Concil. Ephes. cap. 30.* Imperatores itaqve petito annuentes per Epistolam, qvæ Sacra vel Divalis consvevit appellari, inscriptam τοῖς θεοφιλέσιν ἐπισκόποις τῶν μητροπόλεων, Concilium indicunt habendum Ephesi in Pentecoste anni 431. *vid. Socrat. libr. 7. cap. 33. Evagr. libr. 1. cap. 3.*

Qvicqvid dicat *Bellarminus lib. 1. de Concil. cap. 13.* indictionem hujus Concilii imputans industriæ Cyrilli & Cœlestini Papæ autoritati, cui, qvod satis est, respondit *M. Anton. de Dominis, de Repub. Eccl. lib. 6. cap. 5. n. 35. seq.* nec semel ipsa testantur Acta, Synodum congregatam esse ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων, qvorum etiam in Concilio locum tenuit Candidianus Domesticorum Comes.

Con-

Convenere autem Ephesum Episcopi ultra 200. qvos inter eminuit Cyrillus.

Cui fabulantur, demandatas esse à Cœlestino partes præsidendi, qvandoqvidem demonstrare neqveunt Arcadium, Projectum & Philippum Cœlestini ad Ephesum Legatos, partes illas obtinuisse vid. *D. Gerhard. l. 2. Conf. Cath. Art. 4. c. 3.*

Susceptum est illic ab Episcopis Examen Nestorianæ opinionis pariter, & Scriptorum Cyrilli, ad sacras literas, Nicenam fidem, & Patrum antiqviorum expositionem, cumqve Nestorius Ephesi qvidem præsens, in Synodum tamen vocatus, venire nollet, anteqvam Johannes Antiochenus, qvi ultimus omnium accessit, præsto esset, Cyrillus cum sua parte Episcoporum ejus dogma damnat, literasqve à Synodo ad Imperatorem mittit, suppressas tamen à Candidiano Comite, dum interim Nestorius clanculum assumto Johanne, Theodoreto, aliisqve, qvos secum adduxerat, Synodum & ipse facit peculiarem, inqve eo Cyrillum & Memnonem, Ephesi Episcopum, vicissim damnatos

officio deponendos pronunciat. Qva de re certiores facti orthodoxi, seqventi die in Johannem qvoqve, & Theodoretum, ceterosqve, excommunicationis sententiam ferunt. Imperator Theodosius, re cognitâ, septenos ex utraqve parte Chalcedonem evocat, controversiam ipse cogniturus. Ibi cum Nestorii improbitas patefacta esset, non solùm Episcopatu dejectus, sed in Insulam qvoqve Oasin relegatus est, *Maximianum* Successorem nactus. vid. *Socr. lib. c. Cyrill. Epist. ad Clerum populumqve Antiochen. Canones* præterea Ephesi sancitos exhibent *Justellus in Codice Canon. Osiander Cent. 5. pag. 252. Caranza pag. m. 154.* Damnatos qvoqve esse Pelagianos, qvos Nestorius receperat in communionem, probat *Grib. J. Vossius lib. 1. Histor. Pelagianæ cap. 47.* Confer ibidem Summam Synodorum, qvæ Pelagio Cœlestioqve ejus socio, dicam scripsêre. Johannem Antiochenum & Theodoretum, consentientes tandem in Nestorii condemnationem, Cyrillus in communionem recepit, malè propterea audiens apud qvosdam, qvi pacis incautiùs expetitæ illum insimulârunt: at postqvam Anathematismos suos publico Scripto defendisset, ab accusatione ista sese liberavit. *Theod. Ep. 112. ad Domnum. Liberatus Breviar. c. 7. Cyrill. Ep. 29. & 31. &c.* 18.

18. Multa scripsit *Cyrillus Tomis duobus* comprehensa, ut sunt *Explanationum in Genesin lib.* 11. *in Esaiam* 5. *in Johannem* 12 quorum quatuor medios missos *Judicum Christo Deus* ad Cyrilli imitationem restituere conatus est. *Dicta Veteris Testamenti anagogicè explicata. Adversus Judæos lib.* 1. & *breves anagogæ de iis, qui floruerunt ante legem.* Addi solent primo Tomo *Commentaria in Leviticum*, quæ meritò creduntur esse Origenis. *Tomo posteriore* habentur *Epistolæ* 39. *Homiliæ* 10. *Apologia ad Theodosium. Declaratio* 12. *Anathematismorum. Apologeticus pro Anathematismis. Alius* item *contra Theodoretum. Apologeticus pro iisdem, Expositio Symboli Niceni. Scholia de incarnatione Unigeniti. Epistolæ duæ ad Successum Episcopum. Synodales Epistolæ* 12. *Nestorii dogmata ex ipsius libris excerpta. Oratio de exitu animæ. Thesauri libri* 14. *Dialogorum cum Hermia libri* 7. *Contra Julianum Apostatam l.* 10. *De rectâ fide ad Theodosium & Reginas libri* 3. *Adversus Anthropomorphitas unus.* Sunt præterea *libri* 17. *de adoratione in spiritu & veritate*; & *liber de Trinitate*, qui dubiæ fidei sunt, quod contra Monothelitarum errores in his disputatur, qui Cyrilli ætate multò posteriores sunt.

Non pauciora his *Theodoretus Cyri Episcopus* ingenii post se reliquit monumenta, in *duos* itidem *Tomos* digesta: Ad *priorem* pertinent *obscura Quæstiones in Genesin, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Josua, Judicum, Ruth, Libros Regum, Paralipomenon, Commentaria in omnes Psalmos Davidis, in Canticum Canticorum: in omnes Prophetas*, excepto Isaia. *In Cantica Moysis, Anna, Habacuc, Esaiæ, Ezechiæ, trium puerorum, Virginis Mariæ, Zachariæ, Simeonis.* Ad *posteriorem* Tomum spectant *Commentaria in omnes Epistolas Pauli, Historia Ecclesiastica à Constantino, usq; ad Theodosium Junior. lib.* 5. *Dialogorum lib.* 3. *De Haretico-*

rum fabulis lib. 4. Historiæ sanctorum Patrum. De Providentia Sermones 16. De curandis Græcorum affectionibus lib. 12. Denique *Epistolæ ad Leonem Papam & Sixtum*, cum *Oratione de dilectione*. Sunt præterea 150. *Epistolæ*, quas è Vaticano Codice, in quo solo hactenus deprehensæ sunt, *Fr. Metius* latine vertit, tantò cautiùs recipiendæ: præsertim cum ipse fateatur *Baronius* ann. 553. n. 46. ab Hæreticis sub Theodoreti nomine Epistolas ejusmodi fuisse confictas. Editio Parisiensis in 4. Tomis exhibet Theodoreti opera.

An. Chr. 432. 19. Altero post Concilium Ephesinum anno *Cœlestinus* Papa in vivis esse desiit, cui successit *Sixtus*, quem Anicius Bassus Consularis, incestûs cum sacra Virgine perpetrati, falsò accusavit. Absolutus enim est Sixtus causâ cognitâ in concilio Romano 56. Episcoporum, præsente etiam Valentiniano Imp. Sixtus nono Episcopatûs anno *Leoni Magno* sedem cessit. Aliquot antè annis *Maximinianus*.

Constantinopoli moriens Successorem habuit *Proclum*: Antiochiæ verò *Johannes*, *Domnum*. *Dioscorum* Cyrillus Alexandriæ, optimus pessimum; qui in Eutychiana controversia contra orthodoxos stetit, & cognatos Cyrilli tyrannicè habuit. *Socrat. lib. 7. cap. 38. Theod. Ep. 83. Tom. Concil.*

An. Chr. 437. 20. Hoc tempore Vandalica persecutio in Ecclesias Africæ orthodoxas

cæpit, sub Genserico Rege, qvi, postqvam ipsam etiam Carthaginem cepisset, templa eripere Catholicis, eaqve Arrianis tradere, retinentes crudeliter habere cœpit. Filius ejus *Hunericus* atrocius adhuc grassatus est cædibus, tormentis & exiliis. Duravit hæc persecutio, per intervalla tamen qvievscens, restitutis aliqvando in integrum orthodoxis, mox iterum per Arrianos expulsis, qvoad regnum Vandalicum in Africâ sub sex Regibus stetit. Post Hunericum enim *Gundabundus* regnum obtinuit, illum excepit *Thrasymundus*, hunc *Childericus*, qvem Gi... frater parricidio sustulit, in qvo Vandalorum in Africa regnum, adeòqve persecutio contra orthodoxos finem accepit, qvod tamen seculo demum sequenti accidit. *Victor de Persec. Vandal. Procop. Prosper. in Chronic. Isidorus in Hist. Vandal.*

21. Ad Africæ cladem à Vandalis acceptam vastatio accessit Occidentis, per Attilam, qvi cum fratre Bleda potissimam Europæ partem populatus

est. Theodosius aliqvotics Thraciæ imminentem auro removit : victus deinde Attila in campis Catalaunicis Duce Aëtio, profugit in Thuringiam. Reparato verò exercitu irruentem in Italiam Leo Papa occurrens autoritate suâ flexit, ut retrò cederet, functus legatione Valentiniani populiqve Romani. Aqvilia tamen plurimæqve aliæ urbes ab eo captæ vastæqve sunt. Multisqve bono fuit cita mors : non diu enim superfuit, crapulâ, ut ajunt qvidam, extinctus. *Procopius, Marcellin. in Chron. Ann. Christ. 453. Cassiodorus, Sidonius Apollin.*

Tantas Occidentis clades, imprimis etiam infelix *Valentiniani III.* fatum, qvem Petronius Maximus, cujus conjugem constupraverat, dolo circumventum occidit, rapta cum ejus conjuge Eudoxia, Theodosii filia, ipso qvoqve imperio, interpretantur *Baronius & Spondanus an. 452. n. 7.* de justa Dei Nemesi, qvi invasionem Jurium & privilegiorum Ecclesiasticorum hâc ratione voluerit punire. Valentinianus enim sanctionem edidit, qvâ sublatum est omne judicium Ecclesiasticum, nisi in his, qvæ ad religionem pertinerent : vel ubi partes ex consensu apud aliqvem Episcoporum agere delegissent, nul-

nullamqve esse voluit Clericis fori exceptionem. In qvo qvidem negotio nihil culpandum est. Parùm enim aberat, nisi prospectum fuisset ab Imperatoribus, qvin Judiciorum omnis vis per Ecclesiam privilegia enervata esset: cùm non solùm personæ, sed & loca sacra à civili Jurisdictione eximerentur, & asylum sceleratissimis qvibusqve illuc confugientibus patefacerent Episcopi, eoqve rem deduxisset Imperatorum indulgentia, ut, qvi ab Episcoporum judicio ad civile tribunal appellâsset, mulctam solvere cogeretur, ut de Chronopio qvodam refert *Baron. ad ann. 369. n. 6.* Rectiùs impuræ vitæ, atqve injustitiæ, hoc factum Imperatoris & imperii tribuissent censores illi: sic enim stupra adulteriaqve, sic injustæ cædes Boëtii & Aëtii, illius Præfecti Prætorio, hujus benè meriti Ducis, vindicatæ sunt. Petronium tamen *Gensericus*, ex Africa ab Eudoxia evocatus, puniit, Romamqve ubi diripuisset, in Africam rediit. *Marcellin.* & *Cassiod. in Chron. Evagrius l. 2. n. 7. Procop. de bello Vandal. l. 1. Sidon. l. 2. 4. 13.*

An. Chr. 450.

22. Anteqvam hæc gererentur, *Theodosius* Imp. vitâ functus est, anno seculi 50. cujus soror Pulcheria, qvinqvagesimum primum ætatis annum agens, ascivit sibi maritum *Marcianum* delato eidem imperio. Sub cujus Prin-

cipatu *Chalcedonense œcumenicum Concilium* actum est adversus Eutychetem, Monachum Constantinopolitanum, qvi occasione disputationis adversus Nestorium in contrarium errorem delapsus, docuit, Christum è duabus qvidem ante unionem constitisse naturis, post eam verò ex una tantùm, neqve carnem nostræ similem habere, nec similem matri Mariæ; sed talem, qve facta sit verbum, h.e. in verbi substantiam transmutata, in qva carne ipsa divinitas crucifixa, ac sepulchro mandata resurrexerit. Paulò perplexiùs Hæresin suam, cum idem, qvod Eutyches sentiret, Dioscorus Alexandrinus extulit: ex duabus, inqvit, naturis suscipio, duas non duas suscipio. *Evagrius lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 4. Leo Ep. 10. & 52. Theod. lib. 4. Hæret. fab. Narratio de Synod. Chalced. Tom. 1. Concil.* Chalcedonensem Synodum præcessêre anno 449. *Concilium alterum Ephesinum;* cui interfuêre 128. Episcopi, & Dioscorus præsedit. In qvo, cùm secundùm Eutychem pronunciatum esset, *Flavianus*, qvi in locum Procli Constantinopolis Episcopus factus erat, Theodoretus, Ibus, aliiqve Orthodoxi damnantur, & exilio mulctantur. In qvod, cùm abduceretur Flavianus, triduò post animam efla-

flavit. Violenter illic omnia per milites in Concilio præsentes acta sunt : multiqve Episcopi subscribere coacti : multi tamen etiam sponte subscripserunt. Inter qvos erat *Juvenalis Hierosolymitanus & Stephanus Ephesinus*, resipientes postea in Synodo Chalcedonensi. Duo etiam conventus pridem in Eutychis causa Constantinopoli habiti erant. Sed nihil effectum, cùm acta Synodi Eutyches corrupisset. Leo qvoqve Romæ Concilio exacto Ephesina acta examinavit, veritatemqve per vim suppressam inveniens ab Imperatoribus, œcumenicam Synodum flagitare cœpit, qvam post mortem demum Theodosii Marcianus indixit. At verò Dioscorus, convocatis Episcopis per Ægyptum, Leonem excommunicavit. Contra Marcianus eos, qvi Ephesi damnati erant, ab exiliis revocatos restituit, & in Eutychianos, anteqvam Chalcedonem veniretur pœnam hæreticis definitam, exilium scilicet, edixit. *E. Breviario Liberati, Theodoreto, Actis Chalcedonensibus, Evagrio, Leonis Epistolis*, qvas inter eminet illa, qvam scripsit in hoc negotio ad Flavianum de incarnatione verbi, dignis ab antiqvitate laudibus celebrata. Præter hanc extant adhuc aliæ Leonis numero 97. & *Homiliæ* eloqventissimæ de præcipuis solennitatibus.

23. Chalcedone autem Episcopi. 530 comparuêre, Leo misit Legatos, Dioscorus cum so-

cius initio in conſeſſum admiſſus, poſteà demum rei partes agere juſſus eſt. Præſedit Imperator ipſe, adfuit qvoqve Pulcheria Auguſta, cum Patriciis & Senatoribus. *Leonis Epiſtola* qvam diximus ad Flavianum ſcriptam, ſub examen revocata atqve approbata eſt. Decretum inde, qvod Anathemati ſubjaceant, tàm qvi confundunt naturas in Chriſto, qvàm qvi ſeparant, qvandoqvidem duæ in Chriſto naturæ ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως in unam conveniant perſonam. Canones etiam 28. ſtatuti ſunt, qvos inter poſtremus Conſtantinopolitanam ſedem Romanæ exæqvat, qvamvis contradicerent Leonis Legati, & poſtea etiam ipſe *Epiſtolis 53. 59. 61. & 62.* ad Anatolium, qvi Flaviano ſucceſſerat, & Marcianum datis. Unde eſt, qvod *Spondanus ann. 451. n. 30.* ſolùm definitionem fidei à Leone firmatam eſſe ſcribit: alii verò Pontificiorum vel prorſus negant, canonem genuinum eſſe, vel tamen præſentibus Romanis Legatis eſſe conſtitutum, inficiantur, contra qvos agit *M. Ant. de Domin. lib. 4. cap. 4. n. 5. & 21.*

Dioſcorum relegavit Imper. ad Gangran Paphlagoniæ civitatem, vetuit, ne qvis auderet, decretis Synodi contradicere, aut Scripta his contraria penes ſe habere. Nihilominus tamen diu adhuc Eccleſiam Eutychianismus exercuit. Nam qvi *Acephali* poſteà dicti ſunt; item *Theopaſchitæ, Monophyſitæ & Monothelitæ* ad 150. annos deinceps Chalcedonenſi Synodo contradixerunt, qvos interfuêre *Petrus Gnapheus* Epiſcopus Antiochenus, nec non *Timotheus Ælurus* Alexandrinus, ſeqventium temporum. *Ex actis Chalcedonenſibus, Evagrio &c.*

241 Ti-

24. *Timotheus* hic *Proterio* suffectus est à populo Alexandrino per seditionem interemto. Cùm enim invitus populus amisissèt Dioscorum in Synodo depositum, diuqve Proterium recipere nollent, tandem, auditâ morte Imperatoris Martiani, redintegratâ seditione, Proterium necant, Ælurumqve substituunt. Cujus in Episcopatu successor fuit *Petrus Magus*, & ipse hæreticâ Eutychis opinione infectus. Simul tamen in Ecclesia alius qvidam Timotheus Salophacciolus, ex Proterii Sectatoribus Episcopi loco fuit. In Antiochia Domno, ab Ephesina illa violenta Synodo depositio, *Maximus*, Maximo *Martyrius*, & huic *Gnaphæus* (*Latinis Fullo*) de qvo prædiximus, Successores fuêre, malis hic artibus effecit, ut Martyrius ultrò Episcopatu cederet, cùm videret, omnium à se animos alienatos esse. Constantinopoli verò Anatolium excepit *Gennadius*, hunc *Acacius*, suspectus Romanis Pontificibus, qvi post Leonem & Hilarium fuêre, Simplicio, Felici, Gelasio, àqve his communione non solùm ejectus, sed & prorsus damnatus unà cùm his, qvi ipsi communicâssent, non qvod Hæresin in ipso deprehenderent, sed qvod nimiam cum utroqve Petro, Mongo & Gnaphæo, familiaritatem habere videbatur. Qvanqvam satis ex ipsius Epistolis, qvarum duæ extant in Conciliorum Tomis, apparet, orthodoxum fuisse. Accessit vetus

tus Romanorum cum Constantinopolitanis æmulatio, ex qvibus causis hoc enatum Schisma est, qvod diu inter utramqve Ecclesiam intercessit, multasqve alias involvit. *Theodorus Lector*, *Liberatus*, *Evagrius*.

Compendium talium rixarum de Primatu, & propter Acacium è sacris diptychis erasum, vide apud *Spondan. ann.* 452. *n.* 5. 483. *n.* 484. *n.* 4. *seq.* 492. *n.* 2. 493. *n.* 3. 494. *n.* 2. 512. *n.* 3. 595. *n.* 3. confer *Salmasium de Primatu p.* 49. *seq.*

25. Aliqvot circa hoc tempus *Concilia* in Galliis habita sunt *Arausicæ* duo, *Arelati*, *Andegavi*, *Vasatis*, *Carpentorati*, *&c.* qvibus interfuere celebres hujus seculi Gallorum Doctores, *Eucharius Episcopus Lugdunensis*, cui qvædam tribuit Scripta *Gennadius*, qvæ non extant, qvædam alii, qvæ extant, sed de qvibus dubitari potest. *Claudianus* item Monachus autor *trium librorum de statu animæ*. *Hilarius Arelatensis*, *Salvianus Massilienses*, cujus sunt *libri 8. egregii de providentia & judicio Dei*, *& libri 4. de Ecclesia*, in qvibus exaggerat vitia Christianorum, maximè Clericorum sui temporis. *Salonius* Eucherii autor, Dialogi in Proverbia & Ecclesiasten, *Faustus* Rhegii in Gallia Episcopus, qvi scribens contrà Pelagium Semipelagianum se prodidit. *Libros* itaqve *ejus duos de gratia & libero arbitrio* Gelasius inter Apocrypha retulit, qvi adhuc extant. *Canones* in his Conciliis sancitos exhibet, & examinat ex nostra-

stratibus *Osiander Cent. 5.* ex adversariis *Carranza*. In *Hispanis*, *Toleti* qvoqve celebratæ sunt Synodi contra Priscillianistas, additaqve tertio Articulo Symboli Niceni & Constantinopolitani de Spiritu sancto ista verba, *qvi à Patre Filioqve procedit*, eoqve modo deinceps Symbolum decantatum fuit in Galliis & Hispaniis, Romæ verò per aliqvot adhuc secula antiqvum exemplar obtinuit *Baronius Ann. 447. num. 3.*

26. Qvod res imperii attinet, in Oriente qvidem Martianum, *Leo* excepit, natione *Thrax*, communi Senatûs Constantinopolitani consensu electus, àqve Anatolio coronatus. Occidentis imperium Valentiniani morte tantum non penitus subversum est: qvi enim post ipsum in singulos penè annos *Imperatores* fuerunt, exiguam potentiam habuerunt. An. Chr. 457.

Maximum, à qvo Valentinianus occisus est, excepit *Avitus*, qvi deponens imperium sponte *Majoriano* habuit Successorem, inde *Severus* à Ricimero evectus, & mox iterum necatus est accersito Constantinopoli Anthemio, qvi, cùm aliqvot annis ægrè sustentâsset Italiam, ab eodem Ricimero, penes qvem rerum arbitrium erat, interimitur, suffecto in ejus locum

Oly-

Olybrio. Hunc paulò pòst fato suo functum, *Glycerius*, Gotthorum favore sublevatus, sequitur: at *Julius Nepos* mox in Clericum illum attondet, sibiqve imperium usurpat: contrà *Orestes*, Nepotis militiæ Dux, exercitu adversus ipsum Imperatorem ducto, filium suum *Augustulum*, Imperatorem proclamat, Nepote profugiente. *Augustulum* verò *Odoacer* Herulorum Rex, cum exercitu Italiam ingressus, deponere imperium coëgit, postqvam patrem ejus Orestem occidisset, seqve Regem Italiæ dixisset, repudiato Imperatoris, Augustiqve nomine. Sic intra vigesimum à morte Valentiniani annum, sub 10. Imperatoribus & magna rerum confusione Italiæ, imperium defecit, à Barbaris occupatum cum reliqvæ etiam provinciæ Barbarorum jugo pridem ingemiscerent, novis paulatim regnis exsurgentibus. In Hispaniis enim Gotthi Sveviqve jam stabilem sedem fixerant, in Gallis iidem Gotthi, Burgundiones, Franci nihil penè Romanis reliqverunt. In Illyrico Gotthorum Orientalium sedes erat, qvorum Rex Theodoricus, cum Odoacre in bellum descendens, aliqvot præliis victor, mox Italiæ & Romanæ Urbis Principatum obtinuit: Odoacre post in fidem regni societatem tandem interemto. Britanniam, qvæ Romanis parebat, invasêre primò Scoti, qvibus pellendis, cùm evocati essent Angli Saxones, Romani æqvè ac Bri-

Britanni novis incolis cedere coacti sunt, in vicinam Galliam expulsi. Sic novum Anglorum regnum conditum est, eôdem ferè tempore, qvô Franci in Gallia stabilem pedem fixerunt, Parisii regno sub Rege Childerico inchoato anno 456. Norici provincias Boji & Svevi ab Hunnis Sclavisqve Bohemiæ expulsi, occupaverant, qvorum hoc tempore Apostolus *Severianus*, claruit sanctitate vitæ & miraculorum prophetiæqve χαρίσμασι, ut refert *Aventinus* è suis Autoribus. Cetera habent *Marcellinus*, *Cassiodorus in Chron. Jornandes de rebus Geticis*, *Historia Miscella.*

27. Ceterùm, qvod *Ecclesiam* attinet, tot Regum regnorumqve mutationibus non parum illam affligi contigit, qvandoqvidem ingruente barbarie non solùm superstitionibus & erroribus via patefacta est: sed & Arrianismi labe pleriqve Reges gentesqve erant infectæ. Gothos enim latè per Europam diffusos, Burgundiones, Odoacremqve cum Herulis suis isti Sectæ deditos, neqve tamen Catholicis, qvibuscum vivebant, multum fuisse graves, è monumentis Ecclesiasticis constat. Theodoricus præsertim, qvem à Ve-

ro-

rona capta possessâqve Veronensem cognominant, cum Italia potiretur, pacem orthodoxis concessit, sic tamen, ut pace Arriani similiter fruerentur. Vandali verò Arriani, qvantum damni dederint Ecclesiis Africanis, suprà meminimus. Et descripsit illas persecutiones Victor Episcopus Uticensis, tribus libris, qvi extant. In Hispania Svevorum Rex Recciaris, Arrianâ hæresi relictâ, circa Chalcedonensis Concilii tempora ad orthodoxos transierat: In Britannia Saxones religionem Christianam, nondum tamen publicè receptam addiscentes, puram ab hæresi imbiberunt. Franci verò, cum in Galliam veniissent, adhuc idolorum cultores erant, donec Clodovæus Crotilden Gundebandi Burgundionum Regis Neptem uxorem duceret, à qva permotus, Christianam religionem amare cœpit, factumqve est sub finem hujus seculi, ut dimicans adversus Alemannos in prælio votum faceret de suscipienda, ubi vicisset, religione Christianâ: voti itaqve damnans à Remigio Rhemorum Episcopo baptizari, volunt, totâ

totâ Francorum gente Regem suum sequi instituente, teste *Hincmaro Archi-Episc. Rhemensi*, Scriptore vitæ Remigii, sed in futilium miraculorum commemoratione, quæ inprimis circa Clodovæi Baptismum contigisse scripsit, nimis fabuloso. Adde *Aimoinum de rebus gestis Francor. & Sigebert. in Chron.*

28. In Oriente quoque Zeno Imperator socero Leonianno Christi 474. Successor factus, de Eutychianismo multis argumentis se reddidit suspectum. Basiliscus vero, à quo Zeno expulsus, in Isauriam profugit, quandiu regiâ urbe cum imperio potitus est, Chalcedonense Concilium abrogari, exulesque Eutychianos suis sedibus restitui, præcepit. Zeno tamen recuperato imperio ad preces Simplicii Papæ orthodoxos restituit, repulitque Eutychianos, sed non bonâ fide. Neque enim Ælurum Fullonemque, licet damnatos, sedibus suis ejecit, neque Calendionem, qui in Stephani, orthodoxi Episcopi Antiocheni, ab Eutychianis per seditionem occisi, locum suffectus erat, diutius toleravit, sed citò exulare coëgit, An. Chr. 474.

An. Chr. 476.

qvod Petrum Fullonem, adulterum esse scripsisset. Alexandria etiam Timotheum orthodoxum, qvi in Timothei Æluri locum successerat, ejecit, ut Petro Mongo Eutychiano locum faceret. Cujus suggestione edictum promulgavit, qvod extat apud *Evagr. libr. 3. cap. 14.* conciliandis partibus, ob Concilium Chalcedonense dissentientibus, accommodatum, cui Henotici nomen imposuit, idqve ad Alexandrinos & universos Ægypti, Libyæ & Pentapolis Episcopos, Clerum, populumqve misit, proposita in eo fidei certâ confessione, qvâ Eutycheti qvidem anathema dicitur, declaratio tamen fidei Chalcedonensis non continetur, voluitqve omnes sibi subscribere, idqve postmodum etiam aliis obtrudi cœpit. Eô imperante, imò potiùs propter Tyrannidem Basilisci, exule, Constantinopoli *Bibliotheca regia* conflagravit, vicies centena millia librorum complexa, qvos inter erat *Homeri Ilias* & *Odyssea* cum historia rerum ab Heroibus gestarum, literis aureis inscripta Draconis intestino pedes 120. longo.

Vivum Zenonem sepelivit Ariadna uxor, cum comitiali morbo aliqvando correptus esset, neqve reversum ad se, èqve Mausoleo vociferantem, passa est eximi: fame itaqve consumtus, postqvam suos ipse lacertos

os devorâsset, miserè interiit anno imperii 17. Ascitus est ab Ariadna Anastasius, qvi Zenoni succederet. *Evagrius l. 3. c. 29.* apud qvem cetera qvoqve lege. Confer *Theodorum Lect. Liberatum.* An. Chr. 491.

29. In superstitionibus excogitandis qvàm solers hæc æras fuerit, indicant Monastices tot nova inventa. In Oriente Monachorum *Studitarum* insomnium ordo, à Studio consulari Constantinopolitano institutus est, ut refert *Nicephor. lib. 15. cap. 23.* Alius qvidam Monachus *Simeon* cognomento *Stylites* octoginta annos inhabitavit columnam, vixitqve annos ultrà centum, ab Imperatoribus, omnisqve conditionis hominibus cultus frequentatusqve, qvem secutus est *Daniel*, qvi à Simeonis morte eandem columnam conscendit, sitam ad Ostia Ponti, non longè Constantinopoli, victurus nimirum vitam humanâ sublimiorem. *Simeonis* extat in Bibliotheca Patrum *liber de morte assiduè cogitanda*, vitamqve ejus descripsit ex parte *Theodoretus in Histor. Patrum.* His accedit *Johannes*, cognomen-

mento *Silentiarius*, in Palæstina Monachus, qvi præ nimia sanctitate, ne qvidem unicum verbum aliis audientibus prolocutus est. In Occidente æqvalis Johanni, & Monachorum qvidam Patriarcha fuit *Benedictus*, qvi sub finem hujus seculi è ludo literario Romano, annum agens 14. discessit in solitudines, aliqvanto pòst Cassinense cœnobium exorsus. Ejus res gestas plerasqve *Gregorius* consignavit *in libris Dialogorum.*

30. In sede Romana post Felicem *Gelasius* seqvitur, vir bonus & disciplinæ Ecclesiasticæ studiosus. Primatus tamen, juxtà cum ceteris, assertor strenuus, & hoc nomine memoriæ Acacii Constantinopolitani iniqvus. Celebravit has ob causas Romæ Concilium 70. Episcoporum, in qvo non solùm censuram edidit, de libris sacris utriusqve Testamenti, ut & Doctorum Ecclesiæ Scriptis, qvatenus illa vel sacris literis conveniant, vel iisdem repugnent, qvæ extat in *1. Tomo Conciliorum, unà cum ejus qvibusdam Epistolis, libroscve de vinculo Anathematis:* sed

An. Chr. 494.

sed & primatum Romanæ sedis asseruit, quam proxime sequuntur Patriarchatus Antiochenus atque Alexandrinus, Constantinopolitano in postremum locum conjecto. Decrevit idem de sacræ cænæ usu, eam esse integram sumendam, aut prorsus ab ea abstinendum, reprehenditque graviter, si qui â calice sacrati cruoris abstineant.

Extat *Gelasii* sanctio in *Decreto*, *Dist. 2. Can. comperimus.* Anno quinto Pontificatus sui defunctum, secutus est *Anastasius*, Anastasio Augusto, qui tunc imperavit, cognominis, sed biennio tantùm Ecclesiam rexit. Post quem *Symmachus* & *Laurentius* de successione certant; postque multas cædes, rapinas & innumera mala ex hoc Schismate enata, litem deferunt judicandam Theodorico Regi, Arriano, à quo *Symmachus*, utpote prior electus, Pontificatum habere jussus est: neque tamen omnes turbæ illicò conquievêre, quin potiùs in sequens usque seculum se porrexêre mala hujus Schismatis, cùm vulgus hinc atque inde studiis distractum, aliquoties in seditionem erumperet, & ad cædes usque, etiam Presbyterorum grassaretur, donec Laurentius excommunicatus, & à Theodorico Rege in exilium ejectus est.

Dum hæ turbæ durant, Laurentianæ factionis Senatores à Theodorico petierunt, ut visitatorem mitteret Apostolicæ sedis. Qvi id officii Petro Altinæ Civitatis Episcopo injunxit, datâ potestate cognoscendi de criminibus, Symmacho impositis: cujus visitationis historiam prolixius descripsit *Ennodius Diaconus in Apologetico Symmachi*, acriter in calumniatores ejus invectus, qvod ausi essent visitatorem à Rege postulare Romani Pontificis, qvem, ut ait Deus suo, sine qvæstione, reservavit arbitrio. Adde *Cassiod. in Chron.* & *Anastas. Bibliothec. in Symmacho.*

Nimirum haud obscure esse potest hæc legentibus, jam tùm Antichristum, non sòlùm in lucem fuisse editum, sed & infantiam supergressum; palàm qvippe profari ausum; Qvis qvalisve esset: ille nimirum ἄνομος, ὑπερεπαιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα. Unde est, qvod *Ennodius* adjicit, B. Petri successores cœlo tantùm debere innocentiam, ipsis verò qvicqvid ubiqve fidelium est, esse subjectum.

Dum hae turbae durant, Laurentia…
Senatores à Theoderico petierunt, ut…
rem mitteret Apostolicae sedis. Qui…
tro Altinae Civitatis Episcopo imp…
potestate cognoscendi de criminibus…
cto impositis: cujus visitationis hist…
Ennodius descripsit *Ennodius Diacon…*
tico Symmachi, acriter in calumn…
invectus, quod ausi essent visitatore…
postulare Romani Pontificis, quem…
suo, sine quaestione, reservavit…
de *Cassiod. in Chron. & Anastas. in*
Symmacho.

Nimirum haud obscure…
legentibus, jam tum Antichristum…
lum in lucem fuisse editum, …
supergressum; palàm quippe…
sum; Quis qualisve esset: …
ἄνομος, ὑπεραιρόμενος ἐπὶ…
θεὸν ἢ σέβασμα. Unde est, quod…
jicit, B. Petri successores coelo…
re innocentiam, ipsis verè…
ubique fidelium est, …
subjectum.

CAPIT. III.
SECTIO V.
De rebus Seculi Sexti.

SUMMARIA:

Talmudicorum voluminum historia, & Judaeorum quorundam conversio, n. 1. *Anastasii Imper. Haeresis & interitus*, n. 2. *Quaestiones quaedam Ecclesiam vexantes*, n. 3. *Theodorici Venorensis Regis gesta. Scriptores hoc tempore*, n. 4. *Acta Justini Imper. ad concordiam Ecclesiae & Orthodoxiam reducendam*, n. 5. *Justiniani Imper. gesta, imprimis bella cum Gothis, & Gothici regni finis in Italia*, n. 6. *Justiniani leges, & gesta Ecclesiastica*, n. 7. *Pontificum Romanorum acta*, n. 8. *Dogmata & Schismata varia. Jacobitarum Haeresis*, n. 9. *Disputatio de tribus Capitulis, Synodus oecumenica Constantinopolitana*, n. 10. *Justiniani ad haeresin propensio & mors. Pontificum Romanorum res, & Imperatorum Orientis*, n. 11. *Ecclesiae status in Hispaniis, Galliis, Germaniâ, Britanniâ*, n. 12. *Gregorii Magni & aliorum, quorundam Scripta*, n. 13.

I.

EXordiemur hoc seculum à *Judaeorum* rebus, qvandoqvidem in an-

An. Chr. 506. num 506. incidit operis Talmudici perfectio, ut *Calvisius* putat, qvamvis Baronius referat in annum 476. secutus *Sixt. Senensem lib. 2. Biblioth. 5.* apud qvem legas, licet, catalogum voluminum Talmudicorum, nec non excerpta blasphemiarum & errorum, qvos illud opus complectitur.

Talmud, de qvo agimus, *Babylonicum* est, à qvo illud alterum *Hierosolymitanum* obscurari contigit. Etenim Scholis Palæstinis oppressis, omne Judaicum Sophos convolavit in Babyloniam, ubi celebres fuêre Scholæ, Nahardæa, Sorana & Pumbeditana, de qvibus videndus *Serarius in Rabin. duobus c. 30.*

Autoritas hujus Talmudis inter Judæos est irrefragabilis. Dividitur universum in Sedarim, id est, ordines sivè tractatus sex, qvi hoc versu continentur: *Semina, festa, uxor, monumentum, victima, munda.* Atqve adeò *primus* agit de seminibus, frugibus, fructibus, eorumqve usu: *Secundus* de festis & solennitatibus. *Tertius* de ducendis ac repudiandis uxoribus, earumqve officiis, affectibus, morbis. *Quartus* de damnis, ac horum pœnis & compensationibus. *Quintus* res sacras & sacrificia exponit. *Sextus* de munditie vasorum, supellectilium & polluturum emundatione solicitus est. Videantur juxtà cum *Serario lib. cap. Constantin.* L. *Empereus in clave Talmudica.* Ceterùm qvi hactenus fuere Amorai, finem hoc seculo nacti sunt, succedentibus, in locum eorum *Doctoribus Seboraim*, id est, Opinatoribus, qvi de

de sensu Mischnaioth in utramqve partem probabiliter disputárunt, cum priores certas sententias sequerentur.

Lucrifacti sunt Christo non pauci è Judæis cùm hoc, tum priore seculo, variis occasionibus, plerumqve suis adacti calamitatibus: ut hujus rei præbet exemplum impostura Cretensis. Etenim in Creta, superiore seculo, planus qvidam, alterum se Mosen professus, Judæos ad libertatem vocaverat, atqve ingenti hominum multitudine ad mare abductâ, siccо cos pede jusserat transire, cum credduli plurimi id facere conarentur, mersi sunt, planus nunqvam ampliùs comparuit, creditumqve est, malum genium hominis specie his illusisse. Tùm qvam plurimi convicti erroris sui Christo nomen dederunt, teste *Socrate, qvi historiam consignavit. libr. 7. cap. 37.*

2. *Anastasius* Imperator, qvem superius retulimus in Zenonis locum successisse, Zenonis in causa fidei, consiliis, vestigiisqve institit. Cùm enim pacis Ecclesiasticæ studiosior esset, qvâm salvâ religione oportebat, omnes pariter Episcopos,

qvi vel damnabant, vel nimium etiam defendebant Concilium Chalcedonense, exagitavit, cupiens omnibus commendare Zenonis *Henoticum*, in qvo Concilii ejus acta silentio penitus involuta sunt. Et susceperè qvidem illud plurimi in Oriente, imprimis Ecclesia Alexandrina, cujus Episcopus *Johannes*, cognomento *Mela*, qvi post Mongum & Anastasium hæreticos, sedem occupaverat, illi subscripsit, qvod & fecit *Johannes* alter *Macbiota*, prioris Successor, ut *Liberatus* testis est. Constantinopoli verò Euphemius cum Anastasii cœptis resisteret, in exilium ab eo est ejectus. Vapulavit hic nihilominus etiam à Romanis, qvod negaret, Romanæ Ecclesiæ eam esse potestatem, ut qvoscunqve illa damnaret, pro hæreticis statim ab omnibus haberi debeant: Acacii enim defendebant memoriam, eo nomine, qvod is à nulla Synodo, sed solis Romanis Pontificibus fuisset excommunicatus. In Euphemii locum Macedonium Imperator substituit, qvem tamen paulò post, cùm ad nutum suum non haberet Henotico consentientem, ex-

An. Chr. 511.

expulit, suffecto Timotheo qvodam Theopaschitarum Principe & homine impuro, qvem vulgus Constantinopolitanum κηλωνα, qvod admissarium eqvum sonat, appellare consveverunt. Expulit idem Flavianum Antiochiâ, circumventum dolis Xenææ Episcopi Hierapolitani, Eutychianismi sectatoris, Severumqve eidem sectæ deditissimum ejus loco Episcopum fecit: unde crebræ adversus Imperatorem seditiones, & Vitaliani Gotthi rebellio, qva penè in ordinem redactus, eoqve res loco erant, nisi Exules Episcopos sese revocaturum, & Concilium coacturum juratò promisisset, ut Constantinopolis à Vitaliano caperetur. Promissis tamen non stetit, posteaqvam periculo liberatus est. Symmachum qvoqve Pontificem Romanum, à qvo Ecclesiasticâ communione privatus est, propter Hæresin, contemsit, & vicissim calumniis appetiit. Sensit tamen paulò pòst fulmina anathematum, qvibus ii, qvi digni, feriuntur, haut esse bruta, qvippe fulmine de cœlo tactus interiit anno Christi 518. imperii 26to. Chr.

Eva-

Evagrius, Theodor. Lect. Anastas. in libro de Pontif. Rom.

3. Peperit Eutychiana controversia multas in Ecclesia loqvendi formulas, novitate sua suspectas magis, qvàm per se incommodas. Ejusmodi fuit illa, qvàm damnârunt Orthodoxi, à Monachis Scythiæ usurpatam, qvod unus de Trinitate passus fuit. Cùm enim qvidam Eutychis dogma sic explicarent, ut dicerent, à Deitate hominis naturam esse absorptam, & hanc in istam transisse, ipsiqve adscriberent Deitati, qvæ hominis sunt propria, pati, mori, sepeliri, ideò cavebant orthodoxi modos loqvendi omnes, qvi similitudine verborum, Theopaschitarum sententiam præ se ferebant: qvam haud ineptè refutavit Alamundarus Saracenorum Princeps, qvi hoc tempore (An. Chr. 513.) Christianâ imbutus religione orthodoxiam imbibit. Ad eum enim Severus, qvem prædiximus Antiochiæ Episcopum ab Anastasio esse constitutum, legatos misit, qvi dogma Eutychianum ut reciperet, illi persvaderent: ad hos, inqvit, famâ sibi perceptum esse, qvod Michaël Archangelus vitâ excesserit, negant isti, fieri potuisse, eò qvod Angelorum naturæ repugnet mori: Vos autem, inqvit Alamundarus, Deum esse mortuum, conamini persvadere, juxtà eam qvidem naturam, qvæ morti multò minùs, qvàm An-

Angelorum subſtantia ſubjacet, ut refert *Theodor. Lect. Collectan. lib. 2. aliisqve.* Recenſet etiam *Liberatus*, Eutychianiſmi occaſione qværi cœpiſſe Alexandriæ de Chriſti corpore, utrum illud corruptibile aſſumſerit, an incorruptibile? cùmqve ſententiis diſtarent, gravi Schiſmate iſtam Eccleſiam ſciſſam eſſe.

In Galliis verò è libris *Auguſtini*, qvos contra Pelagium ſcripſit, malè intellectis, *Prædeſtinatianorum* hæreſin qvidam conceperunt. (Qvod tamen priore ſeculo circa Concilii Arelatenſis tempora, in qvo hic error damnatus eſt, factum eſſe refert *Sigebert. in Chron.*) docentes, meritum Chriſti ad paucos pertinere, nec prodeſſe piè viventibus bonorum operum laborem, ſi à Deo ad mortem prædeſtinati fuerint; nec impiis obeſſe, qvod impiè vivant, ſi vitam Deus illis deſtinavit. Recruduit hoc malum in Galliis aliqvoties, ut ſuo loco dicturi ſumus.

4. Theodoricus autem Veronenſis Gothorum Orientalium, & Alaricus Occidentalium Reges, Eccleſiæ interim libertatem conceſſerunt, habitæqve ſunt Synodi ab orthodoxis Epiſcopis ſub his Regibus *Agathæ*, [An. Chriſti 506.] in Gallia, & *Tarracone* [An. Chr. 516.] in Hiſpania.

Ala-

Alaricus etiam *Codicem Theodosianum* recognitum priùs à Cancellario suo, & Episcopis Tolosæ publicari curavit. Habuit & Clodovæus Synodum Aureliæ, inde bello Alaricum petens, qvicqvid in Gallia Gotthorum erat, illis eripuit. Cæsus est Rex ipse, & regnum suum Clodovæus ad Pyrenæos usqve montes protulit: qvanqvam Theodoricus qvædam, qvæ Gotthorum erant, recuperavit. Burgundiones qvoqve à Clodovæo debellati, Francis parere coacti sunt, datusqve illis est Rex Sigismundus, qvi relictâ Arrianâ hæresi, in gratiam fortè Clodovæi, Catholicorum partes secutus est. Observantiam Romanæ sedi approbavit Clodovæus. Idem oblatione coronæ aureæ, qvâ Hormisdam Pontificem Symmachi Successorem primus donavit, agnoscens regium in eo magis fastigium, qvàm Apostolicam autoritatem. Mortuo paulò post, anno nimirum Salvatoris 514. filii, *Childebertus*, *Clotarius*, *Theodoricus* & *Clodomerus*, successêre, ut referunt *Gregorius Turon. Hincmarus*, *Sigebertus*.

Theodoricum, cum sub eo pacem Ecclesiæ concessurus esset DEUS, haud mediocri potentiâ instruxit; non enim Italia duntaxat, sed & Galliæ parte & Hispaniâ, qvantum in illa Gotthorum

rum erat, cum Illyrico Pannoniâqve potitus est. Illum posteà *Justinus* Imperator irritavit, lata contrà Arrianos lege, qvâ ædibus suis expelli jubentur. Literis itaqve primùm cum Justino agit, ne pergat, nisi velit & Catholicos à se exagitari: mox Johannem Papam Hormisdæ successorem præcipuosqve Senatores mittit Constantinopolim, qvi legatione, ejus rei gratiâ, fungerentur. Reversum tamen Johannem conspirationis cum Justino suspectum habuit, carcericqve mancipavit, in qvo mortuus est. Symmachum qvoqve & Boëthium, nobilissimos Senatores consulatu functos, qvod delati ad ipsum essent, Rempublicam velle in pristinam formam restituere, necavit: neqve diù post ipse interiit, terrore subito, cum proposito in mensam pisce grandiori, caput Symmachi videre sibi vìderetur, in febrim ardentissimam incidens, Anno Christi 526. *Ex Paulo Diac. Procopio*, *Cassiodoro*, qvem postremum Theodoricus inter Patricios adscitum consiliarium habuit in administranda Italia.

Scri-

Scripsit *Cassiodorus* plurima, ut sunt libri 12. *Epistolarum*, *Chronicon*, *libri* 12. *de rebus Gothorum*, quos in compendium redegit *Jornandes Episcopus Ravennas*, *libri duo de divinarum lectionum*, *Commentaria in Psalmos & Canticum Canticorum* Idem è Socratis, Theodoreti & Sozomeni Scriptis historicis, ab Epiphanio Scholastico latinè conversis, *Tripartitam Historiam* concinnavit: Taceo ea, quæ ad disciplinas pertinent, excerpta è veterum Grammaticorum & Rhetorum monumentis. *Boëthius* quoque præter cetera Philosophica in carcere suo Ticini, celebres libros de *Consolatione Philosophiæ* scripsit. Scripsit & *de unitate Trinitatis*, & *de duabus naturis in Christo* adversus Eutycheten, librum item *de fide ad Johannem Diaconum*. Hujus quoque temporis sunt *Fulgentius Afer*, cujus extant libri 3. ad Thrasymundum Vandalorum Regem, tres item ad Monimum: *Unus de incarnatione & gratia Christi*, *unus contra objectiones Arrianorum*, *ad Euthymium duo*, *ad Donatum unus*: *ad Ferrandi Quæstiones duæ*, & *Epistola septem*, nec non *liber de Fide ad Petrum quendam*: denique *Sermones decem Contrarium argumentorum*. *Ennodius*, de cujus Apologetico suprà meminimus, *Marcellinus Comes*, Chronici autor. *Ferrandus* Diaconus Carthaginensis, qui scripsit paræneticum ad Reginum Comitem & compendium sacrorum canonum. *Eugippius* Abbas Africanus, Augustini compilator. *Avitus Alcimus* Episcopus Viennensis in Gallia doctissimus, metro enarrans Genesin & Exodum libris 5. & quædam alia. *Dionysius Exiguus*, primus qui (An. Chr. 527.) anno à Nativitate Christi numerare docuit in Cyclo paschali, quem confecit. Adduntur his, qui sub Justiniano floruêre, *Victor Capuanus*, *Justus Orgelitanus*, *Anastasius*, *Sinaita*, *Antiochenus*, Episcopi: *Junilius* & *Primasius*, Afri, quorum quæ extant monumenta in *Bibliotheca Patrum* exhiben-

bentur, ut & *Aratoris* Subdiaconi Romani *Carminum libri* 2. qvibus *Acta Apostolorum* complexus est. Ad hanc ætatem videtur etiam pertinere *Procopius Gazæus* Sophista, cujus edita sunt *Commentaria in Octateuchum* & *Isaiam*. Taceo alios minorum gentium Scriptores Ecclesiasticos, videndos apud *Bellarm. libro de Script. Eccl.* &c.

5. Sub Justino, qvi Anastasio successerat natione Thrax, Occidentalis Ecclesia Orientali rursus unita est, adnitente Imperatore, ut Legatis Hormisdæ Pontificis, Constantinopolim ea de causa profectis, satisfieret. [An. Chr. 519.] Attulerunt illi declarationem fidei, qvâ non solùm Nestorius, Eutyches, Dioscorus, Ælurus, Mongus, sed & Acacius, Phravitas, Euphemius, Macedonius, Timotheus, Constantinopolitani Antistites, Zeno item & Anastasius, Imperatores, qviqve his communicâssent, anathemati subjiciuntur, & à sacris tabulis sive Diptychis eradi jubentur. Subscripsisse Augustum ipsum cum Johanne Patriarcha, post aliqvam tamen dilationem, & multos præterea Episcopos, & Archimandritam Orientis, ab Imperatore, ut hoc facerent, per literas monitos, probat *Spondan. ex Epistolis Hormisdæ & aliorum ad ipsum, Ann. 519. n. 2. seq.*

Anno seqventi [520.] Synodus Constantinopolitana damnandis Eutychianis habita est, & jam priùs Antiochiâ profugus Severus Paulum Successorem habuit: qvi malè sibi conscius mox Episcopatum reliqvit, suffectusqve ei est Euphrasius. Alexandrinæ verò Ecclesiæ, qvæ ferè tota ad Eutychianos desciverat, Asterius orthodoxus præfectus est. Nestoriani præterea, Manichæi atqve Arriani edictis ab Imper. coërciti, & in exilium acti. Arrianis tamen pacem legatione sua impetravit Johannes Pontifex, ut supra dictum est, clarè id asserentibus *Anastasio Bibliothecario* & *Miscella autore*, qvicqvid *Baronius* in contrarium afferat. Qvod enim Johannes à Theodorico carcerem meruit, non Arrianorum causâ, sed conspirationis cum Justino factum est. Ceterum idem Augustus, cùm novem annos imperâsset, moritur anno 527. consorte imperii paulò antè adscito Justiniano, è sorore nepote. *Evagrius lib. 4. cap. 9. Marcellin. in Chron.*

An. Chr. 527.

6. Justinianus cum imperio bellum Per-

Persicum hereditariò qvasi accepit, motum à Calade Persarum Rege, qvod Justinus cum Colchis, Christianam religionem recenter professis, societatem iniisset. Adversus hunc Belisarius missus est cum exercitu, & unà Procopius Historicus, Gethes item Herulorum Rex, Constantinopoli nuper baptizatus. Victi Persæ pacem obtinuerunt. Inde Belisarius adversus Vandalos profectus, debellatis his totam recipit Africam, Gilimere Rege in triumpho Constantinopolin introducto, nonagesimo qvinto anno, Anno Christi 533. ex qvo primum Carthago à Genserico capta est. At verò in Italia Theodorico Regi mortuo cum successisset Athalaricus, ejus ex Amalasuntha Filia nepos, idemqve adolescens adhuc obiisset, Theodatus ab Amalasuntha ascitus est in regnum, homo ingratus, qvippe qvi eam pauló pòst carceri inclusam necavit. Qvod facinus vindicaturus Justinianus, bellum ei intulit, Belisario in Italiam misso, qvi Siciliam, Neapolim, & ipsam Romam recepit, sexagesimo anno expleto,

to, postqvam ab Odoacre occupata fe-
rat, Anno Christi 536. Theodatum igitur
Gotthi necant, Vitigemqve Regem fa-
ciunt. De qvo victo captoqve Beliſa-
rius triumphavit. Inde Theobaldus Era-
ricus, & mox Totilas, Gotthorum Reges
fuêre, qvorum postremus Romam ite-
rum cepit, [547] Narses verò à Justi-
niano missus, Totilâ acre cæso & receptâ
urbe, Gotthorum res in arctum coëgit,
ægrè sustentatas à Teja viro fortissimo,
qvem Regem elegerant, verùm & hic vi-
ctus à Narsete, cum vita regnum amisit,
ita Gotthorum in Italia dominatus fi-
nem habuit, [Anno Christi 554.] *Ex Pro-
copio.*

7. Hos inter bellorum motus Legum
nihilominùs Justiniano cura fuit: E-
jus itaqve auspiciis primò *Codex* sive con-
stitutionum imperatoriarum Ecclesiasti-
carum & civilium compilatio; deinde vo-
lumen *Digestorum*, ex veterum Juris-
Consultorum libris excerptum, publi-
cantur. Dederat hoc negotii Imperator
Triboniano, qvem plurimi paganum fuis-
se

se existimant, adjunctis qvoqve aliis Juris-Consultis. Accessêre tandem, qvasi coronis, *Novellæ* constitutiones à Justiniano adjectæ. Neqve inter hæc Ecclesiæ causam idem neglexit: cùm præsertim novæ turbæ à Nestorianis & Accœmetis Monachis suscitatæ essent, arbitrantibus, è damnatione Eutychianorum suum errorem de solo homine nato & crucifixo illicò stabiliri, qvandoqvidem rejecta etiam fuit loqvendi formula, qvâ unum de Trinitate passum esse qvidam dicebant. Nova itaqve fidei suæ declaratione Justinianus Romam missâ ad Johannem II. Pontificem, consensum Occidentalis Ecclesiæ exposcebat. Accœmetæ verò & ipsi suas in partes Pontificem pertrahere conati, legatos pariter Romam miserunt. An. Chr. 553. Qvod interpretantes *Baronius* & *Spondanus anno 533. num. 2. seq.* pro Jurisdictione universali Romani Pontificis allegant, cum tamen solius consensus obtinendi gratiâ id actum fuerit.

Aliàs haud inviti largimur, nimios jam tùm fuisse Imperatores in elargiendis Pontifici-

 bus

bus titulis, maximè, si eorum operâ uti vellent, ad Italiam seu in officio continendam, seu ad officium revocandam: ut mirum nemini esse debeat, si Papam Ecclesiarum omnium caput blandiendo appellet *Justinianus*, magnificiens sedis illius autoritatem, *in Epist. ad Johannem*, qvæ extat *lib. 8. C. de Summ. Trinitate.* Cum præsertim prærogativa dignitatis, qvam humano jure Romana sedes habuit, non jurisdictionis, hoc titulo commodè significetur. Qvanqvam non pauci sunt Juris-Consultorum, qvi pro genuinis neqve illam Justiniani, neqve alteram Johannis agnoscunt, qvippe sine die atqve Consule Codice insertas.

Alioqvi *Spondanum* alibi malè habet, qvod in *Nov. 115.* idem Augustus Episcoporum judicia ad Præfectos Provinciarum revocat, & in ejusmodi judiciis ad majores Præfectos, & tandem ad Imperatorem provocationem esse constituat, cùm non nisi ad Synodos, & Metropolitanos, & tandem ad Romanum Pontificem in Ecclesiasticis causis fas putent appellare. vide *Ann. 541. num. 3.*

8. Johannes, de qvo agimus, cognomento Mercurii, in Bonifacii locum ad gubernacula Romanæ Sedis admotus fuit Anno Christi 532. *Bonifacius* autem non sine Schismate cum Dioscoro, Felicis successerat. Post Johannem fuit

fuit *Apagetus*, qvem Theodatus, Gothorum Rex, Constantinopolin ad Justinianum misit ad avertendum ab Italia bellum, sed frustra. Dum ibi est, Anthimum Patriarcham Epiphanii Successorem Eutychianismi suspectum sede dejicit, substecto Mennua, cujus rei gratia postea Synodi non Constantinopoli solùm, sed & Hierosolymis habitæ sunt, inqve iis acta Agapeti confirmata, ejecto qvoqve Theodosio Alexandrino Episcopo, cui Paulus Successor datus est. Facta hæc sunt Agapeto jam defuncto; vivus enim Romam non rediit: substectus autem est illi, Theodato Rege annitente, *Sylverius*, qvem biennio pòst Belisarius urbe potitus Patarам Luciæ relegavit, qvod proditionis & clandestinorum cum Vitige consiliorum suspectus esset; *Vigilius* autem ejus Successor in Palmerianam Insulam illum deportari, & inedia macerari jubet, ut *Liberatus in Breviario* testis est: Sylverius contrà conventum illic agere, & Vigilio anathema dicere, donec ærumni confectus seqventi anno vitam cum morte commutaret. An. Chr. 535. An. Chr. 536.

Qvos hîc ludos faciat *Baronius*, & ex illo *Spondanus*, dum Vigilii intrusionem, conspirationem cum Theodora Augusta Eutychianæ injurias, qvibus antecessorem enecavit, excommunicationem, à qva nullâ Ecclesiæ sententiâ liberatus est, & alia ejusmodi excusat pingatqve, ne ἀσύγχυτα sint legitimæ ejus ordinationi, videre est apud ipsos anno 538. num. 3. & 4. & anno 540. n. 2. 3. 4.

9. Qvod de Theodosio Alexandrino dictum est, memorant *Leontius Scholasticus* Monachus Constantinopolitanus, *Liberatus Diaconus*, hujus temporis Scriptores, ille in *libro de Sectis Act. 5.* hic in Breviario cap. 20. Alexandriæ nimirùm Hæreticos ipsos inter se de Episcopatu altercatos esse, cùm Theodora Augusta hunc Theodosium *Corruptibilium* Sectatorem, pars verò populi Gajanum de Secta *Aphthartodocitarum* seu Incorruptibilium, ad dignitatem illam proveherent, qvi cum biennio invicem contendissent, & mutuò alter alterum expulissent, è Synoditis, i. e. Synodi Chalcedonensis defensoribus postmodum Episcopos factos esse continuâ successione Paulum, Zoilum, Apollinarem, Johannem, & Eulogium. Theodosium verò Constantinopolim profectum illic Agnoëtarum dogma impugnâsse, qvi occasione

ne dicti Salvatoris, *Matth. 24. neminem horam judicii scire, ne quidem Filium*, contendebant, Christum eam ignorâsse, ut hominem, quod Eutychianis adversum erat. Hæc *Leontius*.

Referunt præterea *Suidas* & *Photius in Bibl.* ut & *Nicephorus libr. 18. cap. 47. & seq.* Johannem Philoponum Grammatitum Alexandrinum, hoc eodem tempore cum multa utiliter etiam de fidei negotio scriberet, posteà desciviſſe non solùm ad Eutychianos, negando, post duarum in Christo naturarum unionem, naturas adhuc distingvendas esse, sed & resurrectionem ejusdem carnis inficiatum, docendo, qvod animæ, cœlesti gloria fruituræ, nova corpora è nihilo creanda sint habituræ. Addit *Leontius*, ad Tritheitarum illum declinásse opinionem. In Syria interim & Antiochiâ paulò antè ingenti terræ motu concussa, mox deinde à Cosroë Rege Persarum capta & excisa, nihil minùs cessatum est controversis, ubi Jacobus qvidam cognomento Zanzalus Gnaphæi & Severi partes sustentavit, à qvo *Jacobitæ* deinde multis seculis nominati sunt; his adversarii fuêre, hodièqve esse perhibentur, *Melchitæ*, qvi, qvod Rex, i. e. Justinianus Imperator, & Synodus Chalcedonensis de fide, sentirent, profitebantur. Melchi enim Syris Regem, ex Hebræa origi-

ne significat. Idem Jacobus in Armeniam delatus, Armenorum qvoqve errores auxit, qvi ut *Nicephorus*, autor est, *lib. cap.* ex eo, tempore non Arrii solùm & Apollinaris, sed & Eutychis partes simul secuti sunt, docentes, Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam habentem, carnem assumsisse animâ carentem & mente, cujus vim atqve operationem suppleat divina natura, ex qva & corpore in aliqvam tertiam naturam coaluerit.

10. Ad hæc Ecclesiæ mala tanqvam cumulus accessit disputatio inter ipsos Catholicos *de tribus Capitulis* exorta, id est, de Scriptis Theodori Mopsuesteni, Theodoreti adversus anathematismos Cyrilli, & Ibæ Epistolâ ad Marin Persam. Cùm enim damnatione Eutychianorum, Nestorianismi fautores vicisse putantes, passim spargerent, universos Episcopos esse sibi consentientes, neqve tamen Nestorii nomen usurpare auderent, qvem scicbant non Ephesi solùm, sed & Chalcedone fuisse damnatum, Theodori Mopsvesteni, Theodoreti & Ibæ illa Scripta
An. Chr. 146. in medium reduxerunt, qvorum autores, postqvàm stilum correxerunt, in Ecclesiæ

clesiæ communionem recepti, neqve anathemati ſubjecti erant. Imperator itaqve Juſtinianus monitus hâc de re, primùm ſeorſim, non Vigilii ſolùm Pontificis, ſed plerorumq; aliorum Epiſcoporum ſententias de tribus illis Capitulis exqviſivit. Cumqve ea intellexiſſet improbari à pluribus, decreto etiam ſuo condemnanda judicavit: Vigilius, qvi tunc Conſtantinopoli fuit, damnationi conſenſit: at non ipſius Diaconi comites, qvi potiùs ab eo ſecedentes, Scripto ſententiam ſuam defenderunt: qvamobrem multi Epiſcopi, qvi itidem conſentire nollent, ſedibus ſuis ejecti ſunt. Vigilius autem apud eoſdem malè audire cœpit, tanqvam Chalcedonenſis Synodi deſertor; in qva Theodorus Mopſveſtiæ, & Theodoretus Cyri Epiſcopi recepti fuiſſent. Qvantum igitur poteſt, ſeſe purgat per Epiſtolas, Diaconosqve ſuos ab officio removet. Mox ſuſpendi rem totam ac differri petit ad Concilium œcumenicum, priore ſuo aſſenſu revocato: Qvod cùm Imperatorem malè haberet, Conſtantinopoli vix tutò degere Vigilius, adqve Eccleſiam con-

confugere necesse habuit, in qva anathematis sententiam adversus Mennam Patriarcham Constantinopolitanum, & Theodorum Cæsareæ Cappadociæ Episcopum
An. Chr. 552. protulit, sed & pugno à qvopiam percussus & homicida appellatus, qvi Syverium occidisset, Chalcedonem ad Euphemiæ templum profugere coactus est: donec perturbatione rerum permotus Imperator in suspensionem consensit, & *œcumenicam Synodum Constantinopoli* a-
An. Chr. 553. gendam Anno 553. indixit. Convenerunt igitur ex Orientalibus maximè 165. Episcopi, à qvibus, octo institutis collationibus, [qvæ videndæ sunt apud *Magdeb. Cent. 6. cap. 9.* & *Spond. ann. 553. causantem, qvasdam depravatè editas esse*:] tria illa Capitula, & una Origenes cum suis erroribus damnatus est, propter Monachos qvosdam Palæstinæ cœnobitas novæ Lauræ, qvi eos divulgare studuerant. Vigilius, licet Constantinopoli præsens, in Synodum tamen venire constanter recusavit, varia qvidem prætexens, revera autem, qvod qvem ambivit primum in Synodo locum, obtinere

tinere non potuit. Contradixit etiam damnationi capitulorum, eumqve secuti sunt Episcopi qvidam Africani & Illyricani, subscribentibus Asianis ferè omnibus; unde factum, ut multi unà cum Vigilio ipso, in exilium à Justiniano ejecti sint. At ille, ut redire Romam liceret, tandem in damnationem Capitulorum consentit: Priusqvam autem eo veniret, Syracusis in itinere decessit, *Pelagium* nactus Successorem, qvi Synodo subscripsit, multumqve desudavit, ut Occidentis Episcopos in eandem permoveret sententiam, sed frustrà. *Ex actis Synod. qvintæ, Evagrio, & Anastasio.*

Videndus etiam *Spondanus lib. c.* qvi in eo multus est, ut Vigilii vertiginem levitatemqve defendat, àqve contradictione liberet, Synodum hanc œcumenicam declarantem, cui tamen ipse neqve per se, neqve per legatos interfuit, sed cujus Actis omni se conatu oppositum. *num. 13. 15. & 16.*

11. Cum totus in Ecclesiasticis dogmatibus cognoscendis Justinianus occuparetur, laudabili qvidem studio, si orthodoxis semper doctoribus auscultâsset,

set, tandem in Aphthartodocitarum partes concessit, qvi carnem Christo incorruptibilem & nullis obnoxiam passionibus, tribuebant: eundemqve errorem edicto proposuit, ab omnibus recipiendum, in qvod cum nollet consentire *Eutychius* Patriarcha, qvi Mennæ successit, cœnobio illum inclusit, Episcopatu dejectum. Sed paulò pòst ipse moritur, cum imperasset, annos 38. menses 7. Augustusqve factus est *Justinus junior*, cjus è Sorore nepos, sub cujus imperio Longobardorum in Italia Regnum & Exarchatus Ravennæ cœpit. Pelagio verò in Romanâ sede *Johannes Catellinus*, & huic post 13. annos, non sine turbis, *Benedictus* succedit, qvem *Pelagius secundus* excipit, sub qvo Italiæ Episcopi, hactenus à Vigilii tempore ob tria Capitula Romanis Præsulibus damnata, successionem ab Ecclesia Romana facientes, per Smaragdum Exarchum vi ad communicandum cum Romanis adacti sunt, sed mox resilierunt. Iisdem temporibus *Johannes* Constantinopolitanus Episcopus, Eutychio suffectus, celebra-

An. Chr. 565.

An. Chr. 573.

An. Chr. 577.

An. Chr. 586.

lebrato Constantinopoli *Concilio*, in causa Gregorii Antiocheni Episcopi de adulterio accusari, consensu Patrum, qvi in Synodum convenêre, *œcumenici Patriarchæ* titulum obtinuit: sed animosè Pelagius restitit, nec minus Gregorius magnus successor, Anno Christi 590. ut apparet *ex ejus Epistolis ad Johannem aliosqve Orientis Episcopos scriptis, lib. 4. Ep. 23. 34. 36. 38. & 39.* Nec veretur Gregorius ominari, eum Anti-Christi præcursorem futurum, qvi se universalem Episcopum nominâsset. Interim Justino successerat Anno Christi 578. Tiberius Anicius, huic Anno Christi 582. Mauritius. *Ex Evagrio, Paulo Diacono, Anastasio.*

12. In Hispaniis interim sub Svevis Regibus orthodoxa fides, Arriana sub Gothis propagatur. Post Recciarim enim, de qvo suprà mentionem injecimus, alius Svevorum in Hispania Rex Theodomirus, sub Justiniano, Arriana hæresi relictâ, Catholicam fidem habito Braccarensi Concilio est professus. Alius Svevorum itidem Rex, Miro, Lucense Concilium in Gallicia celebravit: qvem posteà Levvigildus Occidentalium Gotthorum Rex imperio exuit, & in Clericum detondit. Fuit hic Levvigildus orthodoxorum persecutor adeò severus,

rus, ut filium etiam suum Hermenegildum cum conjuge in ipsis feriis paschalibus religionis causâ occideret. At Reccaredus Levvigildis F. patre mortuo Arrianæ hæresi valedixit, unà cum subditis, atqve sic Hispania ferè tota Catholica facta est circa annum 586. ut *Gregor. Turonensis* testatur. Confer *Isidor. Hispalensem.*

In Gallia sub Francorum Regibus plures etiam *Synodi* convenêre. *Aureliæ* à prima dudum habita, *qvatuor* adhuc alias post qvinqvagesimum hujus seculi annum *Tomi Conciliorum* memorant. *Arvernis* item, & in civitate *Turonensi*, nec non *Matisconе* & *Parisiis*, *Lugduni* itidem & *Cabillone* & *Metis*, Synodos celebratas esse varias ob causas, nonnunqvam etiam negotia regni, testis est idem *Gregorius.* Confer *Conciliorum Tomos.* At verò Longobardi, qvi nuper Italiæ partem occupaverant, adhuc gentilium superstitioni erant addicti, postmodum verò in Arrianum errorem impingentes, anno demum seculi nonagesimo primo Catholicam religionem susceperunt, cum Theodolinda Regina ex Bajoaribus, Regis Longobardorum Autoritati vidua, ascito in regnum pariter & conjugium Agilulpho, Romanæ Ecclesiæ fidem persvasit, qvam unà cum tota gente suscepit. Sicut in Historia Longobardica *Paulus Diaconus testatum reliqvit.*

In

In Germania qvicqvid Francorum erat, Christianis imbutum erat sacris : laudanturqve inprimis Colonienses & Moguntini Doctores. *Columbanus* autem mox & *Rupertus*, regio Francorum genere procreatus, ad Bojos profecti sunt, Regiqve Theodoni fidem hic tandem persvasit, Reginodruda Theodonis uxore, Theodorici Franciæ Regis filia adnitente, ut Bajoarum gens gentilium ritus exueret. Primumqve in Bavaria Monasterium exstructum. *Aventinus* è suis Autoribus memorat Anno Christi 574.

Qvod ad Britanniam attinet, dudum illa Christianismum receperat, ritusqve antiqvitus cum ipsa fide receptos servaverat, similiores Græcis atqve Asianis, qvàm Romanæ Ecclesiæ. Ut verò gens Anglorum imperium Insulæ invasit, gentilissmus, cui & veteres incolæ, Picti Scotiqve, magnam partem adhuc erant addicti, Britannicas Ecclesias vastavit, qvanqvam multi interim Anglorum Christiani fierent. Hâc verò tempestate Gregorius Magnus zelo conversionis Anglorum accensus, Augustinum qvendam Benedictinum Monachum cum sociis in Insulam misit, qvi ab Ethelberto Rege Anglico suscepti, Evangelium qvidem gentilibus præ-

dicârunt eo cum succesſu, ut ſeqventi anno in feſto Nativitatis Chriſti adioooo. Anglorum ſint baptizati. Ceterum cùm Synodo convocata, Romanos ritus & Sacrorum inſtrumenta Eccleſiis Britannicis obtruderet, qvalia ſunt, altaria, veſtes, imagines, miſſæ, calices, cruces, candelabra, thuribula, vexilla, vaſa luſtralis aqvæ, ceremoniarum codices, oblationes, proceſſiones, pompæ, decimæ, qvæ hactenus Britanni ignoraverant, poſtularetqve, ut Archi-Epiſcopum ſuum agnoſcerent, totamqve adeò Inſulam Romanæ ſedi mancipari permitterent. Britanni ejus decretis aſſurgere nolentes, bellum ſibi ab Ethelberto Rege attraxerunt, qvem Auguſtinus in libertatis Eccleſiaſticæ defenſores concitavit. videatur *Beda toto libro primo Hiſtor. Anglicæ.*

13. *Gregorius* alioqvi Papa, vel vitæ ſanctitate, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina etiam, neminem ætate ſuâ ſuperiorem, atqve ita non ſine cauſa Magni cognomen habuit. Id qvod è Scriptis ejus, qvantum eorum ſupereſt, cognoſcere licet, mortuus anno 4. ſeculi ſeptimi.

Scriptorum ejus hæc extant: *Moralia expoſitionis in Jobum libri* 38. *De cura paſtorali liber unus. Dialogorum qvatuor. Expoſitionis in Cantica unus Homiliæ in Ezechielem viginti duo. In Evangelia Homiliæ qvadraginta. Expoſitiones in ſeptem Pſalmos penitentiales. In primum librum Regum libri ſex. Epiſtolarum libri duodecim. Decreta* nonnulla & *Reſponſiones*

ad

undecim interrogationes, Augustini Episcopi Anglorum. Sub eo Episcopi Istriæ ad communionem Romanæ Ecclesiæ redierunt. Æqvalis isti, aut paulò senior fuit, *Gregorius* alter, Turonensis Ecclesiæ Antistes, *scriptor librorum decem Historiæ Francorum*. Edidit præterea *librum unum de gloria Martyrum*, *duos de gloria Confessorum*, *de qvo de miraculis Sanctorum Juliani & Martini* libros qvinqve, satis fabulosos. In Galliis eunc qvoqve floruit *Venantius Fortunatus*, *sacrorum hymnorum autor*, qvos inter est ille *de S. cruce*, qvi incipit: *Vexilla Regis prodeunt*, *&c.* Huc usqve etiam pertingit *Evagrii Historia Ecclesiastica*, qvam sex libris contexuit ab eo tempore, in qvo desiit *Sozomenus*, usqve ad annum duodecimum Mauritii Imper. Nec omittendus est inter ætatis hujus Scriptores *Hesychius* Patriarcha Hierosolymitanus, cujus extant *in Leviticum Commentariorum libri septem*. Seculi verò jam valida Barbaries, & in superstitiones fecunda, qvibus accessit Dominationis Ecclesiasticæ impotentia, & Papalis cum primis typhus, aliunde cognosci meliùs neqveunt, qvàm ex ipsis hujus ætatis monumentis, canonumqve Ecclesiasticorum Digestis. De Barbarie ipse testis sit *Gregorius* inter Barbaros minimè omnium Barbarus *in Epistola ad Narsetem*, conqvestus, se Græca nescire, nec esse Constantinopoli, qvi Latina græcè convertere posset. *l. 6. Epist. 26.* adeò nemo in ipsis regiis urbibus inventus est, qvi utramqve lingvam calleret: ut facilè intelligas, multò minùs reliqvo orbe qværendas fuisse.

CAPIT. III.
SECTIO VI.
De rebus Seculi septimi.

SUMMARIA:

Mauritius Imperator à Phoca cæditur. Phocas extollit Pontificatum Romanum. Cæditur ab Heraclio, hujus gesta, n. 1. *Monotheliturum hæresis*, n. 2. *Pontificum Roman. Historia*, n. 3. *Muhammedis ortus, apostasia, & gesta*, n. 4. *Res Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ, Longobardorum*, n. 5. *Constans Imper. Monothelita*, n. 6. *Constantinus Imp. orthodoxus, Synodi œcumenicæ sextæ, in Trullo celebratæ, autor*, n. 7. *Res Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, &c.* n. 8. *Pontificum Romanorum gesta*, n. 9. *Justiniani II. Imp. convocatio Synodi Constantinopol. sive quinisextæ*, n. 10. *Corruptio doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ hoc seculo.* n. 11.

1.

FUnestum est, qvod nunc ordimur Seculum à nato Salvatore septimum, Ecclesiæ Apostasia insigniori, in Oriente Muhammedismo exorto propagatoqve, in Occidente cultu imaginum, cum mille superstitionibus aliis, in dogmatis Ecclesiastici locum, publicâ qvasi autoritate, recepto, paucis invalidè resistentibus. Sed suo ordine singula dicenda sunt.

Mau-

Mauritius Imperator à Tyranno *Phoca*, militum præfecto, per tumultum militarem ad imperium evecto, interficitur una cum liberis omnibus anno seculi secundo, agnoscens, cùm supplicia suorum spectaret, justa DEI judicia, vindicandis sangvinem tot millium captivorum, qvos pridem Caganus Avarum Rex redimendos qvaternis in singulos siliqvis, obtulerat, nisi mallet omnes neci dari; ipse verò redimere neglexerat. Phocas autem ab Heraclio, Africæ cum exercitu præfecto, depositus necatusqve, pœnas An. Chr. 610. & ipse occupatæ Tyrannidis dedit, nullaqve re magis Principatum suum insignivit, qvàm qvod *Bonifacio III.* Romano Pontifici, successori *Sabiniani*, qvi non totos 6. menses post Gregorium Ecclesiæ præfuerat, *Episcopi œcumenici titulum* soli concessit, demtum Cyriaco Constantinopolitano, cui, qvod Mauritii filiabus faveret, infensior erat. Eo tamen titulo imposterum, qvi secuti sunt Byzantini Patriarchæ, non abstinuerunt: at penes Ro-

An. Chr. 602.

An. Chr. 606.

manos vis magis vocabuli, qvàm nuda appellatio.

Ridiculum imprimis est, qvod Pontifici addicti Scriptores, cùm fateri cogantur, Constantinopolitanos hoc jus sibi ex multo tempore arrogâsse, conentur tamen inficiari, qvod primatus Romani Pontificis ab his unqvam sit in dubium vocatus. Qvasi qvi œcumenicum se vocat, non simul in omnes Episcopos jurisdictionem deberi sibi contendat, aut alterius suprà se potestatem agnoscere possit. vid. *Spond. Anno 606. n. 3.* Phocas autem cæde Mauritii bellum attraxit Persicum à Rege Cosroë (erat enim Cosroi cum Mauritio amicitia ex illo tempore, qvo ab eo in regnum avitum fuerat restitutus) qvo penè totus Oriens Romanis ereptus Persarum imperio cessisset: jam enim præcipuæ Syriæ & Palæstinæ urbes, Armenia item & Cappadocia, victoribus Persis se tradiderant; sed & nemine resistente Ægyptum, Libyamqve & universam Africam penetraverant, Carthaginem usqve; qvam aliqvoties frustrà tentatam tandem cœperunt, Paphlagoniæ item Ponti Ciliciæqve potiti, ad Chalcedonem usqve oppugnandam venerunt, donec Heraclius totos octodecim annos cum victoria Asiam Africamqve pervagatos duodecimo imperii anno bello aggressus maximis affecit cladibus, castris aliqvo-

ties

ties exutos, potiusqve ingenti prædâ & incredibili captivorum numero, amissas provincias reparavit, abductam etiam Hierosolymis Christi crucem, inqve Persidem delatam, recipit: qvàm deinde Romam secum deportavit, & *Festum exaltationis crucis* ea de causa institui fecit 14. Septembr. An. Chr. 629. Cosroës à filio Siroë vinctus fameqve necatus est, cùm vellet ipso præterito minorem natu filium suum hæredem regni scribere. Siroës ab Heraclio pacem impetravit. *Cedrenus, Paulus Diac. Histor. Miscella, Anastasius, &c.*

2. Inter hos bellorum motus, in Oriente *Monothelitarum* hæresis, Eutychianismi qvædam propago, ad confusionem naturarum in Christo tendens, plerasqve Ecclesias invasit. *Paulus Diaconus l. 18.* rem ita exponit: Athanasius Jacobitarum Patriarcha, vir acris ingenii, accedit ad Imperatorem, Hierapolitum degentem, deqve religione cum eo sermones miscet. Heraclius ejus industriam cernens, promittit, eum Antiochiæ Patriarcham futurum, si Chalcedonensi Synodo subscriberet. Iste, prædæ inhians, astutè simulat, se approbare: postea subjicit; qvid igitur de voluntatibus & operationibus

loqvendum, sentiendumve esset? simpla ne, an dupla esset? Imperator subtilitates istas non intelligens, Sergium Constantinopolitanum Episcopum & Cyrum Phasidis consulit, qvi, ut erant Monothelitarum sententiæ fautores, de una voluntate responderunt. Hoc modo implicitus Imperator alios qvoqve in eandem sententiam pertrahere conatus est, habitæqve sunt *Synodi*, primum *Alexandriæ*, deinde *Constantinopoli*, qvibus hæc approbata est hæresis: ediditqve Imperator fidei expositionem sive Ectheſin, qvæ à multis recepta
An. Chr. 639. est, Romanis tamen aliisqve in Occidente & Africa Episcopis frustra obtrudi cœpit; diuqve adhuc cum hoc errore luctata est Ecclesia ad Constantinum usqve Pogonatum, qvi sub finem hujus seculi Constantinopoli œcumenica in Synodo, qvæ *Sexta* vocata est, illum damnari curavit, ut suo loco dicturi sumus. Extat *Disputatio Pyrrhi Monotheletæ cum Maximo Monacho habita in Africa appendicis loco annexa Tomo 8. annalium Baronii.* Testantur de his *Theophanes, Photius, Anastasius, alii.*

3. In sede Romana post Bonifacium III.

Qvarum

Quartus hujus nominis creatur Pontifex, & confirmatur ab Imperatore Phoca A. Chr. 607. cui pecuniam, qvam confirmationis nomine, debebat, persolvit. Nam Gotthorum Reges primi hanc potestatem confirmandi Pontificis sibi usurpaverant, & Græci, Gotthis expulsis, jus illud retinebant, qvanqvam pecuniam aliqvando remitterent: ut Constantinus Pogonatus fecit. Imperavit ab Imperatore Bonifacius, ut Pantheon tempore Augusti ab Agrippa extructum, in honorem Mariæ Virginis rotundæ, consecrare posset. Mortuo *Deus dedit* surrogatus est, An. 614. & huic post triennium An. Chr. 617. *Bonifacius V.* qvem septennio pòst *Honorius* excepit, An. Chr. 625. qvi ab Heraclio obtinuit, ut tegulas æreas à Romuli templo ablatas Petrino imponeret. Adeò nihil potestatis Pontificibus tùm in urbem Romanum fuit. Inde *Severinus* Papa An. Chr. 639. vix confirmatus statim moritur, Successorem nactus *Johannem IV.* sub qvo Romæ Concilium fuit, qvo expositio fidei Imperatoris damnata est. Mortuus est Johannes biennio pòst, anno Christi 641. qvo ipso Heraclius etiam vivendi finem fecit. *Anastasius* & *Cedrenus.* An. Chr. 641.

4. Sub ejus imperio ingens orbi malum *Muhammedismus* nascitur, auto-

re *Muhammed* Arabe ex Mecca Arabiæ Felicis, qvi patre Abdalla orbatus, adolescentiam variis negotiis & peregrinationibus in Syriam sub patruo Abutaleb consumsit: homo semi-Christianus. Arabes enim licet Christiana sacra aliqvam partem receperint, & Saracenorum qvoqve portio haud mediocris CHRISTO nomen dederit, profanos tamen ritus & barbariem nunqvam gens tota exuerat, variisqve hæresibus & opinionum monstris locum apud se concesserat: jactantes præterea Abrahamum Patrem, circumcidebantur. Unde est, qvod *Blondus* narrat *Decad. 1. l. 9.* Heraclium consulentem Mathematicos de fatis imperii, hoc ab iis responsum retulisse, qvod magna Romano Imperio clades imminеat à circumcisis: qvod ille de Judæis cum intelligeret, cum Sisebutho Hispaniæ & Dagoberto Francorum Rege convenit, de Judæis suis in regnis ad sacra Christiana suscipienda vi cogendis, circumcisione cumprimis inhibitâ, sed frustrà: Saraceni enim erant, per qvos reli-

religio Christiana affligenda significabatur. Talis igitur cum esset Muhamed, de nova religione excogitanda consilium inire cœpit, qvâ affectas facile inveniret, & ad potentiam sibi comparandam viam muniret. Erat tum 40. annorum, cum in Arabia passim doctrinam novam spargeret. Meccam verò veniens, ubi Magistratus civis subdoli seditiosum animum animadvertit, expulsus est. Atqve ab hac ejus ob religionem fuga, qvæ *Hegira* Arabicè dicitur, Muhammedani annos suos numerare solent.

Incidit illa in diem 16. Julii anno 622. Medinam cum inde perveniset Muhammed, qvæ civitas pridem ejus religione imbuta erat, viribus indies ex concursu sectatorum auctus est, cumqve novis rebus Arabes studerent, (qvamvis minima eorum pars Romanis olim subjecta esset) Muhammedum Ducem designant: sed Heraclius per suos legatos exercitum ejus sibi adjungit contra Persas militaturus, ac rediens è Perside Constantinopolim aliqvot millia secum ducit, qvibus stipendium postulantibus, cùm præfectus, vix esse, qvod Romano & Græco mi-

militi detur, ipsis nihil sperandum esse, respondisset, eosqve per contemtum canum turbam appellâsset, indignè id ferentes Saraceni in Syriam recedunt, & adjunctis sibi sociis Damascum occupant. Inde commeatibus & armis adjuti à Saracenis reliqvis Muhammedis legem consensu qvodam recipientibus, Syriam totam, Palæstinam, Ægyptumqve pervagantur, resistentesqve imperio suo, & legem recipere detractantes, vi armisqve sibi subjiciunt, ab Ægypto usqve ad Euphratem: in Persidem etiam irruentes, Rege interemto, non priùs acqvievêre, qvàm totum sibi regnum Othmanno Duce subjecissent, suâ religione imbutum deletoqve Idolorum cultu. Sed hoc accidit altero à Muhammedis obitu anno, qvi est Hegiræ undecimus, qvô *novam aliam Saraceni æram* ordiuntur An. Chr. 632. qvam vocant *Jezdagird* à filio Sirois, filii Cosrois, cui Jezdagirdi nomen erat; qvem bello victum interemerunt. *Paulus Diaconus, Cedrenus, alii.* Confer *Hottingeri H. E. cap. 7.* & ejusdem *Historiam Orientalem*, ubi è Scriptis Arabum, Muhammedis vita succinctè repræsentatur.

Ipsa *Muhammedismi dogmata*, qvod attinet, Christianæ illa religionis & Judaicarum fabularum qvædam satura dici possunt. Unum Deum creatorem cœli & terræ colere jubet, πολυθεότητα damnat, usqve adeò, ut hoc nomi-

ne

ne falsò etiam repudiet cultum SS. Trinitatis; in Deitate sicut naturam unam, ita non nisi unam agnoscens personam. Christum hominem fatetur è Virgine natum, de sangvine Davidis, Deum verò esse, & mortem crucis sustinuisse, ut redimeret humanum genus, negat, Doctorem fassus hominum, non Redemtorem. Providentiam divinam imò fatum agnoscit, qvo qvicqvid nobis evenit, irrefragabili decreto ab æterno sit destinatum. De creatione, Angelis, Diabolo, lege Mosis, utraqve Decalogi tabula, Muhammedani haud multùm dissentiunt à Christianis, nisi qvod legis rigorem non intelligunt, adeoqve salutem liberi arbitrii viribus adscribunt, conseqvendam iis, qvi legi, additamentis & interpretamentis Muhammedis interpolatæ, satisfaciunt: ut nulla opus sit Christi redemtione, qvandoqvidem etiam peccatorum ea demerita esse non sentiunt, qvæ nullâ satisfactione propria elui possint: ideoqve, cum inficias ire neqveant, Judæos Christum voluisse cruci suffigere, Judam pro Christo deprehensum & crucifixum esse nugantur, illo interim per tectum elapso & in cœlum sublato, ad eum modum, qvo Cerinthus Simonem Cyrenæum Christo substituebat. Salutem ipsam, qvam sperant post resurrectionem corporum futuram, usufructu deliciarum terrenarum definiunt: Circumcisionem, lotiones crebras, repudia-

dia uxorum, abstinentiam à suilla, & à sanguine & morticinio, à Judæis mutuatus est Muhammed. Adde fabularum ineptias, qvas in Alcoranum è Thalmude depromsit. Opinio de Muhammedo, tanqvam postremo & summo Prophetarum omnium, irrefragibilem autoritatem divinitùs consecuto qvidvis vel sanciendi vel abrogandi, jejunium mensis Ramadani, feriæ diei Veneris, orationum qvotidianarum vices qvinqve, peregrinatiò ad templum Meccanum, polygamia, abstinentia à vino, hujus sectæ institutapropria sunt, qvæ propagari armis Muhammed jussit, factâ spe æternæ vitæ & peccatorum omnium remissionis, si qvis in hoc negotio se strenuum exhibuerit. Librum, qvo hæc dogmata continentur, *Alcoranum* vocant, voce Arabica, compositâ ex articulo *Al*, hic, hæc, hoc, & *Koran*, lectio: ut aliud nihil significet, qvàm lectoram, ἐξοχικῶς, qvo sensu S. Biblia etiam Hebræi Hammikra vocant. vid. *Bibliander Præfat. in Alcoran.* & qvi suprà laudatus est *Hotting. l. c.*

5. Ad Occidentem ut revertamur, memorantur hoc ævo Hispaniarum Reges, *Gundemarus*, sub qvo *Synodus Toletana IV. Sisennando*, sub qvo *V. Chintillanus*, sub qvo *VI.* & Chindas Windus, sub qvo *VII.* celebrata est An. 646. qvanqvam alii in numero variant. Proditur etiam *Sisebuthus* Rex, cui *Suinthilla* successit, ante Sisennandum regnas, Hispali Concilium habuisse An. 619. cui *Isidorus Hispalensis* præsedit, ut & qvinto & sexto Toletano.

Ex-

Extant hujus Isidori Scripta non pauca, utpote, *differentiarum, sententiarum, qvæstionum, Etymologiarum libri singuli: duo item ad Florentinam de neqvitia Judæorum.* His adde *Chronicum ab initio mundi usq; ad annum 5. Sunt illæ, Chronicon Gothorum; Vandalorum, Sveborum: librum de martyrio Maccabæorum, de Scriptoribus Ecclesiasticis: de Nativitate, Passione, Resurrectione, Regno, Judicio Domini, ad Sororem, de Vocatione gentium,* & qvædam alia, qvorum non meminit *Ildefonsus, Episcopus Toletanus in libros de Viris Illustribus, Isidoro Scripto adjungi solito.*

In Galliis *Theodoricus Rex*, Francorum Columbanum Abbatem regno expulit; *Desiderium* verò Viennensem Episcopum lapidibus obruit, qvi ipsius adulteria redarguere ausi fuerant. Post illum, qvi regnavit *Sigebertus* F. Spurius à Clotario patruo prælio victus cæsusqve est. Exinde solus Francis Clotarius præfuit, donec in societatem regni filium *Dagobertum* assumeret. Cùm Dagobertus uxorem sterilem repudiàsset & monialem duxisset, *Amandus* Episcopus id reprehendens, ejici regno meruit. Qvi in Belgium ad Gandavenses profectus, gentiles illic Christianâ religione imbuit. Sed octavo anno post à Rege revocatus est, ut filium *Sigebertum* Baptismo initiaret. Satis alioqvi munificus in Ecclesias Dagobertus fuit, conditor templi Argentinensis, monasterii Regii Weissenburgensis, & Petrini Collegii, qvod intrà Erphordiam est, in monte An. 637. In Anglia,

Lad-

Eadvvaldus Rex, Edelberthi filius, primùm quidem Christianos exagitavit, & Antistites Ecclesiis expulit, mox tamen valedicens gentilium sacris eosdem revocavit. Qvod & de *Edvvino* Anglorum Septentrionalium seu Northumbrorum Rege *Beda* narrat qvem Edelburgis, Edelberthi F. Christiana ejus uxor permovit, ut Evangelio locum daret. Successit illi à Britonibus cæso, *Osvvaldus* filius, sanctitate vitæ & miraculis clarus, à qvo Britones regno iterum expulsi sunt. Eadvvaldum excepit *Eorconbertus* F. sed & Orientales Angli peculiarem Regem habebant *Sigisbertum*, qvi factus Monachus, à Penda Merciorum Rege pagano occiditur. In Italia Longobardis post *Agilulphum* præfuit *Adelwaldus* sub matre Theodelinda, donationibus in Ecclesias admodum liberalis: sed hunc Longobardi, cum pharmacis qvibusdam ad insaniam adactus fuisset, regno dejecerunt, substituto in ejus locum *Arriovvaldo* Arriano. Qvem laudat tamen *Spondanus anno 626. n. 6.* qvod Episcopo qverelas adversus Monachos ad ipsum deferenti respondisset, Sacerdotum causas discernere non sui esse muneris, sed has in solidum ad Episcoporum judicium pertinere. Laudat idem citato loco vigilantiam *Honorii* Papæ, qvi Isacium Exarchum ad bellum Longobardis inferendum solicitavit ideò, qvod Arrianum Regem Catholico suf-

suffeciſſent: qvod & factum fuiſſet, niſi arma Romanorum bello Perſico fuiſſent occupata. Nimirum omnium populorum regnorumqve negotia Pontifices jam tùm ad ſe putabant pertinere, ſaltem indirectè, ut loqvi amant, ſi Eccleſia inde vel detrimentum vel commodum aliqvod ſperaret metueretve. Arriovvaldum *Rotharis* & ipſe Arrianus excepit. Conſulantur *Paulus Diaconus*, *Aimoinus*, *Beda*, *Iſidorus Hiſpal.* &c.

6. Ab Heraclii Imperatoris obitu *Conſtantinus* filius ejus 4. tantùm menſibus imperavit, ſublatus à noverca *Heracleona*, filio ſuo paranti Principatum. Sed & hic ſexto menſe depoſitus, naſoqve mutilatus eſt, Senatu *Conſtantem* Conſtantini filium Auguſtum proclamante. Fuit hic Monotheletis obnoxius, ſvaſuqve Pauli Epiſcopi Conſtantinopolitani, qvi poſt Sergium & Pyrrhum Eccleſiæ præfuit, edixit, ne qvis controverſiam de voluntatibus in CHRISTO moveret, ſed utraqve pars de ea taceret. *Theodorus* autem Papa convocato Romæ Concilio in Monotheletas, & Paulum Epiſcopum excommunicationis ſententiam tulit. Qvod An. Chr. 642. An. Chr. 648.

imitatus successor ejus *Martinus* anno se-
An. Chr. 649. quenti & ipse Concilium Romæ 105. Epi-
scoporum convocavit, eoqve Constantis
edictum, qvod *Typus* vocatum est, con-
demnavit. Imperator, ubi de Concí-
lio inaudivisset, Olympium Exarchum
cum exercitu Romam misit, qvi Episco-
pos vi cogeret ad Typum approbandum:
An. Chr. 650. verum is frustra fuit: & paulò post Olym-
pius decessit, successorem habens Theo-
dorum Calliopam; Martinum Papam Ro-
mam vi abductum primò in Insulam Na-
xum, mox deinde Constantinopolin mi-
sit: ubi cum diu carceri fuisset inclusus,
neqve suam causam Imperatori probasset,
exulare jussus est, pauloqve post decessit:
adhuc tamen viventi Clerus Romanus *Eu-*
An. Chr. 652. *genium* suffecit.

An. Chr. 657. Majori crudelitate in Maximum Mona-
chum sive Abbatem sævitum est, qvem ab exi-
lio Constantinopolin revocatum, denuò
Monothelitæ examini subjecerunt, cumqve
in confessione veræ doctrinæ perstitisset, fla-
gellis cæsum, carceriqve inclusum, deniqve
lingvâ dextrâqve manu mutilatum in exilium
miserunt, in qvo haud diu supervixit.

Ad

Ad hanc Constantis sævitiam parricidium qvoqve accessit, perpetratum in Theodosio fratre, Clerico: ex qvo tempore Imperator Somniorum terriculamentis exagitari cœpit, ob qvæ locum mutare constituens, Syracusas aulam transtulit: inde Romam veniens, eo consilio, ut illic resideret, Pontificem sibi adversantem reperit. Præerat tùm Vitalianus, in locum Eugenii suffectus, qvi initio qvidem cum universo Clero Imperatori occurrens honorificè illum excepit. At verò ubi consilium intellexit, Romanos adversus eum concitavit. Romam igitur atqve Italiam ornamentis omnibus, qvibus vel ipsi Barbari pepercerant, ære cumprimis qvod & in templis & in tectis inventum est, spoliatam deserit Constans, atqve Syracusas se recipit; ubi illum Andreas Troili filius, lavantem in balneo occidit, anno à nato Salvatore 668. cùm imperasset annis 28. *Ex Theophane & Paulo Diac.* An. Chr. 663. An. Chr. 668.

7. Qvi Constanti successit, Filius,

Constantinus Pogonatus à Monotheletarum hæresi alienus erat. Ideoqve cùm primum à Saracenorum bellis, ipsam regiam urbem, qvo sedem Imperii post necem Patris rursùm transtulerat, magna vi tùm oppugnantibus, ei respirare datum est, Concilii œcumenici spem fecit. Concilia itaqve separatim agitant in Anglia, Gallia atqve Italia Occidentis Episcopi, qvibus confessionem fidei de proponenda qvæstione conscriptæ sunt. Indixit Synodum Constantinopoli habendam ipse Augustus, ut constat è Divali Epistola, cujus hæc est inscriptio: *ad Georgium Constantinopoleos Episcopum: In nomine Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Imperator Pius, Pacificus, Flavius Constantinus, fidelis in Jesu Christo Deo, Georgio sanctissimo ac beatissimo Archi-Episcopo Constantinopol. & universali Patriarchæ, &c.* Eadem est inscriptio literarum, qvibus Donus, qvem *antiqvæ Romæ suæ sanctissimum & beatissimum Archi Episcopum & universalem Papam* nominat, ad Synodum ut veniret invitatus est. Redditæ autem literæ

An. Chr. 672.

sunt Agathoni Pontifici, qvoniam Domus jam è vita excessaret, non toto biennio Pontifex. Eum præcessaret *Adeodatus*, qvi post *Vitalianum* septem annis Romanam Ecclesiam rexit. Misit autem *Agathon* legatos cum mandatis, & sententiæ suæ declaratione ad Imperatorem & Synodum, cui qvot Patres interfuerint, Autores non consentiunt. In Catalogo tamen eorum, qvi subscripserunt, 162. reperiuntur. Alexandrini & Hierosolymitani Patriarcharum, aderant legati: cùm ipsi Saracenica oppressi dominatione, præsentes adesse non possent. Nam Ecclesias qvidem Saraceni gravi servitute coërcebant, non tamen prorsus extinxerant. Qvod & testatur *Damascenus*, cujus parentes, cum Damascus ab Haumare occupata est, simul capti fuêre. Locus, in qvo convenerunt Patres, erat Secretarium sacri Palatii *Trullum* nomine; Congressus sive Actus fuêre octodecim, qvibus controversia de duabus in Christo voluntatibus excussa est, & Monotholetæ da- An. Chr. 680.

mnati, interqve hos, qvi præsens interat, Macarius Patriarcha Antiochenus, & Stephanus ejus discipulus, constanter in eo perseverantes, qvod duæ in CHRISTO ἐνέργειαι seu naturales operationes, non sint asserendæ, sed una θεανδρικὴ, ex utriusqve naturæ proprietatibus profecta. Et, qvod non omittendum, Honorius etiam Papa Romanus inter eosdem Monothelitas à Synodo damnari meruit. Actione enim decima tertiâ non solum ejus Epistola, ad Sergium Constantinopolitanum scripta, hæreseos condemnata & concremari inter alios hæreticorum libellos dogmaticos jussa est, sed & Actione decima sextâ ipsi Honorio nominatim, unâ cum Theodoro Pharanitano, Sergio, Cyro, Pyrrho, Paulo, Petro, Macario, Stephano, Polychronio, Aspergio, anathema dictum, præsentibus & in id consentientibus Apostolicæ sedis legatis, ipso imò Leone II. Pontifice, (Agatho enim non diu post finitam Synodum superfuit) acta Concilii suo calculo approbante. *Ex actis Synodi sextæ.*

An. Chr. 681.

8 Dum

3. Dum Constans atqve Constantinus in Oriente rerum habenas moderantur, Saracenorum interim potentia immensum crevit, qvi post Syriam Ægyptumqve & Africam totam Romanis ereptam, Lyciæ, Ciliciæ, ipsiqve adeò regiæ urbi imminebant, classibusqve suis mari mediterraneo navigantes Cyprum, Rhodum, Siciliam, ceterasqve insulas deprædabantur: Hispaniam tamen invasuros Bamba Rex egregiè vicit, dissectis combustisqve 200. eorum navibus. Sub hoc Rege Concilium habitum est *Toleti*, qvo fines Parœciarum distincti sunt. Egerat etiam Recus Winthus, cui Bamba successit, Synodum ibidem, qvæ *decima* numeratur, cui præfuit Ildefonsus Archiepiscopus: cujus est *liber de Viris Illustribus*, qvi inter opera *Isidori* recensetur, & qvædam alia. Fuit illi *Diaconus Julianus*, inqve Episcopatu successor, de qvo nobis reliqvi sunt *adversus Judæos libri tres*, qvibus demonstrat, penes nos esse verum annorum à condito Mundo numerum, qvod Judæi negaverant. Bambæ, postqvam Monachus factus est, successit *Erwigius*, huic *Egicanus*, in cujus necem, cùm Sisbertus Toletanus Episcopus conjurâsset, Toletana iterum Synodus convocatur, in qva Sisbertus Episcopatu dejectus est. Et mox cùm Hispanienses Judæi cum Africanis adversus regem conspirâssent, & deprehensi, in servitutem abrepti essent, bonis eorum

fisco adjudicatis, liberiqve utriusqve sexus septennes Christianis commiscerentur, ea de re rursus in Concilium convenitur, de qvo ut & superioribus, *Tom. Concil.* consulendi sunt. Egicano mortuo filius ejus *Vitiza* sub initium seculi seqventis ab obedientia Pontificis Romani se penitùs avertit, tributum, qvod reges antehac dederant, solvere detrectans, ut refert *Spondan. è Luca Tudensi*, rerum Hispanicarum Scriptore, tribuitq; huic Apostasiæ acceptam Hispanorum calamitatem, qvi non diu pòst jugo Saracenio sunt oppressi. *Francorum Reges* post Dagobertum fuêre ejus filii, *Sigebertus* & *Clodoveus*, qvorum postremus anno 662. *Concilium Clupiacense* propè omnium Galliæ Episcoporum celebravit, & mox *Cabilonense*: in *isto* S. Dionysii cœnobium à Jurisdictione Episcopi Parisiensis eximitur, Regi tamen subjectum esse pronunciatur. In *posteriore* Canones novi de Disciplina Ecclesiastica, veteribus adduntur, ita plerumq; comparati, ut Clero dominium, populo servitutem adducant. Certè multitudine sua & necessitatis opinione jamdudum Christianæ libertati graves erant.

Divinat *Spondanus*, ideo Dionysii fanum à Clodoveo privilegiis dotatum esse, ut expiaret culpam inverentius tractatarum ejus reliqviarum. Nam dum in eo est, ut Thesauros Ecclesiæ describat, qvos in pauperes, cum magna esset rerum venalium caritas, distribui mandavit, Dionysio crus confregerat: refert qui è Si-

Sigeberto Spondanus, post id factum, regem perpetuæ amentiæ laborâsse: timide tamen assensum præbet. Sollicitudinem alioqui hanc Clodovæi pro pauperibus, laudant *Aimoinus* & *Sigebertus*. At *Spondanus* non uno nomine reprehendit, familiæ Merovingorum decrementum ei unicè adscribens. *Sid. Ann. 660.*

Clodovæo successit filius *Theodoricus*, qvem excepit *Clodovæus tertius*, & hunc *Childebertus* ejus frater: magnaqve fuit sub his Regibus potentia *Pipini primi*, majoris domus Regum Galliæ, cujus filia *Gertrudis* inter sanctos referri meruit: ipse tamen Lambertum Tungrensem Episc. (sicut paulò ante Leodegarium Ebroinus, & ipse Major domus) qvod reprehendisset consvetudinem ejus cum pellice, è qva Carolus Martellus natus est, occidi curarit. Eodem fato *Kilianus* Francorum Orientalium Apostolus cum sociis à Gaita Gosberti Ducis conjuge clam sublatus est, qvod Ducis cum ipsa conjugium improbâsset. An. Chr. 689. Ab aliis qvoqve è Britannia in Germaniam venientibus Apostolis, Frisiis, Brunsvicensibus, Bructeris, Evangelium prædicatum est felici cum successu, An. Chr. 692. 694. &c. Apostoli fuêre *Willifrid*, *Willibald*, *Willibrord*, *Warenfried*, cum *Waltburgi* sorore Willibaldi, & octo præterea *Presbyteris*, *Monachisqve* compluribus.

Ceadvalla qvoqve *Bedæ*; *aliis*, Ceadvaldradus, Britonum Rex, Romam

religionis causâ profectus, à Sergio Pontifice baptizari voluit: & *Picti* cum suo Rege Naitano sacris Christianis tandem locum apud se fecerunt. *Bedæ* & *Sigebertus*.

9. Mortuo Agathone Papa, sedem Romanam toto anno vocâsse, *Anastasius* refert: electus deinde est *Leo II.* cui post 10. menses successit *Benedictus*, qvem 8. mensibus post *Johannes* sequitur *hujus nominis V.* neqve ultra annum Ecclesiæ præfuit, *Canoni* sedem vacuefaciens, qvi, cum Clerus Romanus & Exarchus diversos eligerent, intervenit tertius, & Pontificatum obtinuit. Neqve tamen etiam ipse diu isto fastigio gavisus est, undecimo mense decedens. Tum verò grave Schisma An. Chr. 687. in novi Papæ electione exoritur, inter *Theodorum* Presbyterum & *Paschalem* Diaconum: at bona pars duobus desertis, tertium *Sergium* elegit, cui cum cessisset Theodorus sponte, Paschalis 100. auri libras Johanni Exarcho promittit, si Sergium dejiceret, & se Pontificem faceret.

An. Chr. 683.

An. Chr. 684.

Ve-

Veniens igitur cum exercitu Exarchus, cum Sergio omnes adhærere cerneret, cum confirmavit, Paschali in monasterium detruso, summam tamen promissam nihilominus ab Ecclesia exigens. Fuisse etiam moris, ut Ecclesia Romana certam capitationis pecuniam Imperatoribus solveret qvotannis, patrimonii suo nomine, inde facile colligas, qvod Justinianus II. hoc ipso tempore de Summa illa partem remisit, beneficium Ecclesiæ præstare volens, ut fatetur *Spond. ann. 686. n. 2.* Atqve adeò superioris alicujus jus in suum illud patrimonium Romana Ecclesia agnoscebat. Sed hos injuriarum titulos hodie esse volunt, secus atqve olim de iis judicatum est. *Ex Anastasio.*

10. *Justinianus*, ut primum morte Patris Constantini solus imperare coepit, Armeniam Romano Imperio restituit, & Saracenos, ut in singulos dies 1000. nummos, item eqvum & servum penderent, coëgit: qvod factum anno 685. Deinde verò inutili severitate, pacem Reipublicæ necessariam ipse irri- An. Chr. 685.

nitam fecit, cum Saracenis auream monetam, non cum imagine Imperatoris factam pro tributo offerentibus, pacem renunciaret, multum licet deprecantibus. Bello igitur moto, ipse ex insidiis ab hostibus exditur, totamqve iterum Armeniam iis cogitur relinqvere. Convocavit hic Augustus svasu Callinici, Patriarchæ, qvi post Theodorum & Paulum Constantinopolitanam Ecclesiam rexit, Synodum in illa urbe celebrandam, eorundem Episcoporum, qvi in sexta œcumenica congregati fuerant, ut adderent definitioni fidei canones etiam Ecclesiasticos, sicut in reliqvis *Conciliis œcumenicis*, præterqvam *qvinto* & *sexto*, factum erat: qva de causa hanc Synodum *Qvinisextam* vocare consveverunt, tanqvam in qvintæ & sextæ supplementum institutam.

An. Chr. 992.

Feruntur sanciti esse canones 103. qvos in *Canonum Synodicorum Codice Græco*, qvem Johannes Tilius Engolismensis Parisiis superiori seculo editum Cardinali Turnonio nuncupavit, reperias licet: partim etiam *Nicetas, Theodorus Balsamon*, & *Hugo Æthereanus libro de Conciliis* nobis conservârunt: qvorum qvi de-

ci-

cimus tertius est, conjugium Sacerdotibus permittit, dummodò tempore administrationis mysteriorum uxoribus abstinerent. *Sexagesimus septimus*, sangvinem suffocatum aut morticinium comedere vetat, pluresq; alii malos paganosqve populi Christiani mores, nonnulli etiam nominatim Romanæ Ecclesiæ ritus carpunt. Negat qvidem *Spondanus* cum *Baronio* suo, Synodo huic Romanæ Ecclesiæ legatos interveniſſe: *Balsamon* tamen id affirmat. Dubium verò haud est, qvod neqve à Sergio, neq; reliqvis Pontificibus unqvam fuerit approbata: neqve id mirum esse potest reputanti, consvetudinibus Ecclesiæ Romanæ nominatim pluribusqve modis fuisse contradictum. Sergium verò approbare acta nolentem Justinianus per Zachariam protospatharium capi, & Constantinopolim duci præceperat, factumqve fuisset, nisi interventu Exarchi, qvi Pontificis partes tuebatur, ille ereptus fuisset. *Theophanes, Cedrenus, Anastasius.*

II. Qvod initio monuimus, Apostasiam Ecclesiæ hoc seculo insignioribus qvibusdam notis, magis in conspectum se dedisse, id res ipsa clamat. Nam & Ecclesiasticis constitutionibus, qvorū jam dudum nullus modus, indies gravius factum est Christianorum jugum: qvo referas exempli causâ *constitutionem Pontificis, Deus dedit, de spirituali*, ut vocant, *cognatione*,

ne, qvâ in matrimonium coire prohibetur, qvi pro alterius liberis inter Baptismi ritus fide jusserunt, & infinitas alias huic similes. Et de *bonis operibus*, qvæ Deo placerent, perperam judicari, jam seculum erat: qvandoqvidem *Conjugio*, procreationi atqve educationi liberorum, *misericordiæ in pauperes*, &c. ejusmodi operibus à Deo præceptis, nihil penè laudis tributum esse: *cælibatui* contrà, *dotationibus templorum*, *exstructionibus monasteriorum*, *vitæ monasticæ*, *peregrinationibus religionis causâ institutis*, *perfectionis*, *meriti*, & *satisfactionis* opinionem tribui consveviſſe, docent exempla Frideburgæ Sponsæ Sigeberti Regis, ipso nuptiarum die sacrum velum sumentis; Clodovæi, dotatione fani Dionysiani putatitium peccatum violatarum reliqviarum expiantis: Bambæ Regis monasterio Regiam commutantis: Ceadvallæ, relicto regno, Apostolorum, ut vocant, limina salutantis.

Ridiculum imprimis est studium perfectionis atqve imitationis Christi, in Heimerano Episcopo Ratisbonensi, qvi, ut narrat *Spond. ann.* 652. cùm Theodonis Bavariæ Ducis filia Ota Sigibaldo cuidam commixta è stupro concepisset, inqve vitæ discrimen unà cum juvene adducta esset, ut eos à nece eriperet Christi exemplo, (qvi aliena innocens super se peccata accepit libens) sibi passus est illud stupri crimen adscribi. Eum igitur Lantbertus Otæ frater, licet deinde, postqvam nocentem à morte liberâsset, suam innocentiam defenderet, & causæ cognitionem ad Romanum Pontificem remitti postu-

ſularet, non ſine cruciatu cædi juſſit. An. Chr. 703. Inter Sanctos & Martyres *Hermerannus* relatus fuit, hoc eqve pro tali habetur; Hoc certè facto nihil minùs, qvàm imitator Christi; is enim nocentes nos à pœna, per Juſtitiam divinam infligenda, ſic liberavit, ut ipſe liberari eadem nollet. Ex tali ſpecimine ſeculi genium agnoſcas licet. Qvid dicam de *miraculis* temerè creditis & vulgatis, qvalium hujus ævi Patrum vitæ plenæ ſunt. Conſulatur *Surius*. Qvid de *reliqviarum* jam longe magis fatuo & inſano cultu, qvam qvalem tribus antè ſeculis *Vigilantius* reprehenderat? exemplo ſit *ſudarium Chriſti*, qvod *Beda* refert, Saracenos Judæis ereptum circa annum 678. Chriſtianis reſtituiſſe. Judæis ſcilicet curæ fuit, tamdiù ſudarium Salvatoris aſſervare, aut Saracenis, qvomodò id nobis reſtitueretur, curare: utraqve imò gens ſtultitiæ noſtrorum illudebat. Ut nihil de *Sanctorum religioſa invocatione* dicam, qvæ eam altas jam egerat radices, ut totæ gentes ſanctorum qvorundam præſidio ſe commendarent, qvod de Longobardis *Paulus Diaconus* memorat, nihil publicæ privatæqve rei ſuſcipientibus, niſi priùs S. Johannis Baptiſtæ auxilium implorarent. Qvin imò *Sanctorum ipſas imagines* adorationis cultu proſeqvi, plurimi pietatem eſſe putabant, pro qva adverſus improbantes, tanqvam pro aris & focis ſit dimicandum, qvanqvam hæc res apertè in controverſiam non venerit, niſi ſeqventi ſeculo, ſed in principio ſtatim.

Qvodqve caput rei eſt, Pontificum & Epiſcoporum in plebem, non tam de fide & pietate edoctam, qvàm ad ritus qvosdam externos obſervandos, ſerviliter adſtrictam, (Evangelii enim doctrina maximam in partem ceremoniarum obſervationem mutaverat,) dominatus egregiè jam profecerant, atqve indies proficiebat magis, apud eas præſertim gentes, qvæ per vio-

len-

lenta sæpè remedia recenter ad Ecclesiam conversæ, ei cum primo Christianismi lacte, assvescebant; eòqve res redierat, ut, qvibus verbi divini prædicatio & animarum cura commissa erat, mallent in aulis versari Regum, Regnorumqve negotia procurare, qvàm administrandis reditibus Ecclesiarum invigilare, deniqve castra seqvi, qvod ex *Paulo Diacono* aliisqve apparet.

CAPIT. III.

SECTIO VII.

De rebus Seculi octavi.

SUMMARIA:

Justinianus Imper. Pontifici Rom. consentiens. Philippicus successor eidem adversans, n. 1. *Doctores Germaniæ*, n. 2. *Saracenorum in Ecclesias dominatus*, n. 3. *Leo Isaurus Imp. imaginum cultum tollit, refragante Pontifice*, n. 4. *Status Hispaniæ & Galliæ, & gesta qvædam Pontificum*, n. 5. *Britanniæ regnum Pontifici vectigale: Bedæ scriptæ & Johan. Damasceni*, n. 6. *Bonifacii acta qvædam*, n. 7. *Pontificum res. Constantini & Leonis Imper. gesta contra imagines, qvas Irene Imperatrix restituit*, n. 8. *Carolus M. Gal-*

Galliæ Rex. Pauli Diaconi & Alcuini Scripta, n. 9. Concilia de cultu imaginum, n. 10. Carolus Rex Imperatoris nomen accipit, n. 11. Irene post filium dejectum ipsa à Nicephoro extruditur, n. 12.

I.

Cum adhuc inter utramqve Ecclesiam Orientis atqve Occidentis vigeret controversia de Canonibus Synodi Qvinisextæ, Justinianus Imperator in solium, è qvo per Leontium dejectus fuerat, Bulgarorum ope restitutus, postqvam & Tiberium sive Absimarum Leontii deturbatorem sustulisset, infensior factus Callinico Patriarchæ, Romam eum in exilium mittit: *Constantium* verò Papam, Constantinopolin accersit, ut controversiæ de illis canonibus finis aliqvis imponeretur, qvod & factum est, Imperatore annitente, ut Constantino satisficeret. Fuit hic qvartus à Sergio Romanus Præsul, intra 8. annos tribus intermediis sublatis, *Johanne VI. Johanne VII.* & *Sisinnio*. Ipse qvoqve Augustus haud diu superfuit. Cum enim

An. Chr. 703.

An. Chr. 710.

magna crudelitate in milites sæviret, bellum gerens in Chersoneso, à Philippico, qvem illi per tumultum Imperatorem fecerant, unà cum filio Tiberio necatur.

An. Chr. 711. *Philippico*, Monothelitarum qvidam Antesignanus imperium prædixerat, monito, si id consequeretur, ut sextam Synodum abrogaret, qvod & studiosè fecit, convocato in regiam urbem *Concilio* Episcoporum: veriti enim illi, ne Imperatoris iram promererentur, in abrogationem consenserunt: jam enim *Cyrum* Patriarcham orthodoxum in exilium ejecerat, substituto in ejus locum qvodam *Johanne* Monacho. Cumqve, ut moris erat, fidei suæ confessionem Romam ad Pontificem mitteret, hæresin in ea professus est. Qva de causa Papa Constantinus, plebe Romanâ adversus Philippicum excitatâ, effecit, ut neqve diplomata ejus, neqve imaginem, nec in moneta qvidem, Romani recipere vellent, neqve nomen ejus, inter solennia missarum recitari voluit. Petrus qvoqve, cui Ducatum Romanæ Urbis Imperator commiserat, haud receptus est: & duravere turbæ

An. Chr. 713.

turbæ usqve ad Philippici dejectionem, qvem Artemius, qvi *Anastasii* nomen deinde assumsit, oculis privatum, exulare coëgit, Anastasium biennio post *Theodosius*, qvem invitum exercitus coëgit, ut imperium reciperet, victum captumqve monasterio inclusit, cumqve *Leo Isaurus*, Legionibus Armenicis instructus, Theodosio controversiam de imperio faceret, ille sponte cessit, factus Ephesi Clericus. Contigit hoc anno 716. *Anastasius* & *Theophanes*.

2. Conversiones interea populorum Germaniæ procedebant; Sucberto Frisiis & Saxonibus Evangelium annunciante, Bonifacio sive Wunfrido Scoto Thuringis, Chtatis, iisdemqve Frisiis, de qvorum Rege Radbodo *Surius* narrat, qvod, cum baptizandus jam esset, interrogârit, suosne majores Frisiorum Reges putarent in cœlo jam degere, an in inferno? cumqve de inferno responsum esset, pedem è Baptisterio retraxerit, præoptans cum his apud inferos versari, qvam cum paucis qvibusdam Christianis in cœlo. An. Chr. 717. 723. 724.

Instructi erant ejusmodi Apostoli potestate prædicandi gentibus à Romanis Pontificibus : à qvibus & commendatitias accipiebant. Et *Bonifacium* qvidem Germaniæ Episcopi titulo *Gregorius II.* insignivit, qvi post Constantinum sedem Romanam obtinuit. Hujus extant *Epistolæ ad Germanum Episcopum Constantinopol. ad Imperatorem Leonem Isauricum, ad Bonifacium, ad Carolum Martellum, ad Thuringos, ad Saxones, aliosqve*, qvas suis locis exhibet Baronius. Egit idem Gregorius Concilium Romæ, in qvo decrevit, ne qvisqvam feminas, Ecclesiis vel monasteriis dicatas, conjuges ducere possit.

3. Qvod Ecclesias attinet Saracenorum jugo oppressas, in Syria, Palæstina, Phœnicia, Ægypto, Africa, Hispaniaqve, (nam & hanc sub Roderico Rege Saraceni à Vitizæ filiis, qvos Rodericus expulerat, invitati; maximam partem suam fecerant, solis Asturibus libertatem adversus illos masculè defendentibus) retinuisse qvidem illos publici cultus libertatem aliqvandiu, *Damascenus* prodidit, qvi hoc ipso tempore Scribam Principis Saracenici, qvi Damasci erat, agebat: paulatim tamen Christianis religionis libertas erepta est. Nam primò templum, qvod Damasci fuit, primarium invaserunt, mox omne

omne religionis exercitium sustulerunt: qvod factum est Anno 718. cùm Haumar depulsus Constantinopoli, qvam maximâ militum suorum jacturâ oppugnaverat, cupiditate vindictæ in suis ditionibus, capitis pœna constituta, vetuit, ne qvis Christianos ritus observaret, ut *Theophanes* memorat, testatus, plures ob hoc martyrium subiisse. Alibi tributa Christianorum adeò auxerunt, ut pleriqve vel deserere religionem vel patram coacti sint. *Lucas* autem *Tudensis*, Toleti & Cordubæ, aliisqve Hispaniæ locis, Saracenos religionis exercitium liberum reliqvisse docet, impositio tributo mensiruo pro freqventandis templis: qvam tamen ipsam concessionem non diù durâsse, res loqvitur. Memorabile est, qvod idem *Theophanes* scribit de Gizide Principe Saracenico, Judæi cujusdam svasu, imagines omnes, in templis Christianorum collocatas, per totum suum regnum amovente: qvæ res occasionem dedit *de imaginum cultu* inter Christianos etiam disserendi.

4. Leo Imperator, cùm de superstitiosa imaginum veneratione à Theophilo Metropolitano Nacholiæ in Phrygia esset edoctus, re, cum Senatoribus Constantinopolitanis deliberata, edictum proposuit, qvo illas deponi, & sibi tradi jussit. Restitêre non

An. Chr. 725. solum Germanus Episcopus cum Clero Constantinopolitano; sed & è populo plerique, qvi eo usqve etiam licentiæ progressi sunt, ut operarios, imaginem Salvatoris alicubi dimoventes, occiderint, cujus facinoris autores Imperator pro merito suo multavit, qvos ut martyres laudat *Spondan. ann. 726. num. 4. & 5.* Multi etiam Episcopi candem ob causam, qvod Imperatoris edicto adversarentur, imagines è templis tolli prohibentes, inter qvos Germanus ipse & Theophylactus Nicomedienſis, in exilium ejecti sunt. Gregorius igitur II. Papa de his rebus per Germanum certior factus, Romæ in Concilio Episcoporum *imaginum cultum* stabilit, postqve literas aliqvoties commutatas, cùm Imperatorem tenacem propositi deprehendisset, eundem excommunicat, tributæ Italiæ ei debita inhibet, parum Apostolico more: certè qvo Ambrosius Theodosium communione Ecclesiastica excluderet, non legitur usus esse. Cum Longobardis qvoqve tentato fœdere, cum id parum succesisset, Carolum Martellum recenti contra Saracenos,

An. Chr. 726.

nos, Galliam invadentes, victoria clarum, in Italiam evocat, defensorem cum habiturus, si Leo vim faceret, eiqve dignitatem offert Consulatus Occidentis: neqve ex eo tempore Imperatores Romæ multum valuerunt; Longobardi enim has inter turbas penè omnia, qvæ Romanorum erant, illis eripiunt, ipsiqve Romæ aliqvoties vim facere tentant, Constantinopoli etiam Agallianus & Stephanus; navalium copiarum duces, pro imaginum defensione adversus Imperatorem rebellarunt, sed turpiter cæsi sunt. Mortuo deinde *Gregorio* Pontifice, cum *tertius ejusdem nominis* Papa factus esset, ab eodem qvoqve in hac *imaginum* causa Romæ *Synodus* habita est, dictumqve anathema eas demolientibus. Per Legatos inde Constantinopolin missos apud Imperatorem idem Papa imaginum restitutionem suppliciter impetrare conatus est, at frustrà. An. Chr. 731.

Memorant hæc *Theophanes*, *Paulus Diac. Anastas.* & *Theophanes* qvidem, non solùm de imaginum, sed & reliqviarum cultu, & Sanctorum intercessione, controversiam viguisse testatur.

5. In *Hispania* post Saracenicam invasionem apud Astures, *Pelagius* quidam Gothus Princeps constitutus est, post quem filius *Favila* regnavit, eoque sublato *Alfonsus* Pelagii gener, qui aliquot urbibus Saracenos expulit, Christianamque fidem propagavit, atque ob id nomen *Catholici* sibi adscivit, quod deinde intermissum successoribus, Ferdinandus Arragonius repetiit à Julio II. Pontifice, ut sibi ac successoribus esset hæreditarium. In *Gallia* post Childebertum Rex fuit *Dagobertus*: eum excepit Chilpericus, quem *Carolus Martellus* victum in ordinem redegit, quod Raginofridum pro se Majorem Domus fecisset: ex quo tempore penes Reges inane regni nomen, vis Principatus penes ipsum Carolum fuit, qui moriens anno 741. filios suæ potentiæ hæredes reliquit, *Pipinum* & *Carolomannum*, quorum hic postea Cassinensis Monachus, alter Francorum Rex factus est, postquam mortuo Chilperico, & successore ejus Theodorico, Childericus *Stupidus*, cognomento ex re sumto, regium nomen sustinuit. Tunc enim consultus Papa Zacharias per Pipini Legatos de statu regni Francorum, audacissimè pronunciavit: Childericum Monasterio includendum, & Pipinum in Regem Franciæ inungendum esse, quod & factum à Bonifacio Episcopo Moguntino Anno 752. liberique

qve pronunciati sunt per Zachariam subditi à juramento, qvo Regi Childerico erant obligati: pro qvo beneficio Pipinus Ecclesiæ Romanæ utilem sæpè operam præstitit, bis in Italiam cum exercitu profectus, ut Aistulphum Longobardorum Regem, per qvem Exarchatus Ravennatensis subversus est, ab invasione Romanæ Urbis arceret. Scribuntqve Anastasius & Leo Ostiensis, Pipinum omnes eas urbes, qvas Longobardis eripuit, ad Exarchatum pertinentes, Romano Pontifici donâsse: qvas tamen ab Imperatoribus, qvi deinceps fuerunt, imperio vindicatas esse, constat.

Erant Longobardi Pontificibus non satis æqvi, cùm cernerent Francorum illos auxilia suis adversus Græcos prætulisse. Nam & Rachisius, & Luitbrandus, qvi ante Aistulphum Longobardis imperitabant, Pontificibus graves erant, cùm alioqvi his optimè vellent, antequam Francorum amicitiam ambivissent, eorumqve in Italiam arma evocássent. Aripertus enim omnium primus Romanæ Ecclesiæ integram provinciam, Alpes nimirùm Cottias dono dedit, fuitqve donatio illa aureis literis perscripta, qvam Anastandus, & de qvo diximus, Luitbrandus, ratam habuêre. Contigit illa sub initium seculi. Ex *Paulo Diacono*, *Annalibus Francorum*, *Luca Tudensi*, *Theophane*, &c.

6. Sed & Britanniæ Reges beneficiis, in Romanam Sedem conferendis, certásse qvasi visi sunt. *Ina* enim Occidentalium Saxonum Rex regnum suum Pontifici Romano tributarium fecit, ut qvotannis è singulis domibus denarius

narius penderetur, imperans. Idq; imitatus est posteà *Adelwolphus* totius ferè Insulæ Dominus: qvam pecuniam *denarium* Petri vocatam esse, testis est *Polydorus Virgilius*. Fuit etiam *Ceolulphus* hoc tempore Anglorum Rex, ad qvem *Beda* scripsit suam *Historiam Anglicanam*, qvi Edilredi decessoris sui exemplo, & ipse Monachus factus est, constituto Rege filio suo Ludberto.

Qvod verò *Bedam* attinet Presbyterum, ejusqve Scripta, *octo* illa *Tomus comprehensa sunt*; Et *primo* qvidem ea, qvæ ad artes pertinent, Grammaticam, Arithmeticam, Geometricam, Astronomiam, Musicam. *Secundo*, Libri, de natura rerum: de temporum ratione: de sex ætatibus mundi: de temporibus: Sententiæ Ciceronis & Aristotelis: de Proverbiis: de substantiis elementorum libri qvatuor Philosophiæ: de Paschate, Æqvinoctio, Arca Noë, lingvis gentium, de oraculis Sibyllinis. *Tertio* libri 5. Historiarum: vitæ qvorundam sanctorum: carmen de Justini martyrio: Martyrologium: liber de situ Hierusalem: interpretatio nominum Hebraicorum & Græcorũ in sacris literis occurrentium: excerpta & collectanea: inter qvæ tamen pleraqi Bedæ ingenio indigna esse judicantur. *Qvarto Tomo* continet explicationem in Pentateuchum, libros Regum, Esdram, Tobiam, Job, Proverbia & Cantica. Item in Samuelem explanationum allegoricarum libros qvatuor, nec non libros duos de tabernaculo, vasis & vestibus ejus. In *qvinto Tomo* sunt Commentaria in libros N. T. omnes, exceptis Epistolis Paulinis. In *sexto* retractationes & qvæstiones in Acta Apostolorum, nec non Commentaria in Epistolas Paulinas ex Augustino excerpta. *Tomus septimus* Homilias, librum de muliere forti, librum de officiis, locos communes & fragmenta in libros Sapientiæ & Psalterii complectitur. *Octavo* denicq; *Tomo* com-

pre-

prehensi sunt libri de templo Salomonis : de opere sex dierum, Qvæstiones in Octateuchum & libros Regum, Qvæstiones variæ, Commentaria in Psalmos, Commentaria in Boethii librum de Trinitate. Meditationes de verbis Christi, & ejus Passione : deniq; de remediis peccatorum. Qvasdam præterea ejus lucubrationum deperditas arguit *indiculus operum*, qvem ipsemet conscripsit, una cum vita sua ad annum ætatis, 59 qvoniam autem diutius superfuit, aliqva deinde elucubravit, qvæ ibi consignata non sunt. Æqvalis Bedæ fuit in Oriente, *Johannes Damascenus* supra jam laudatus, qvi & ipse plurium librorum autor est. Ut sunt imprimis libri qvatuor de orthodoxa fide, qvibus certa methodo Theologiam primus omnium tradidit. Propugnavit etiam imagines earumq; cultum orationibus tribus, qvæ supersunt. Habentur præterea ejꝰ libri de Logica, Physica, de introductione dignitatum : de duabus voluntatibus Christi : de 100. hæresibus : de Trisagio: Disputatio Christiani & Saraceni : historia Barlaam & Josaphat : Oratio de his, qvi in fide dormierunt, qvam aliqvi dubitanter Damasceno tribuunt, qvod in ea narratur Trajani animam precibus Gregorii Papæ, & animam Falconillæ primæ martyris intercessione ab inferni suppliciis esse liberatos. Accedunt his libri 3. Parallelorũ, Dialogꝰ adversꝰ Manichæos: Orationes de Nativitate B. Virginis, & ejꝰdem assumtione, nonnullaq; alia, qvorum sola fragmenta habentur.

7. In Germania *Bonifacius* adhuc superfuit, qvi paucas qvasdam exaravit *Epistolas ad Gregorium & Zachariam*, *Papas*, occasione variarum Qvæstionum, qvæ tùm natæ sunt. Cùm enim nuptias in qvarto gradu prohiberi sibi Germani Principes non ferrent, eas à Gregorio concessas esse asserentes, Bonifacius per literas Zachariam ea de re consuluit, qvi tale Gregorii statutum in Archivis Ecclesiæ non reperiri

re-

respondit. Eundem Bonifacius certiorem fecit in Bajoaria Sacerdotem qvendam baptizare solitum in nomine Patria, & Filia & Spiritus S. scire cupiens, an tales rebaptizandi essent; qvod Papa fieri debere negavit, qvoniam error duntaxat, ex ignorantia lingvæ, non malitia, fuerit profectus: Bonifacius autem ita baptizatos, tanqvam profanos, rursùm tingendos esse priùs existimaverat: in qvo negotio Vergilium qvendam & Sidonium Episcopum Pathavensem sibi adversantes expertus est: fortè etiam Vergilius (paulò qvippe plus in disciplinis Mathematicis & profana Philosophia versatus, qvàm tùm Christiani mores ferebant) docuerat, præter vulgi mentem & sententiam Augustini, circumfundi terræ homines undiqve & conversis inter se pedibus stare, id qvod nostro seculo non argumentis investigandum amplius, sed experimentis dudum cognitum est. Unde *Antipodes* Græca voce nuncupabat. Ab hoc veluti errore Bonifacius Vergilium dehortari, tanqvam Legatus Pontificis per Germaniam, cùmqve retractare sententiam nollet, Romam perscribere; ubi Zacharias, cui & ipsi talis Philosophia à Christiana simplicitate abhorrere videbatur, sacerdotali dignitate Vergilium privari, ipsumqve Romam mitti jussit. Ipse Bonifacius postqvam in locum Gervilii Episcopi Moguntini, propter malos mores Episcopatu depositi, successisset, &

& qvosdam hinc inde Episcopatus & monasteria, interqve ea celebre illud Fuldense instituisset, revisens Ecclesias in Frisia à se pridem fundatas, occiditur à Frisonibus pietatis Christianæ desertoribus. Corpus ejus posteà Fuldam translatum, ibiqve sepultum est. Hæc *Aventinus* suis monumentis. è An. Chr. 755.

8. Decesserat pridem etiam *Zacharias*, cui *Stephanus* Successor à Romano Clero datus est, tridui Pontifex, hunc *Stephanus tertius* excepit, qvem Aistulphus cum exagitâsset, Pipinus defendit, ut prædiximus, *Patritius* ob hoc aliaqve merita, Romanæ Urbis cum filiis Carolo & Carolomanno à Stephano dictus. An. Christ. 757. Eum *Paulus* sequitur, post decennium denatus. Qvo tempore Toto, Nepesinæ civitatis Dux fratrem suum *Constantinum* intrusit laicum adhuc, qvi unius spacio septimanæ ordines Ecclesiasticos omnes in se suscepit. Hunc verò, postqvam mensibus tredecim præfuisset, adhibita militari manu, qvidam ex Clero dejecerunt, excæcârunt, combussêrunt, Totone fratre etiam interemto: utqve legitimè res acta videri posset, ejus Succes-

cessor *Stephanus IV.* Concilio Romæ convocato Acta ejus rescindit, ipsumque damnat, & Ecclesiæ communione
An. Chr. 769. privat. In Oriente interim *Constantinus Imperator* Leonis Successor & filius, cognomento Copronymus, patri An. Chr. 741. successerat, æmulumque Artabasdrum superaverat. Hic etiam Constantinus perpetuum imaginibus & Monachorum ordinibus bellum indixerat, optionemque faciens viris feminisque Monasticam professis, aut nubendi, aut crutis prius oculis in exilium migrandi Cyprum, ubi Saracenorum incursionibus essent expositi: multi exilium, plures conjugium elegerunt: Ipse Monasteria totâ suâ ditione vendidit, aut in fiscum redegit. *Constantinopoli* etiam *Synodum* pridem celebraverat 338. Episcoporum, quâ imagines coli prohibitum est: quin & imaginum execrationem juramento fidelitatis, quo subditos adstringebat, adjecit, multos propter pervicacem earum venerationem carcere, exilio, morte afficiens: utque eandem sententiam Pipino etiam per-

persvaderet, Legatos ad eum cum donis misit, qvæ inter fuit pnevmaticum Organum, antehac in his locis non visum: Pipinus autem convocatis in Gentiliacum villam Episcopis, rem proponit, actumqveetiam est de Spiritûs S. processione à Filio, cum Romani Pontifices arguerentur à Græcis, ex suo sensu, verba Symbolo Niceno adjecisse, *qvi ex patre filioqve procedit.* Unde verò hoc promanârit, supra ostensum est. Constantinus autem, An. Chr. cum imperâsset annis 34. moritur, succe- 775. ditqve filius ejus *Leo*, cujus non minor adversus imagines atqve parenti zelus fuit: at Irene Augusta post mortem Leonis, imaginibus honorem, & cœnobia Monachis An. Chr. restituit. Videantur *Theophanes, Anastasius,* 780. *Sigebertus &c.*

9. Cum interim in Gallia Pipinus fato suo defunctus esset, filii Carolus & Carolomannus partito inter se regno aliqvandiu egerunt. Sed Carolomanno cito moriente solus Carolus, cui res satis magnæ, qvas gessit, Magni cognomen indiderunt, dominabatur.

Ad-

Advocatus potentissimus Romanæ Sedis contra desiderium Longobardorum Regem, qvi Adrianum Papam bello affligere non rettitit, donec à Carolo aliqvoties victus, denique captus, & in Galliam abductus est, ultimus Longobardorum, qvi in Italia regnavit.

Desiderio à secretis fuit *Paulus Diaconus, Historicus*, qvem simul captum, libertate Carolus donavit, & post aliqvam deinde offensam, exulare qvidem coegit aliqvandiu, mox tamen iterum in pretio habuit. Scripsit *in libros sex de gestis Longobardorum*, & *qvædam adhuc alia*. Teste *Bellarmino lib. de Scriptor. Ecclesiastic.* Qvidam ei attribuunt *Historiæ Romanæ libros illos*, qvi adjuncti sunt historiæ Eutropii post Jovianum, ubi desiit Eutropius, qvanqvam totum opus non eundem habet Autorem. Videatur *Vossius de Histor. Latinis libr. 2 cap. 30.*

Fuit Carolus victoriis gloriosissimus, qvi non solum Longobardos in Italia penitus subvertit, sed & Saxones longo ac difficili bello tandem domuit, aliqvoties iterum rebelles: ut nihil dicam de subjugatis in Gallia Aqvitanis, in Germania Thassilone Bavariæ Duce in ordinem redacto, Venetis ultra Vistulam summotis, Hunnis octennali bello coërcitis, Saracenis maritima Hispaniæ regione depulsis, Græcis Italiæ do-

dominium repetentibus, eodem, qvo reliqvi hostes, successu repressis. Nec pacis artibus, qvàm bello deterior fuit, imprimis autem pietatis cultor eximius, cui nihil magis curæ cordiqve fuit, qvàm ut sacra Christiana propagaret promoveretqve, Idololatriam destrueret, cultum divinum ordinaret. Nam & Saxones justo ex aliis causis bello domitos, non nisi Christiani pactione ritus, in gratiam recepit, eorumqve Idola Veneris, qvod Magdeburgi, & Martis, qvod in Merseburgo colebatur, evertit, institutis donatisqve Episcopatibus Brem̃ensi, Mindensi, Osnabrugensi, aliisqve juxta alphabeti omnes literas: & Scholarum constitutis reditibus, Italiaqve evocatis, qvi his præessent, atqve artes docerent, Grammaticam, Musicam, Astronomiam, Computum, qvem voluit omnes, qvi sacris operari vellent, intelligere.

Fuerat illi Præceptor *Alcuinus* sive *Albinus Flaccus*, à qvo in Dialecticis, Rhetoricis, Astronomicis edoctus est, qvem ex Anglia Legatum apud se retinuerat, *Bedæ* qvondam Discipulum. Ei *S. Biblia*, qvæ describentium vitio falsabantur, emendanda Carolus tradidit. Sed & alia qvædam scripsit *Alcuinus*, è qvibus extant *liber de divinis officiis*: *Epistola ad Carolum Regem*, item *alia ad*

Odoinum Presbyterum: alia item 67. *Quæstiones* porrò *in Geneſin, Eccleſiaſten de Trinitate*, & *tres alii libri de Trinitate. Libri duo de Virtutibus & Vitiis. Libri ſeptem contrà Felicem*, & *quatuor contra Elipandum*, cum variis inſuper *poëmatibus*.

Ipſe Carolus rerum Eccleſiaſticarum adeò ſtudioſus, & gnarus etiam fuit, ut per ſe intelligeret, qvæ in conventibus Epiſcoporum agitabantur, *Regino*, *Sigebertus*, *&c.*

An. Chr. 786. 10. Inſtituit tum Irene Auguſta cum filio Conſtantino Synodum Conſtantinopoli habendam, qvâ decretum de tollendis imaginibus abrogari debebat, qvæ diremta eſt ſeditione militum, cùm nonnulli in reſtitutionem qvidem conſentirent, adorationem tamen earum improbarent. Anno verò Chriſti 787. *ſeptima œcumenica Synodus falſo dicta*, Nicææ convocata eſt, & convenêre 350. Epiſcopi, à qvibus imaginum cultus ſancitus eſt, cum limitatione qvidem, ſed qvæ in re ipſa ab adoratione nihil differret. Præfuêre Synodo Legati Hadriani, cumqve Hadrianus Synodi decreta ad Carolum miſiſſet, ille poſtea non ſolum *Francofurti Concilium* eâ ſuper re indixit, rec-

An. Chr. 794.

con-

centorum ferè Episcoporum, qvo contrarium planè decretum factum est: Sed & volumen haud mediocre ipse, inficiantibus licet Pontificiis, conscripsit, perqve Angilbertum Abbatem misit ad Hadrianum, qvi alio libro, qvem exaravit, qvædam qvidem excusavit durius Nicææ decreta, rem ipsam tamen non correxit.

Idem erat judicium, de Nicena Synodo, Ecclesiarum Anglicarum, qvibus ejus decreta Carolus transmisit, ut luce clariùs demonstrat ex rerum Francicarum Anglicarumqve Scriptoribus, *Jacobus Usserius libro de Christianarum Ecclesiarum Success. & Stat. cap. 2. 1.* qvi libellus ad hanc Ecclesiasticæ Historiæ partem, eorumqve, qvæ deinceps sunt seculorum, omninò pertinet. Excusat qvidem *Spondanus* Francofurtenses Patres, qvod per ignorantiam Romano Pontifici contradixerint, ignari, ab Ecclesia Romana Nicæna decreta approbata esse. Egregium scilicet pharmacum, qvasi Legati Hadriani, qvi præsentes erant non tempestivè illos monere, aut ipsi nescire potuerint, Hadriano probata esse decreta, qvæ ipse etiam missa ad Carolum eidem servanda commendavit. vid. ann. 794. n. 3. 4. & 5. Confer. *Bellarm. de Script. Eccl. in Hadriano Papa* & *alibi.*

Fuisse in eodem Francofurto damnatam qvoqve hæreticam opinionem *Felicis* Urgelitani & *Elipandi* Toletani Episcoporum docent *Acta*, qvæ supersunt. Eratqve illa opinio jam prædamnata Ratisbonæ in Conventu Episcoporum, qvi biennio antè institutus est. Videbatur enim periculosa & Nestorianismo cognata esse locutio, *qvod Christus secundum humanam naturam sit Filius Dei duntaxat adoptivus: qvodqve unio personalis efficere non possit*, ut propter naturarum communionem homo verus & substantialis Dei Filius rectè dicatur. Refutavit errorem hunc imprimis *Paulinus Aqvilejensis*, opponens inter alia dictum Apostoli *ad Phil. 2. dedit ei nomen, qvod suprà omne nomen est*, atqve inferens, Filium adoptivum talis nominis dignitatem, qvod suprà omne aliud sit, non mereri. Qvi *Paulini liber* adhuc extat. *Magdeb. Cent. 8. c. 5.*

11. Mortuo Adriano Pontifici *Leo tertius* Successor fuit. Hic Carolo vexillum urbis transmisit, aliqvem Romam Legatum postulans, qvi à populo Romano fidelitatis juramentum accipiat.

Actum erat ea de re jamdudum vivo adhuc Adriano in Concilio Romæ celebrato, anno 773. ubi è consensu Episcoporum, Cleri, Senatus populiqve Romani, adhibitis etiam Peritis Juris & Legum, Carolo *Patriciatus* sive Principatus Romanæ Reipubl. potestas legislatoria, & omne jus populi Romani, separatim etiam Pontificis eligendi, Episcoposqve per singulas provincias nominandi, auctoritas concessa est, loco mercedis, ex sponsione Hadriani, cùm ab illo

illo, suo populiqve Romano nomine, ad defensionem Urbis & Patrimonii, qvod vocant, Petrini, contra Longobardos in Italiam evocaretur. Videantur *Distinct. 63. cap. Adrianus, & cap. in Synodo.* Juxta cum *Sigeberto, aliisq;* hujusce rei idoneis satis testibus.

Postremo demùm seculi anno, cum Festum Natalitium Christi Carolus Romæ celebraret, inter ipsa sacra antemeridiana Leo Pontifex, & unà omnis populus *Imperatorius* atqve *Augusti* nominibus ei acclamârunt, admodum, ut *Eginartus* testis est, invito, & qvantum poterat inter sacra, repugnanti. Gratus tamen esse voluit Leo II. erga Imperatorem, à qvo hoc tempore restitutus erat, paulò antè, à Clericis qvibusdam captus, & ad Carolum profugus. Qvam rem fabulis augent, scribentes, Leoni lingvam ab inimicis præcisam, & oculos erutos, per miraculum fuisse restitutos. An. Chr. 800.

Falsum etiam est, qvod hìc negari solent Paparum asseclæ, qvasi in hoc negotio peculiare aliqvod jus suum atqve auctoritatem Pontifex, seu magis Romana Ecclesia, exercuerit, Carolo Imperium conferendo, qvod tamen populi

Romani nomine, non Ecclesiæ aut Pontificis, factum esse constat. *Bellarmino* talia peculiari volumine *de translatione imperii*, defendenti & refutari conanti *Magdeburgicos Centuriatores*, responderunt sufficienter *Franc. Junius*, & *in defensione regia Casaubonus*, qvibus addantur ii autores, qvi in affectatam Tyrannidem Gregorii VII. sive Hildebrandi stilum acuerunt, qvorum non facilè qvisqvam est, qvi hujus causæ non meminerit.

12. In Oriente interim Irene filium *Constantinum* Augustum, materni imperii dudum pertæsum, occupat, oculisqve privat anno 797. tanta crudelitate, ut tertio die moreretur.

Is paulò ante divortio à se dimiserat Mariam conjugem, eamqve monialem fecerat, ductâ Theodete qvadam Cubicularia. Unde in Ecclesia tumultus orti sunt, existimantibus qvibusdam, hoc factum Ecclesiastica disciplina notandum esse, aliis Imperatori condonandum. Pro illa parte qvi pugnabant, in exilium missi sunt. Inter qvos *Theodorus Monachus Studites*, hactenus melioris causæ patronus, qvàm tunc, cùm adorationem imaginum defendit. *Ejus* extant qvædam *Epistolæ in Biblioth. Patrum*, *Catecheses* item, *Homiliæ* & *Oratio de cruce*.

Irenem verò aliqvot post annos imperio deturbatam *Nicephorus Patricius* pro merito suo punit, inqve exi-

lium

lium egit, in qvo decessit, *Ex Theophane.*

Hispanis paulatim jugum Saracenicum depulêre Reges, Alphonsi Successores, *Froilas, Silo* & *Alphonsus Castus*, à qvibus Ecclesiarum libertas in Arragonia, & qvibusdam aliis provinciis recuperata est. In *Palastina* qvoqve Aaron Saracenorum Rex Carolo, qvi Legatos ad eum miserat, Calvariæ montem & locum sepulchri Christi cum qvibusdam Cœnobiis ultrò condonavit: qvo tamen dono non tàm rei Christianæ, qvam superstitioni consultum fuisse eventus docuit. Qvantum ea hoc seculo profecerit, & qvantis publica Ecclesiæ doctrina tenebris fuerit oppressa, veritatis testibus paucitate suâ nihil proficientibus, peculiari aliqvo ostento Deus voluit significare; narrat enim *Theophanes*, Constantinopoli & in adjacentibus partibus, Solem per dies septendecim ita fuisse obtenebratum, ut nocti similes dies essent, & navigia in mari aberrarent. Cœlesti prodigio demonstrante ea advenisse tempora, de qvibus Salvator præmonuerat *Matth.24.* fore, ut

Sol, id est doctrina cœlestis,
in tenebras con-
vertatur.

CAPIT. IV.

SECTIO I.

De rebus Seculi noni.

SUMMARIA:

Corruptelæ hujus seculi summatim dictæ, n. 1. *Caroli M. gesta*, n. 2. *Græca, sub Nicephoro & Successoribus, præcipue de imaginibus*, n. 3. *Ludovici Imper. de eadem causâ Concilium. Scriptores quidam*, n. 4. *Pontificum quædam: Mors Imp.* n. 5. *Imaginum cultus in Græcia restitutus. Superstitionis augmenta. Saracenorum crudelitas*, n. 6. *Pontificum gesta*, n. 7. *Synodi & hæreses in Gallia & Germania*, n. 8. *Normannorum irruptiones*, n. 9. *Imperatorum res. Concilium Constant. octavum. Photii Patriarchæ historia*, n. 10. *Gallica. Hincmari Rhemensis gesta & scripta, ut & aliorum quorundam*, n. 11. *Populorum quorundam ad Christianismum conversio*, n. 12. *Imperatorum & Pontificum mutationes & gesta*, n. 13. *De iisdem & de Britannis & Græcis*, n. 14. *Pontificum acta, & imprimis Formosi*, n. 15.

1.

SI rerum Ecclesiasticarum censu veniunt *Templorum dedicationes, dotationes Ca-*

no-

CAPIT. IV.
SECTIO I.
De rebus Seculi noni

SUMMARIUM

1.

SI rerum Ecclesiasticarum [...] *Templorum dedicationes,* [...]

nobiorum, Leges de decimis sine fraude dadis, armata Pontificum odia, nova superstitionum inventa, occasione *reliqviarum* populo commendata *aliaqve bujusmodi*: tum ferax adhuc satis est historia seculi, qvod ordimur à nato Salvatore novi: Sin *doctrinæ sanioris prædicatio, propulsatio falsæ, gentium conversiones, disciplinæ instauratio, in Scripturas sacras impensæ curæ, Episcoporum lumina, doctrina pariter & vita corusca*, huc magis videntur pertinere, oppidò pauca in medium afferenda erunt. Dicemus tamen, qvæ occurrunt, unde appareat, oppressam Ecclesiastica Tyrannide, cum libertatem Christiani populi, tum puritatem doctrinæ, manus dantibus, qvi testimonium veritati dederant, paulatim succubuisse.

2. Carolus igitur qvatuordecim spatio annorum, qvibus adhuc superfuit, non desiit boni Principis circa Ecclesiam officia facere, cum propulsanda ab Ecclesiasticis personis injuriosâ vi, tum fundandis, ubi opus erat, Episcopatibus, instituendis Scholis, con-

vocandis Synodis, corrigendis beneficio legum populi moribus.

Qvod verò de *dotationibus* dictum est, Zizensis, Mersburgensis, Wormatiensis, Basileensis, &c. testantur Ecclesiæ, nova beneficia ab eo nactæ: Clericis imprimis Osnabrugensibus multæ concessæ sunt immunitates, eo nomine, ut Latinæ Græcæqve ab his excolerentur literæ, ad præparandos idoneos homines, qvorum usus esset in Legationibus ad Græcos, à qvibus ipsis aliqvoties in Galliam, Germaniamqve Legati venêre; Extantqve hodiénum ea privilegia.

An. Chr. 809. Anno verò nono post octingentesimum *Aqvisgrani Synodum* Carolus convocavit, in qva qvæsitum fuit, *an rectè ab Hispanis addita fuerint Symbolo Constantinopolitano 4.* hæ syllabæ, *Filioqve*: & cum sententia ipsa per se sit vera, *num liceat idem canendo proferre, etiamsi id vel Romæ vel alibi inusitatum sit?* Consultus ea de re Concilii nomine Leo Papa, Symbolum illud svadet paulatim obliterari, & absqve additione hac cani: qvod testantur *Concilii Acta*, hoc

hoc tamen adhuc seculo etiam Romæ cani cœptum esse illud additamentum, pro certo constat, ejus tempore Schismatis, quo utraque Ecclesia inter se dissidebant. Nec omittendum est, à Carolo paulò ante mortem simul quinque diversis in locis *Concilia* convocata esse, *Moguntiæ* nimirum, *Rhemis*, *Turoni*, *Arelati*, *Cabilone*, in quibus omnibus disciplina emendata est, testanturq; *Canones Tom. III. Concil.* requirendi, bonis sæpe legibus malos Clericorum mores ansam præbuisse. Igitur Carolum his rebus gestis verè Magnum mors occupavit, anno seculi 14to ætatis ejus septuagesimo secundo. Testamentariam dispositionem geminam dudum fecerat, quorum altera inter filios regna distribuit; alterâ, bona sua cetera dividi præcepit, neque Ecclesiarum neque pauperum oblitus. Et filiis tamen, Pipino & Carolo ipse superstes fuit, *Ludovicum* solum post se relinquens, pridem Augusti titulo decoratum, & *Bernardum* è Pipino nepotem, Italiæ regnum sortitum, Patris loco. *Ex annalibus Francor. à Pithœo editis*, imprimis *Eginarto*, nec non ex *Anastasio quodam*. An. Chr. 814.

3. Ni-

3. *Nicephorus* intereà in Oriente, depositâ Irene, pacem cum Carolo colit. Sub eoqve *Theodorus* ille *Studita*, de novo in exilium cum sociis agitur, qvos inter sanctitate monastica celebris Archimandrita *Plato*, qvod Mœchianorum, ut ipse eos vocat, Conciliabulo, Constantinopoli habito, contradixissent, in qvo Constantini cum Theodete nuptiæ, de qvibus prædiximus, legitimæ pronunciatæ sunt, transitumqve ab hypothesi ad thesin, & generalis pronunciato statutum, *Regibus jus fasq; esse dispensare circa leges, etiam divinas, Episcopis vero singulis, de canonibus remittendi potestatem competere*, ut qvidem docent *Theodori* ipsius *Epistolæ* ad Leonem Papam aliosqve in exilio scriptæ. Nicephorum Imperatorem de Manichæismo etiam suspectum *Theophanes* facit, qvi nunc Constantinopoli vixit, sed Imperatori non satis æqvus fuit. A Bulgaris autem Nicephorus anno 811. victus cæsusq; est, qvâ clade qvi capti fuêre, cùm adigerentur ab hostibus, ut sacris Christianis renunciarent, pleriqve martyrium sustinuére, qvod & aliis cùm hoc hoste bellis factum est. Postqvam vero *Michaël Curopalates* imperium est adeptus, cum is pacem cum Bulgaris vellet, atqve inter alias conditiones lu postulassent, ut sibi fugitivi redderentur, qvi interim Christianam religionem receperant, supplicesq; petebant, ne ad cruciatus traderentur;

Syn-

Synodus de hac re acta pronunciavit, profugorum salutem non prodendam esse: ita pax impedita est: cumqve inseliciter esset pugnatum, Imperator deposito imperio, detonsisqve capillis Monachi habitum induit, concessitqve *Leoni* hoc nomine *qvinto*, qvem Augustum milites proclamaverant, dignitatem ultrò. Hic imaginum cultores rursus exagitavit, ipsasqve demolitus est, toto sui imperii tempore, exulare cogens Monachos & Moniales, aliosqve sibi in eo negotio adversantes: post septennium tamen imperii à *Michaële Balbo*, qvem jam detectis ipsius contrà se insidiis, in vinculis habebat, dilatá tantùm propter festi solennitatem (erat enim Christi natalis) in posterum diem ejus nece, occidi justus est, Michaël vinculis liberatus, pro eo imperavit, exulesqve revocavit, utqve semel statueretur, qvid de imaginum adoratione sentiendum esset, utriusqve partis Episcopos ea de re convenire in *Synodum* jussit: detrectantibus autem Iconodulis, s. imaginum cultoribus, cum hæreticis, ut ipsi vocabant, qvasi æqvo jure in disputationem descendere, qvos prædamnatos cupiebant, forsasse qvod suæ causæ diffiderent, conventus non successit. Imperator tamen illis libertatem concessit; at imagines habere intra urbem vetuit. *Theodor. Stud.* An. Chr. 821.

4. In imaginum negotio etiam *Ludovi-*

dovicus Imperator hoc tempore occupa-
An. Chr. 825. tus fuit, cujus autoritate anno 825. Parisiis Synodus doctissimorum virorum convenit, in qva conclusum, imagines nec stultè abolendas, nec superstitiosè colendas, sed memoriæ causâ habendas esse.

Occasionem conventui dedit Græci Imperatoris Legatio: cumqve Patrum illorum svasu Imperator ad Pontificem misisset Jonam Aurelianensem & Hieremiam Senonensem, de Synodi sententia cum eo communicaturos, in mandatis his dedit, ut patienter ac modestè cum eo de hac causa disputarent: ne nimis resistendo eum in aliqvam irrevocabilem pertinaciam incidere compellerent: verba sunt *imperialis mandati*, qvod inter alia ejusdem argumenti à *Goldasto* exhibetur. Sed fabulam surdo narratam esse, ipse *Spondanus* conjicit. *Jonas* hic Aureliæ Episcopus, etsi contra Claudium Taurinensem Hispanum Iconoclastem pro imaginum defensione *tres* scripsit *libros*, qvi extant, malam tamen à Roma retulit gratiam, qvod (utor verbis *Bellarmini*) eodem laboraret errore, qvo *Agobardus* Archi-Episcopus Lugdunensis, & reliqvi ejus ætatis Galli, qvi negabant sacris imaginibus ullum deberi cultum religiosum. Scripsit & paulò antè pro religiosâ veneratione eorum *Nicephorus Constantinopolitanus* Pa-

Patriarcha qvatuor libellos, qvi extant apud *Henricum Canisium Tom. 4.*

Alios qvod attinet hujus ætatis, sed non hujus argumenti Scriptores, memorandi veniunt imprimis *Eginartus* Caroli Cancellarius, cui debemus ejus Regis vitam, juxtà cum *Historia Francorum*. *Usuardus* Monachus Gallus *autor Martyrologii*, qvod jussu Caroli adornavit. *Paschasius*, *Ratbertus Abbas Corbejensis*, qvod cœnobium Ludovicus recenter extruxerat dotaveratqve, qvi scripsit librum de corpore & sangvine Domini, contra *Bertramnum* Presbyterum. *Nithardus* Caroli M. nepos ex Bertha F. à qvo habemus *libros qvatuor de dissidio filiorum Ludovici*, pertexente historiam à Caroli excessu ad annum 843. *Freculphus* Monachus Benedictinus, qvi in Judithe Augustæ gratiam, universalem ab orbe condito historicam pertexuit ad annum Christi 600. *Rabanus Maurus* Abbas primùm Fuldensis, deinde Archi-Episcopus Moguntinus inter seculi sui doctos viros facilè principem locum obtinens: Scripsit autem multa versu & prosâ, imprimis *in universam Scripturam utrius qve Testamenti Commentaria*, & insigne opus *de laudibus S. crucis* inusitatum metri artificium prosâ oratione explicans. *Strabus* Fuldensis Rabani discipulus, autor *glossæ ordinariæ*, qvam è Magistri sui explicationibus adornavit, sed qvæ à posteris multum aucta est. *Haymo* Episcopus Halberstadensis Alcuini auditor qvondam, cujus extant *Commentaria*, *in Psalmos*, *in Prophetas omnes*, *in omnes Pauli Epistolas*, *in Apocalypsin*: item *Homiliarum in Evangelia Tomi duo*, nec non *libri tres de Christianarum rerum memoria*. Extat etiam *Expositio in Cantica*, sed qvæ etiam *Cassiodoro* & *Thomæ* adscribi solet. *Amalarius Fortunatus Episc. Treverensis Antiphonarii editor*, & 4. *insuper librorum de Ecclesiasticis officiis & Responsoriis à Pentecoste ad Adventum Domini*, *aliisqve*.

5. In Sede verò Romana *Eugenius* tum

præ-

An. Chr. 826. præfedit, qvi Legatos ad Imperatores [Lotharius enim Ludovici F. Augusti titulum jam obtinebat] ablegavit, reliqvias aliqvas sanctorum in Germaniam afferentes: nimirùm ut per illas merces imaginum cultum S. Hagiodulian, à qva Galli Germaniqve alieniores erant, his commendaret.

Similia ferè dona Michaëlis Legati ad Imperatorem attulerant anno priore, *Dionysii* nimirùm *Areopagitæ*, ut credi volebant, *opera Græca*. Qvanta alioqvi Hispanis Italisqve fuerit reliqviarum sanctarum æstimatio, ex eo satis apparet, qvod Compostellæ paulò antè An. Chr. 816. sub Alphonso Casto *Jacobi Apostoli corpus* coli cœptum est, & locus peregrinationibus freqventari: ipsaqve Leonis tertii Papæ decretali Epistola fabula inventi & illuc translati corporis est adornata. Italos verò Mercatores *D. Marci corpus* ex Alexandrino templo furto sublatum Venetias detulisse, testatur ejus rei *monumentum in Biblioth. Vaticana* asservatum. Qvi plura talis superstitionis specimina nosse avet, hoc ipso seculo apud *Spondanum* sactis multa inveniet, crebra jam reliqviarum translatione ad cultum, freqventiore tamen imposterum.

Ante Eugenium *Paschalis* fuerat, qvi in negotio Iconolatriæ Constantino-

tinopolim nuncios suos misit Leoni Imperatori, qvi tum fuit anathema dicturos, & cives ad constantiam hortaturos. Eo prior *Stephanus* fuit 7. duntaxat mensium Pontifex post *Leonem*. In Eugenii verò locum *Valentinus*, & post expletos ejus in Pontificatu 40. dies, *Gregorius IV.* succcessit anno 827. Ceterum Ludovicus Imper. ex hoc tempore filiorum suorum rebellionibus eò tandem adactus est, ut in vinculis etiam ipsum haberent, talisqve conspirationis plurimi Episcopi erant conscii, imprimis Ebbo Rhemensis, qvi hoc facinore laudem, qvam ex Apostolatu Danico comparaverat, iterum fœdavit, seqve ipsum deinde in publico conventu Metis habito, Episcopatu indignum pronunciavit. Restitutus autem dignitati pristinæ Ludovicus, adnitentibus, ut id fieret, proceribus Germaniæ, injuriam filiis condonavit, nec ultra sexennium superfuit, relinqvens filiis hæredibus, Lothario, Ludovico Germanico & Carolo Calvo [Pipinus enim biennio ante mortuus, filium tamen cognominem habuit] infidam regni

An. Chr. 827.

An. Chr. 840.

societatem. *Annales Francorum, Anastasius.*

6. Vigebat adhuc de imaginibus controversia in Oriente. Cum enim Michaele Imperatore è vivis sublato filius *Theophilus* successisset, ingens ille odium adversus imaginum cultores denudavit, juramento subditos explorans, & si quos deprehendisset Iconodulos, in carcerem conjiciens, conatus ipsos pictores regno expellere, quibus artificibus ille fingerentur: finem tamen mox accepit, annos ferè 120. in Ecclesia agitata, postquam Theophilo defuncto Michaël *Porphyrogennatus* ipsius filius, sub matre *Theodora* imperium suscepit, à quibus imagines restitutæ, revocati exules, Johannes Patriarcha in exilium actus, Methodius è carcere ad Patriarchatum evectus est: superstitione ubique prævalente adversus testimonium veritatis. An. Chr. 843.

Nam & in Occidente, ut sanctorum veneratio magis omnibus commendaretur, *Festum omnium Sanctorum* à Gregorio Papa institutum fuerat Anno 835. Calendis Novembribus primum

mum celebrandum, ut *Sigebertus* habet. Interea Deus hostibus Christianorum Saracenis multa feliciter evenire permisit. Nam & Hispanias cum victoria pervagati sunt, istas etiam provincias affligentes, qvas non possidebant, & in Gallias delati magnum sui terrorem sparserant, Creta insuper, Sicilia Sardiniaqve potiti, Italiam exinde infestam habuêre, suburbia ipsa Romana deprædantes. Mota porrò ab his persecutio est Cordubæ adversus Christianos, qvos hactenus toleraverant, cùm hi audaciùs Maurorum superstitioni se opponerent, & martyria provocarent, ut licet intelligere è Scriptis *Eulogii* electi Episcopi Toletani, qvi & ipse tunc martyrium subiit, *tribuq; libris martyrum Cordubensium neces* persecutus est, *Apologeticum* insuper *pro martyribus*, & *exhortationem ad martyrium* subeundum, & *aliqvot epistolas* post se relinqvens. Acciderunt hæc circa annum Christi 850. Ordonio Ramiri F. apud Astures, Gallæcos & Arragonios imperante.

7. Sed ut ad filios Ludovici redeamus, illi gravi inter se discordia laborantes, vires Francorum civili bello consumserunt, donec victus aliqvoties Lotharius Imp. in eam regnorum divisionem consentiret, qvâ ipse Galliæ eam partem nactus est, qvæ Lo-

tharii regnum inde vocari apud posteros meruit, unâ cum Italiæ imperio. Ludovico autem Germania, Carolo reliqva Gallia eveniebant: unde factum, ut divisa in multos potentia Pontificibus Romanis inciperet minus formidabilis esse. Cum enim Gregorio defuncto *Sergius* hoc nomine *secundus* Pontificatum adeptus esset, nec multum ultra triennium eo potitus moreretur, *Leo IV.* electus est, qvi jus confirmationis illicò Imperatori, non solum in dubium revocare, sed & poscenti negare ausus est.

An. Chr. 847.

Scribitqve *Spondanus*, dum hæc narrat, si qvid ejusmodi fuerit, sive per populum Romanum metus causâ, iisdem Imperatoribus malè promissum, vel ab ipsis pessimè usurpatum, Leonis Papæ constantia irritum factum esse atqve sublatum. vid. *Decret. Distinct. 63.* Qvin etiam suspectos se Romani fecerunt, qvo Italiam, Francis exclusis, Græco Imperatori prodere voluissent. Ob qvam causam Ludovicus Lotharii filius Romam cum exercitu profectus, metu eos in officio continuit. Eodem & ante infesto agmine venerat. Ubi qvæ fingant, miracula, per qvæ Ludovici & exercitus ejus ho-

An. Chr. 855.

hostiles animi divinitùs fracti sint, apud *Spondanum* lege *ad ann. 844.* ex *Anastasio.*

Interim *Bellovaci* in Gallia *Synodus* convocata est, in qva *Hincmarum* Rhemensem Episcopum communi Patrum consensu eligunt, in locum Ebbonis, ob perduellionis crimen dudum ejecti. Octennio post, An. 853. *Svessione* qvoqve *Concilium* celebratum est, qvo irrita declarata est eorum etiam Clericorum consecratio, qvi unqvam ab Ebbone ordinati fuissent. Hujus tamen Synodi acta *Nicolaus Papa* posteà retractari voluit. Mortuo qvippe Leone (à qvo Romana mœnia instaurata, urbiqve à Saracenis aliqvâ parte deformatæ novus splendor & nova insuper portio adjecta est, qvæ *Leonina civitas* inde vocari consvevit) *Benedictus* Papalem sedem adscendit: nam qvod de *Johanne Papissa*, qvæ post Leonem virum mentita, Papatum obtinuerit, proditum multisqve creditum est, id viri docti etiam à Protestantium partibus in dubium vocârunt.

Videatur post ceteros *D. Blondellus* Gallus, peculiari tractatu narrationi illi se opponens, cui nulla veteris Scriptoris ante Marianum Scotum, autoritas suffragatur, cum is 200. demùm annis post rem, ut gesta fertur, scripserit. *Benedictum* igitur, biennio tantum Pontificatu functum, *Nicolaus*, de qvo prædiximus, secutus est. Sed & *Synodus* alia in *Germania*

sub Rabano Moguntino est habita, Leone II. adhuc superstite, in qva *Godeschalcus* Monachus Rhemensis damnatur, qvosdam hominum ad exitium prædestinatos esse, neqve Christum omnium esse Redemptorem, docens. Eadem docuisse *Bertramum*, seu, ut alibi nominatur, Ratrannum vult *Usserius l. de Christianarum Eccles. success. c. 2.* qvem ipsum ad Carolum Calvum *de corpore & sanguine Domini* libellum adornâsse constat, in qvo, qværenti Carolo, utrum ipsum corpus, qvod de Maria natum est, & passum, mortuum & sepultum, qvodqve ad dexteram Patris consideat, sit id, qvod ore fidelium per Sacramentorum mysterium in Ecclesia qvotidiè sumitur? Respondet Bertramus, discrimen inter utrumqve esse tantum, qvantum est inter pignus & eam rem, pro qva pignus traditur: qvantum inter imaginem & rem, cujus est imago, & qvantum inter speciem & veritatem; & de hoc qvidem capite Rabanum cum Bertramo pluribusqve aliis similiter sensisse, ibidem, *Usserius* conatur demonstrare. Nimirùm viri isti videbant, nimium tribui Sacramenti symbolis, qvæ iis, qvibus ipsum Christi Salvatoris corpus, venerationis signis affici ægrè ferebant; eaqve ipsum esse corpus, palàm ferri non satis patienter audiebant, nondú licet inventâ transubstantiationis barbarâ voce: qvod verò re-
medium afferebant, in alteram partem pecca-
bat,

bat, cùm Salvatoris verum corpus Sacramento prorsus eximerent. Non omittendum est, qvod inter alia superstitionis invalescentis specimina hoc primùm tempore etiam *indulgentiarum* facta mentio legatur, in tres annos & tres qvadragenas concessarum venientibus Romam, ad reliqvias Sylvestri Papæ & aliorum, apud *Anastasium*.

9. Paulò antè hæc tempora timeri cœperunt incursiones Nordmannorum, qvi Dania Sveciaqve pluribus ducibus egressi terrâ mariqve, Germaniæ, Galliæ, Britanniæqve incubuêre, & cùm alieni à Christiana religione essent, qvâ ferebantur, Ecclesias vastabant, templa diripiebant, parùm reverenter seu sanctas imagines seu reliqvias habentes. Legi qvidem possunt apud *rerum Francicarum aliosqve hujus ævi Scriptores*, crebra miracula sanctorum sive ulciscentium sui contemtum in raptoribus, sive vindicantium cœmeteria sua & templa; sed pleraqve falsi specie laborant: aut si vera sint, Dei permissu, firmaniis erroribus in animis hominum, veritatem & lucem verbi divini negligentium, facta esse, credi debet.

Id imprimis hic mirari subit, Angliæ devotissimum Pontifici regnum, cujus Rex Edelvvolfus Romam anno 48. post octingentesimum profectus, reliqva etiam provinciæ, qvæ nondum Romanæ Sedi vectigalia erant, Cantium nimirum & Northumbriam, ad denarium solvendum Leoni adstrinxit, isti calamitati à Normannorum

irruptione non minus, ac reliqvos fuisse obnoxium. Qvalia infortunia ubi iis eveniunt, qvi Romanæ sedi se opposuerunt, aut in seros etiam eorum posteros incumbunt, vulgare Spondano aliisqve Pontificiis est, infelicitatis causam illicò in ejusmodi rebellionem adversus Pontificem referre. Normannis autem Carolus Calvus, cum pacare eos aliter non posset, in Gallia sedes dedit. *Annales Francor. Matth. Westmonast.* &c.

10. Lotharius autem Imperator, diviso inter filio regno, Ludovico Imperatori Italiam, Lothario id, qvod in Gallia possederat, cedens, Prumiense cœnobium ingreditur paulò ante mortem, qvæ contigit anno 855. qvô eodem anno *Michaël* Constantinopolitanus Imper. necatâ matre Theodorâ, libera frena nactus, in qvendam Neronem evasit, & nisi *Bardas*, qvem Cæsarem creaverat, postea verò necavit, Reipublicæ aliqvam curam in se suscepisset, pessum omnia ivissent, literarum imprimis studia, instauratis scholis, conservavit.

Floruit tùm *Michaël Psellus*, Philosophiæ Platonicæ imprimis sectator, & *Simeon Metaphrastes*, qvi *Vitas Sanctorum* scripsit in singulos menses Græcè, aliqva subinde addens ex proprio ingenio, nec ut res martyrum gestæ sunt, sed ut geri potuerunt: qvin & vitæ qvædam additæ reperiuntur eorum, qvi post Metaphrastæ obitum vixerunt, ab alio qvodam adjectæ. In Latinum versas reperire licet partim in *Tomis Aloysii Lipomani*, partim apud *Surium*.

Eos

Eodem Michaële imperante, *Photius* qvoqve Constantinopolitanæ præfuit Ecclesiæ, cujus extat *Nomocanon cum interpretatione Balsamonis & Bibliotheca*, opus ingens & eruditum.

Ceterum ad Patriarcharum contrà Canones, cum Laicus adhuc esset, promotus est à Michaële & Barda Cæsare, qvem Ignatius ob repudiatam uxorem Ecclesia arcuerat, atqve ob id deponi meruerat: unde magnæ in Ecclesiæ Orientis turbæ, aliis Ignatium, aliis Photium defendentibus. Qvare Imperatoris rogatu Nicolaus Papa Legatos Constantinopolim misit, cautam utriusqve cognituros: sed illi prætergressi mandatum, Ignatium damnaverunt: Nicolaus id irritum pronunciat, & Romam utrumqve mitri postulat: sed Photius acerbo scripto in Romanum Pontificem invectus, Tyrannidem ejus & errores accusavit. An. Chr. 858. An. Chr. 861. An. Chr. 863.

Qvo eodem tempore etiam *Johannes* Episcopus Ravennas, libertatem suæ Ecclesiæ à Romanis oppressam vindicare aggressus est, appellationes Romam fieri vetans, & multum de usurpationibus Pontificum Romanorum publi-

cè conqverens : sed vano conatu. Eò enim Pontificis violentia adactus est, adjuvante Imperatore Ludovico, ut ad servilia qvæqve ministeria se submittens, misericordiam tamen z-grè obtineret.

Cum Photio rigidè actum est. Is enim paulò post, cùm à Basilio Cæsare Michael Imperator occisus esset, cædemqve ipse improbâsset, incurrens in Basilii, jam Imperatoris, odium, rursus deponitur, Ignatius restituitur, procuraturqve *Concilium Constantinopolitanum*, qvod *octavum œcumenicum* appellant, in qvo præsidentibus *Adriani* Pontificis Legatis [Nicolaus enim jam obierat] jure depositus pronunciatur. Qvod priùs etiam in *Synodo Romæ* celebrata factum, ubi ejus contra sedem Romanam Scripta etiam igni tradita sunt : notandumqve est imprimis in tertio ad Synodum alloqvio Adriani hæc verba haberi : *Romanum Pontificem de omnium Ecclesiarum Præsulibus judicâsse, de eo verò qvenqvam judicâsse, non legi.*

An.Chr. 869. 870.

Licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen esse, qvod fuerit super hæresi accusatus, propter qvam

qvam solam licitum sit minoribus, majorum suorum moribus resistere. Hæc ex *Actis*. Photium tamen, Ignatio defuncto, *Basilius* in Episcopatum posteà restituit: *Leo Sapiens*, denuò dejecit. Ex *Aimoino*, *Curopalate*, *Anastasio*, *Actis Synodi octavæ*, &c.

11 Minore suo periculo Episcopi Francorum Guntherius Colonienſis, & Theutgaudus Trevirenſis, Nicolao Pontifici sese opposuêre, à qvo fuerant excommunicati, qvorum acres in illum literas ex *Annalibus Francorum*, *Usserius citato loco* refert: & *Hincmarus* Rhemensis, Adriano: cùm enim Lothario Rege (qvem ob divortium Theutbergæ, & Waldradæ nuptias, mirè etiam Nicolaus exagitaverat) mortuo, *Carolus Calvus* ejus provincias occuparet, neqve iis ad mandata Hadriani, decedere vellet, justus *Hincmarus*, ut Carolum excommunicaret, non paruit, sed rescripsit ex sententia conventus Rhemensis, regni negotia ad Pontificem nihil attinere, nec Francos adductum iri, ut credant, se salvos esse non posse, nisi illi pareant Regi, qvem Apostolicus commendaret. Ipse etiam Carolus eidem Hadriano imperiosiùs mandanti, ut Hincmarum Laudunensem, qvem in vinculis habebat, Romam mittat, umbrosum seculi typhum exprobrat, rescribens, *Reges & Imperatores, qvos terris divina potentia præcipit præesse, jus distinguen-*

gvendorum negotiorum Episcopus juxta divalia constituta permisisse, non autem Episcoporum villicos extitisse: neq; illorum vicedominos, sed terræ Dominos hactenus fuisse computatos, ut est apud *Goldastum.*

Hincmarus alioqvi Rhemensis, semper adversantes sibi Pontifices expertus est, qvi alterum Laudunensem, ipsius diœcesi subjectum, contra ipsum foverunt: forte qvod inter illos Galliæ Doctores esset, qvi in septimam Synodum stilum strinxerunt, ut fatetur *Bellarmin. l. de Script. Eccles.* qvanqvam frivolo isto commento excusans, qvod ignoraverit septimam Synodum à Pontificibus approbatam esse, qvasi post tot Acta, ab ullo id homine, nedum Rhemensi Præsule ignorari potuerit. Scripsit is præter *vitam Remigii* Francorum Apostoli, & *Epistolas aliqvas*, qvæ unà editæ sunt, *opusculum 55. capitulorum ad Hincmarum Laudunensem*, item aliud *de divortio Lotharii & Theutbergæ*, in qvibus suis Scriptis, cum primum citet *Decreta antiqvorum Pontificum Anacleti, Soteris, Telesphori*, &c. apparet suppositios illos fœtus paulò ante hæc tempora in orbem intrusa sub nescio cujus *Isidori Mercatoris* præscripto nomine innotuisse: de qvibus videatur *Blondellus in Pseudo-Isidoro*, sive *Turriano Vapulante.*

Vixit hoc etiam tempore *Anastasius Bibliothecarius* & Abbas Romanus, cujus sunt, *vitæ Pontificum usq; ad Nicolaum I.* & *Acta Synodi octavæ*, cum *versione Actorum septimæ*, & *Johannis Eleemosynarii vita.*

Item *Johannes Diaconus*, qvi *de Gregorii M. rebus gestis libros qvatuor reliqvit.* Qvibus addas, *Aimoinum* Monachum Gallum, plurium qvidem lucubrationũ auctorem, sed qvarũ nihil supereſt, præter *historiam de rebus*

bus gestis Francorum à Pharamundo Rege usqve ad obitum Ludovici Pii: qvæ enim adjecta sunt ad annum usqve 1165. ad ipsum non pertinent: & *Adonem Vienn. sem* Episcopum *Chronici* Scriptorem, qvod in sex ætates divisum ab orbe condito usqve ad annum Domini 879 perducit.

12. Inter hæc qvid conversionibus gentium impensum sit, & qvo profectu, videamus. Ebbonem Rhemensem Danico Apostolatu functum esse, supra innuimus, qvo Regem Heraldum cum familia ad CHRISTUM convertit, sed qvi, propterea ut videtur, regno expulsus, ad Ludovicum Pium Imperatorem profugit, & S. Baptismate Moguntiæ initiatus est: acceptis deinde qvibusdam in Frisia terris, Ansgarium Monachum Corbejensem in Daniam Sveciamqve misit, doctrinam Christianam in illis regionibus propagaturum: neqve id sine successu, de qvo videndus est *Crantzius in Metropoli lib. 1. c. 19. 20. 34. 35. 36. 41. &c.* Ansgarius Ecclesiis qvibusdam constitutis, in Saxoniam reversus & Hamburgensibus Episcopus datus est. (An Chr. 832. obiit 862.) Nec minore cum operæ pretio Ludovici Germaniæ Regis auctoritate ad Moravos Slavosqve Legatus

tus cum Evangelio Christi venit *Methodius*, non is, qvi eodem tempore Constantinopolitanam sedem Ignatio cessit, sed Illyricanus Doctor. Conversa enim tota gens Moravorum ritus Christianos suscepit, circa annum 862.

Cùm verò cerimonias Ecclesiæ in sua lingva peragi voluissent, consentiens Methodius adversarios nactus est Sacerdotes Bojaricos, à qvibus ad Nicolaum Pontificem delatus, Romam proficisci coactus, post longam cum Romano Clero disputationem obtinuit, allegatione verborum Psalmistæ: omnis spiritus laudet Dominum: ut Nicolaus Slavis, Moravis Bohemisqve, qvod vellent, concederet: idqve imitatæ gentes Illyricanæ, sibi qvoqve licere arbitratæ sunt. Refert *Cromerus Chronic. Polon. lib. 3.* *Cyrillum* Methodii socium ad Polonos qvoqve penetrâsse, & fidem Christianam primùm in Poloniam intulisse. Confer *Adriani Regenvolscii Histor. Ecclesiarum Sclavonicarum.* Per idem ferè tempus Bulgarorum gens, ante hac religioni Christianæ infensissima, à Græcis illam recepit: cum Theodora Michaëlis Augusti mater

pacem

pacem fidemqve unà illis offerret: operam navante non inutilem Bogaris Regis Bulgarorum sorore, qvæ, cum Constantinopoli captiva teneretur, fidem Christianam didicerat. De his non diu post acriter inter se dimicârunt Romani & Byzantini Antistites, utrius Jurisdictioni Ecclesiasticæ subessent. Sed ad Russos qvoqve Græcorum legationibus tum propagatam esse Christianam fidem, *Zonaras* testis est, principe Russorum Episcopos Constantinopoli mitti postulante. vid. *l. c. Regenvolsc.*

13. *Basilius* Orientis Imperator victoriis adversus Saracenos adeo profecit, ut Palæstinam his rursus eriperet. Ludovico autem Imperatori in Italia qvasdam extorsit urbes, insidiasq; struxit per Adelgisum Beneventanum Ducem, à qvo Imperatore sub specie pacis captus & jurare coactus est, injuriam se non ulturum: qvi tamen ut liber dimissus est, Romamqve venit, à Johanne Pontifice & Concilio Episcoporum juramento absolutus est: Adelgisus metu in Corsicam profugiens mox ejusdem Pontificis opera Ludovico reconciliatur. Successerat *Johannes* Adriano defuncto anno 872. qvem tertio post anno secutus est ipse Imperator: unde Patruus ejus *Carolus Calvus* Galliæ Rex propere- An. Chr. 875.

rè

rè occupata Italia, & thesauris Ludovici, Pontificis animum his placat, & Imperator ab eo cò-
ronatur, qvanqvam Patruus alter, Ludovicus Germaniæ Rex, filium Carolomannum, magnis instructam copiis, in Italiam misisset. Sed & hic Ludovicus altero post anno fato suo sunAn. Chr. 876. ctus eidem Carolomanno, Ludovico & Carolo filiis divisum Germaniæ regnum reliqvit. De eo narrant, qvod in somnis viderit Patrem Ludovicum Pium, anxiè orantem atqve obtestantem, ut ipsum à cruciatibus, qvibus detineatur, tandem aliqvando velit eripere, & vitæ æternæ compotem facere: qvo viso auditoqve Ludovicum literas ad omnia regni monasteria dedisse, Monachosqve conduxisse, qvi Parentem precibus apud Deum adjuvarent. Nimirum hoc deerat superstitioni, ut somniis qvoqve fides de
An. Chr. 877. salute animarum tribueretur. Carolus Calvus tertio postqvam Imperator factus est anno, veneno, qvod Judæus Medicus propinaverat, decessit, filiumqve Ludovicum cognomento Balbum imperii regniqve Gallici hæredem reliqvit: sed huic qvoqve Carolomannus controversiam de Augusti dignitate Italiæqve regno fecit, habens in partibus suis Senatum Romanum, pluresqve Italiæ Episcopos, *Formosum* imprimis Portuensem, qvem Roma ideò profugus Johannes in vinculis secum ad Ludovicum in Galliam traduxit, reversusq; cum præsidio Ludo-

dovici, Episcopatum suum Urbemqve Romanam ejurare coëgit. At vero Ludovicus altero statim anno, qvi est septuagesimus nonus post octingentesimum à nato CHRISTO, moriens, cùm & Carolomannus lethaliter ægrotaret, finem controversiæ fecit. Hæredibus qvippe legitimis destitutus; Carolum cognomento Crassum, patruelem suum, fratrem Carolomanni, dignitate imperatoria, & Galliæ magna parte auxit: qvi Romam profectus, ab eodem *Johanne* Pontifice inauguratus est hujus nominis Imperator tertius. Idem Johannes metu Basilii Græci Imperatoris Photium, ab isto sedi suæ restitutum, in communionem recepit. Ipse Photius habita Constantinopoli Synodo, *Acta Synodi octavæ* irrita pronunciari fecit. Ex *Frodoardo, Curopalate, Aimoino, Reginone, Cedreno.*

14. Hac interim tempestate Normanni varia Ecclesiis damna intulerunt. In Anglia Regem Eadmundum templo extractum, arboriqve alligatum, telis confecerunt. In Scotia Moniales cœnobium qvoddam incolentes, nasum cum superioribus labris sibi præciderant, ut ab injuriis illorum salvum pudorem conservarent, sed tamen ab his unà cum monasterio crematæ sunt. Ab Edelredo verò Rege Merciorum vincuntur, & non multò pòst etiam ab Alfredo,

qvi superato à se Gitroni Regi sacra Christiana persvasit. Neqve defuit etiam Carolus Crassus Imperator, qvi Galliæ, Belgio, Saxoniæqve gravibus Danis, aurum pacemqve offerens, ut religionem Christianam colerent, ipse qvoqve autor fuit, concessitqve ad habitandum Frisiam. Floruit tunc in Anglia *Johannes Scotus*, omni doctrinarum genere excultus, à qvo Oxoniæ lingvarum studia propagata sunt: eum, cùm animi causâ in Malmesburiense cœnobium ventitâsset, & Monachorum ignorantiam, cum ignavia conjunctam, acrius reprehendisset, stilis illi suis confoderunt. Sed ad Normannos qvod attinet, etsi carptim qvidam fidei Christianæ nomen darent, adhuc diù tamen cum his Christiano orbi conflictandum fuit, donec superstitione gentili pariter & violentia exuta, sua sine aliorum injuria servare potiùs, qvàm aliena invadere discerent: nam & hoc ipso tempore, Alfonsus ob victorias de Saracenis partas Magnus, Hispaniæ Rex, ab illis sibi metuens Overtum muniit, & Lutetia Parisiorum ab his obsessa est, neqve aliter Carolus Imperator, qvàm pactionibus & novarum concessione terrarum illos removere ab obsidione ausus est: qvâ qvidem subditos ita à se alienavit, ut in conventu Triburiensi Proceres Germaniæ illo deserto, *Arnulphum*, Carolomanni fratris ipsius filium, Regem eligerent: nec diutiùs Carolus superfuit,

An. Chr. 888.

fuit, mortuus anno 888. Biennio antè (An. Chr. 886.) *Basilius* qvoqve vitam clausit, *Leone* filio imperii hærede, cui rerum divinarum studia *Sapientis* cognomen indiderunt, ab eo *Photius* Constantinopolitanâ sede iterum dejectus, in exilio consenuit.

Fertur scripsisse Imperator *epistolam* ad Regem Saracenorum de Christianæ fidei veritate, & Saracenorum impietate, qvæ extat in *Bibliotheca Patrum Tom* 3. Circumferuntur & *Orationes* latinè redditæ, inter qvas est una *de Cruce*, eidem Imperatori adscribi solitæ. Ex *Regimone, Curopalate, Ambrosio Morale, Matth. Westmonaster. &c.*

15. In Sede verò Romana sub finem hujus seculi valdè turbatum est. Postqvam enim Johannes, expletis decem in Pontificatu annis, decessisset, *Martinus*, vel, ut alii, *Marinus*, ejus successor *Formosum* Portuensem olim Episcopum, non solùm juramento absolvit, qvo Romam atqve Episcopatum suum ejurare à Johanne coactus fuerat, sed & sedi suæ restituit. Biennio pòst Martinus qvoqve locum *Hadriano III.* vacuum fecit: [An. Chr. 884.] sed is non ultrà annum functus Pontificatu à *Stephano V.* excipitur. Qvo post qvinqve annos è vivis sublato, *Formosus* ipse An. Chr. 890.

nuper Portuensi Episcopatu dejectus, in Schismate cum *Sergio* eligitur, & Sergio vi dejecto, obtinet. Ab hoc *Guido* ex Longobardis Beneventanus Dux, qvi se *Italiæ Regem* dixerat, (nam Arnulphus adhuc Italia se abstinuerat hactenus) *Romanus Imperator* consecratur, unà cum filio *Lamberto*: & mox etiam *Arnulphus* ipse, postqvam in ordinem Guidonem redegisset. Sub eo etiam *Synodus Romæ*, & *alia* ab Hattone Moguntino *Triburiæ* celebrata est: in qva posteriore (ut *Spondanus* loqvitur anno 895.) ante omnia actum est de Ecclesiastica immunitate inviolatâ conservanda, & de obedientia præstandâ Episcopis, atqve de humili cultu erga Romanam Ecclesiam. Nimirum si dominatus Papæ & Episcoporum salvus esset, fidei negotium de cetero salvum esse existimabatur. Non omittendum tamen est, qvod in *cap. 16.* ubi de sepultura non vendenda cavetur, *spontaneæ donationis pro redemtione animarum* facta mentio legatur: jamdudum enim purgatorius ignis jactari, crediqve, nondum licet expressa Concilii

cilii alicujus definitione, cœpit. Idem Formosus Pontifex, sicut in transferenda Italicâ Coronâ tempori servire didicit, ita ad Gallici qvoqve regni negotia tractanda manus extendit, Carolo simplici adversus Odonem pacis turbatorem, operam navans. In Angliam verò ad Regem Eduardum literas scripsit minarum plenas, exprobrans ignaviam in restaurandis Ecclesiis, qvas Dani vastaverant: qvibus ille territus *Synodum* indixit, ut illi negotio manus admoverentur. His rebus gestis defunctum Formosum, *Bonifacius*, & unà *Stephanus sextus* excipiunt. Qvorum Stephanus prævaluit, Bonifacius enim decimo qvinto die mortuus, in censum Pontificum non venit, eò qvod in Schismate non pervicit: qvasi is meliore jure Pontifex censeri possit, qvi per vim occupatam sedem, extorto per vim consensu Cleri, retinet. Fateri enim *Baronius* hîc necesse habet, hujus & aliorum deinceps Pontificum intrusiones canonicæ electionis nomen haud mereri, nisi qvod subseqventem non minus violenter, ut dicere cœpi- An. Chr. 897.

mus, extortum consensum, ad conficiendum, quem defendere coguntur, successionis legitimæ tenorem, sufficere posse exilli-
An. Chr. mat. Stephanus porrò collectâ *Synodo*
899. quorundam Episcoporum, Formosi cadaver è sepulchro extractum, in judicium adduci, damnari, & Pontificum habitu spoliari jubet. Mox in Tyberim adjici, præcisis tribus anterioribus digitis, quibus juraverat. Qui verò ab illo ordinibus sacris initiati erant, omnes exauctorat. Postea tamen *Johannes nonus* Concilio Ravennæ habito, Anno Chr. 904. acta ejus restituit, inventumque in Tiberi semesum cadaver in priorem tumultum intulit, ferunturque imagines sanctorum curvatæ, Formosi corpus, quâ præterfectum est, veneratæ esse: Quod non adeò mirum est illo tempore, figmentorum talium avido, in vulgus ferri; hodiè verò credi, & tanquam verum à *Spondano laudari*, animum ad lu-
An. Chr. cis nitorem planè excœcatum arguit.
899. Stephanus verò, de quo diximus, postremo noni seculi anno, ipse quoque Petri Cathedra pellitur, in carcerem conjicitur atque strangulatur, factione con-

contraria prævalente : à qva *Romanus* qvidam intrusus est : Sed is non ultra qvatuor menses superfuit. Alius igitur viginti dierum Pontifex, *Theodorus* creatur, atqve inde *Johannes nonus*, de qvo prædiximus, sedem occupavit. *Ex Luitprando*, *Adamo Bremensi*, *Wilhelmo Malmesburiensi*, *Frodoardo*, qvi *Fulconis* qvoqve *Rhemensis Episcopi* nominatissimi eædem huc conjicit, ejusqve aliqvot *Epistolas* ipse refert.

CAPIT. IV.

SECTIO II.

De rebus Seculi decimi.

SUMMARIA:

1.

Judicium generale de Seculo hoc, n. 1. *Pontifices Romani*, n. 2. *Græca. Imperatores Germaniæ. Hispanica & Gallica quædam*, n. 3. *Pontifices*, n. 4. *Otto Magnus Imper.* n. 5. *Pontificum & imprimis Johannis XII. gesta*, n. 6. *Luitprandi Scripta, & legatio in Græciam;*

ciam ; Alii etiam Scriptores, n. 7. *Hispanica, Gallica, Britannica*, n. 8. *Normannica, Danica, Polonica, Bulgarica*, n. 9. *Otto II, Imper. Pontifices Romani*, n. 10. *Sancti quidam ; Res Galliæ, & Gerberti Rhemensis acta, qui Pontifex Sylvester II. fuit*, n. 11.

I.

ETsi proximum, qvod clausimus, seculum, tale erat, qvale ab initio augurabamur, comparatum tamen illi, qvod seqvitur, nobilioris adhuc metalli qvædam semina habuisse, censeri potest. Nam qvod hîc aperitur seculum â nato Salvatore decimum (judice *Spondano*, cujus hæc verba sunt) *suâ asperitate & boni sterilitate ferreum, mali exundantis deformitate plumbeum, atq; inopia Scriptorum appellari consvevit obscurum : qvo tantis Apostolica sedes jactata est procellis, ut cuncta, qvæ olim passa fuit sub gentilibus Imperatoribus, horum comparatione sint æstimanda lusus qvodammodo puerorum : idqve eâ occasione, qvod Principes seculi hujus tyranni-*

cè

cè sibi Romanorum Pontificum electionem arrogantes, qvamplurima horrenda in eam monstra intruserunt. At verò qvi sunt illi Principes? nempe qvos adversus legitimos Imperatores in Italia tyrannidem arripientes, Pontifices Romani vicissim fovere, & imperatorio titulo decorare consveverunt. Morte enim Arnulphi Imperatoris, qvæ anno 899. contigit; Germani qvidem proceres Ludovicum ejus filium, puerum adhuc, Regem sibi creârunt datis tutoribus: at regnum Italiæ Berengarius & Ludovicus Bosonis Comitis filius invaserunt, prævaluitqve aliqvandiu Ludovicus, creatusqve est â Romano Papa Imperator: qvadriennio tamen post à Berengario victus, captusqve; imperio pariter oculisqve privatus est: nec dubitavit Johannes, ipsum qvoqve Berengarium Italica coronâ decorare. Et supererat adhuc Lamberdus Gvidonis F. olim à Formoso coronatus, qvi se pro Imperatore ferebat. His accedebant Tusciæ Marchiones, ab Imperatoribus Francicis olim constituti, sed qvi potentiam acceptam sibi usurpabant,

qvibus ipsis qvoqve Romæ sua erat factio in Clero, populoqve, per qvam plurimum in conferendo Papatu poterant: neqve melius res habere cœperunt, antequam Ottonum potentia factiones suppressæ, Italiaqve Imperatoribus Germanis iterum subjecta esse cœpit, ut fatetur *Spondanus ann. 900. n. 1.*

2. Johannes igitur post tertium in Pon-
An. Chr. 905. tificatu Urbis annum expletum *Benedicto qvarto* locum cessit, de qvo nihil dignum memoria reperitur. Eum *Leo V.* secutus est ad breve tempus. Qvadragesimo enim sui Pontificatus die à *Christophoro* Papalem thronum ambiente captus, inqve vincula conjectus, contracto ex mœrore animi morbo, decessit: *Christophorum* tali facto totius populi odium sibi contrahentem *Sergius* ille, qvi
An. Chr. 907. cum Formoso olim de papali sede certavit,
An. Chr. 908. vocatus è Tuscia, à civibus Romanis & parte Cleri, facili negotio cepit, & in Monachum primum attondit, tandem tamen fatore carceris ad mortem adegit: Roman enim venit, ut Petri scilicet successorem decebat, armatus præsidiis Caroli Sim-

Simplicis Francorum Regis, & Adalberti Tusciæ Marchionis. Qvibus fretus Formosi factionem atrociter habuit, ipsiusqve acta denuò rescidit.

Erat tùm Romæ Marozia Gvidonis filii Adalberti conjux, splendida, sed impudentissima meretrix, è qva Sergius *Johannem* posteà Romanum Pontificem, *ejus nominis undecimum*, genuit: nec melioris notæ mater ejus *Theodora* fuit: à qvibus mulieribus arx S. Angeli, qvæ ad Tusciæ Marchiones spectabat, tenebatur, & impotens Romæ dominatus exercebatur. Neqve tamen ultra triennium Sergius in templo Dei sedit, tyrannidem in Ecclesias exercens, qvæ jugo opinionis de obedientia Cathedræ Petrinæ debita, oppressæ, qvamvis talia illic hominum monstra viderent, nō tamen ab obsequio recesserunt: qvod in Gallicanis maximè Præsulibus hoc loco *Spondanus* dignum laudè judicat. Successor illi fuit *Anastasius III.*

De hoc *Sigonius de regno Italiæ l. 6.* asserit, qvod exposcente Berengario Ticinensem Ecclesiam magnis prærogativis exornaverit, concedens Episcopo umbellæ usum, eqvo vehi albo, crucem præviam in itinere habere, & in Conciliis à læva Pontificis assidere. Talia nempè & Apostoli concedere Ecclesiarum Antistitibus solebant. An. Chr. 910.

De-

An. Chr. 911. Defunctus autem est post biennium ab occupata sede, qvam *Landoni* vacuam reliqvit, nulla re magis Pontificatum suum insignienti, qvàm qvod *Johanni X.* viam ad invasionem cathedræ suæ paravit.

Is enim, cum à Theodora deperiretur propter formam, qvâ egregiâ pollebat, Bononiæ Episcopus ex Diacono Ravennatensi à Landone in mulieris ejus gratiam constitutus est. Unde brevi post (non toto enim anno Lando præfuit) eâdem Theodorâ annitente, ut propiorem Amasium haberet, in Romanum Papam evasit. Ex *Luitprando.*

3. Qvod Orientis res & Leonem Augustum attinet, nonnihil turbarum qvartum ejus conjugium, defunctâ uxore tertiâ peperit, cum *Nicolaus* Patriarcha illi intercessisset, ob qvod factum pulsus in exilium *Euthymio* cedere coactus est: ut verò Leone mortuo frater ejus Alexander cum puero Constantino Porphyrogenneto filio Leonis imperavit, Enthymium ille vicissim expulit, & Nicolaum restituit: qvi Scripta tùm ad Romanum Pontificem *Epistolâ* qverelis refertâ in qvartum conjugium acriter peroravit. Epistolam refert *Baron. ad ann.* 912. Alexandrum de Deorum cultu revocando cogitantem divina ultio repentina morte ex-

san-

sangvinis vomitu oppressit, ut Aretas Cæsariensis apud *Aloysium Lipomanum* & *Curopalates* testantur.

In Germania *Ludovicus* Arnulphi F. civili pariter bello & Hunnorum vastationibus affligitur : qvibus cum viribus impar esset, animi ægritudine extinctus est, anno Christi 912. postremus è stemmate Carolino in Germania : filios enim nullos reliqvit. Qvo factum est, ut Principes *Conradum* Franciæ Ducem sibi Regem eligerent. Eo imperante *Confluentiæ Synodus* qvorundam Episcoporum & Abbatum coivit, qvâ nuptiæ in septimum consangvinitatis gradum prohibitæ sunt. Conradum qvoqve civilia Principum bella exercuerunt : & qvanqvam inter hos esset *Henricus* Saxonum Dux, cognomento *Auceps*, nihilominus qvod dignissimum eum judicasset, coronam & sceptrum moriens illi Conradus misit, secutiqve sunt hoc Imperatoris judicium Germaniæ Principes. An. Chr. 912. An. Chr. 919.

Mortuus paulò antè est Hatto Moguntinus Episcopus magnæ vir auctoritatis, qvi, cum ex Franciæ Regum stemmate oriundus esset, in re-

rebus imperii plurimum occupatus fuit, sed cum perfidiæ famâ, qvá magnis sæpè viris insidias struxit; imprimis Henrico, qvem diximus ad imperium evectum esse. Videantur *Sigebertus*, *Abbas Urspberg. Schafnaburgenſis*, &c. *Hiſpaniæ* sub initium seculi Alfonsus adhuc præfuit, victoriis contra Saracenos indies major, in eo verò maximus, qvod filio Garsiæ mortem patris impatienter expectanti, & regnum occupare conanti, sponte cessit, filiiqve auspiciis adversus Mauros pugnans paulò antè mortem insignem victoriam obtinuit. *Overii* sub illo *Concilium* celebratur, in qvo Ecclesiastica disciplina restitui debebat. *Garsias* F. non ultrà triennium patri supervixit, & *Ordonio* fratri regnum reliqvit, qvo defuncto *Froilas* tyrannus & invasor mensibus qvatuordecim rerum potitus est. Post qvem *Alphonsus IV.* & mox *Ramirus* ejus frater, Reges fuêre, ut ex *Ambr. Morale* constat. *Gallia* motibus intestinis plurimùm conflictata est sub *Carolo Simplice* Rege, qvem aliqvoties *Hugo* comes captivum tenuit, cuiqve vivo adhuc Rudolphus Burgundiæ Rex substitutus est. Qvos inter motus Episcopi magnam civilis discordiæ partem fecerunt, regni negotiis dudum sese immiscentes: nec laudari aliud magis potest, qvàm qvod cœnobiorum fundationibus superstitionem testatam hæc ætas fecit. Nam celebris Cluniacensium Monachorum ordo, &

aliqvot pòst annis Gembracensis cœnobii institutio, inter præcipua religionis negotia fuerunt.

Henricum Imperatorem aliâs à pietate Scriptores laudant, inter ceteras tanto Principe dignas virtutes eminentes, sed tamen ut tunc seculum fuit, aspergine superstitionis alicujus imminutâ : nam reliqviarum studiosissimum fuisse apparet inde, qvod S. Dionysii oblata manu, pacem redimi à Carolo Gallorum Rege passus est, & Regi posteà Rudolpho lanceam dominicam ex clavis crucis Christi, ut fabulantur, factam, cum pollicitationibus non posset, minis extorsit. Illum post ingentes adversum Hunnos, Vandalos, cives, partas victorias, cùm in Italiam iter pararet, mors occupavit, anno post Christum natum 936. Reliqvit filium, qvi post ipsum imperavit *Ottonem M.* 936. de his videri possunt *Frodoardus*, *Sigebertus*, *alii*. An. Chr.

4. *Italiam* interim multi Domini distraxerunt : Saraceni & Græci in Calabria Apuliaqve dominabantur. Bene-

ven-

ventum Duces è Longobardorum posteris retinebant : Romæ Tusciæ Marchiones potentes erant , de Longobardorum regno Hugo Arelati comes , & Rudolphus Rex Burgundiæ decertabant: Berengarius præterea imperatorio titulo reliqua tenebat , eoqve cæso , propterea qvod Hungaros evocaverat, Berengarius Junior & Romani Pontifices horum Dominorum vel parebant , libidini , vel si qvid infirmiores erant , despiciebant. Utqve ad Johannem redeamus , belliæ is rei studiosior, qvam religionis fuit, nam cum Alberico Thusciæ Marchione & Græcis , Saracenos invasit , de qvibus cum triumpharet , tanqvam solus vicisset, in Alberici odium incurrit. Eum postea Guido Maroziæ maritus , qvæ suum e Sergio filium ad Pontificatum evehere conabatur , cepit , inqve carcerem conjecit, in qvo à militibus cervicali super os injecto suffocatus est : An. Chr. 928. neqve tamen *Johannem XI.* Maroziæ filium , qvi sedem protinus invasit, Clerus populusqve Romanus tum temporis recepit ; sed rejecto eo, *Leonem IV.* elec-

elegit, cui post septimum regiminis mensem venenum, ejusdem meretricis consilio, propinatum est; idem accidit *Stephano VII.* ejus successori, qvi tertio Pontificatus anno per similem potionem extingvitur, atqve sic demum Anno Christi 930. *Johannes ille XI.* Sergii filius, paternam sedem, matris suæ potentia, obtinuit qvinqvennium: qvo interim tempore illa Hugonem Italiæ Regem Romam accersivit, ut ipsius nuptiis potiretur, Gvido enim interierat. Sed Albericus Maroziæ filius, ex Alberico Marchione susceptus, Vitrici in se superbiam non ferens, Romanis civibus persvasit, ut Hugone expulso se seqverentur, qvod & factum est: & sic Roma Ecclesiaqve unius meretricis ejusqve filiorum impotentem dominatum sustinere coacta est. Johannem, superstite adhuc matre, *Leo VII.* Romanus excepit, tres annos Pontificia dignitate potitus. Qvo tempore *Otto* ad Imperii culmen apud Germanos adscendit, uti prædiximus. *Ex Luitprando*, &c.

5. Hunc Principem ingentia in Rempublicam merita vere Magnum præstiterunt, qvam ab omni Barbarorum vastatione securam reddidit, qvanqvam & civium rebellionibus non semel distineretur, à qvibus nunc Hungari in Germaniam evocati, nunc Vandali in Saxonum terras immissi, urbesqve & Principatus occupati sunt: qvorum tamen omnium victor ut esset, pietate suâ meruit. Egregia imprimis victoria fuit, qvâ Hunnos ad Lycum flumen ita cecidit, ut ex eo tempore Germaniæ graves esse desierint. Conduxerat illos Heroldus Salisburgensis Præsul unà cum ceteris conjuratis, qvos inter & Ludolphus Imperatoris filius fuit: sed hunc Udalricus Episcopus Augustanus, cum in eo esset, ut prælio cum parente congrederetur, dehortatus est, utqve se patri submitteret, persvasit.

Hoc facto dignum se demonstrans, qvi inter sanctos referretur, meliore eqvidem ratione, qvam qvâ id post decennium ab ejus morte factum est. Et fuisse qvidem in Udalrico singularem pietatis sensum, divinum illud somnium

tum etiam ostendit, qvo Arnoldum Bavarorum Ducem, Henrico qvondam rebellem, vidit ensem capulo carentem gestare. Cujus ipse somnii commodus interpres fuit, conjectans nullo illum successu Imperatori se oppositurum, atqve ideò, ut pacem bello anteferret, veniamqve exposceret, auctor existens. Heroldum verò ob perfidiam Otto, victoria potitus, oculis privari jussit. Ipse ut gratias Deo referret, multos Episcopatus seu instituit, seu novis reditibus dotavit. Magdeburgensem, Cizensem, Merseburgensem, Misnicum: sed Magdeburgensem posteà in Archi-Episcopatum extulit, urbem verò privilegiis communitam pridem Edithæ priori conjugi, Angliæ Regis filiæ in dotem dederat. Idem aliqvoties in Galliam cum exercitu profectus est, ut *Ludovicum* Regem, cognomento *Transmarinum*, Caroli Simplicis filium, qvi nuper post *Rudolphi* Regis obitum è Britannia revocatus in regnum avitum redierat, ab Hugonis Parisiensis Comitis injuriis defenderet: cujus discordiæ causa, cùm Concilium institutum esset, ipse cum Ludovico Rege, affine suo, eidem interfuit: qvo tempore Lotharingiam, Belgium, Burgundiamqve imperio Germanico iterum vindicavit. Tantus igitur cùm esset egregiis bello paceqve facinoribus, ab Italis qvoqve bis advocatus est, adversus Berengarium è Forojulio Tyrannidem toti

Italiæ intentantem; semel à vidua Lotharii filii Regis Hugonis, qvam post captum Berengarium & filium ejus Adelbertum secum in Germaniam duxit, inqve uxorem ascivit: ubi verò Berengario partem Italiæ rursum concessisset, atqve is Romanis iterum gravis esse inciperet, *Johannes XII.* Papa Ottonem rursus, ut auxilio sibi veniret, invitavit. *Continuator Reginonis, Sigebertus, Witechindus, Ditmarus, Leo Ostiensis.*

6. Sed ut ordine, qvi Papalem sedem conscenderint, recensemus, *Leonem septimum*, de qvo ultimo loco dixi- An. Chr. 939. mus, *Stephanus VIII.* è Germanis primus, excepit. Qvod malè habuit Albericum Thusciæ Marchionem, cujus instinctu Romanus populus in seditionem erumpens, Stephanum vulneribus adeò deformavit, ut in publico deinceps conspici nollet, præfuit tamen annis tribus & mensibus qvatuor, successorem nactus *Martinum*, vel ut alii *Marinum III.* qvi An. Chr. 943. templorum reficiendorum, pauperumqve in se curam suscepit, laudabili qvidem consilio, si, qvæ potiores de religione sunt curæ, non neglexisset. Ejus etiam succes-

sor

sor *Agapetus* à vitæ innocentia com- An. Chr.
mendatur : cujus temporibus *Synodus* 946.
Ingelheimensis in Germania est habita, An. Chr.
in qvâ multa in Ecclesiastico ordine 948.
vitiosa emendata sunt, præsentibus
Ottone & Ludovico Rege, & Marti-
no Apostolicæ sedis legato, sicut ex
Ottone Frisingensi discimus. Ceteræ,
qvæ hoc tempore Synodi in Gallia
Germaniaqve coivére, qvod hîc obiter
monendum est, vel Episcoporum cau-
las judicabant, vel bonis Ecclesiarum
prospiciebant : de emendandis, qvæ
in fidei doctrinam irrepserant, errori-
bus, altum ubiqve silentium, adeò o-
mnes tenebris oppressi erant, ut horum
nihil viderent : de his *Magdeburgen-
ses Cent. 10. c. 9.* consulas licet. Agapetus
autem decimo Pontificatûs sui anno
mortem obiens, *Octavianum* succes- An. Chr.
sorem habuit Alberici filium, Maroziæ 955.
& Gvidonis nepotem, Romanæ juven-
tutis Principem, digniorem, qvi lupa-
nari, qvam qvi Ecclesiæ præficeretur.
Hunc primum fuisse, qvi nomen mu-
taverit, & *Johannes* vocari voluerit *duo-*

decimus, Scriptores Pontificii contendunt, qvanqvam non desint, qvi *Sergium II.* dudum id fecisse scribant, qvi fœdo nomine *Osporci* antea vocatus sit. Hic igitur Johannes accersitum in Italiam Ottonem, postqvam is Berengarium cum filio Alberto fugere compulisset, Romæ magno cum honore excepit, juramento priùs obstrictum, qvod Urbis Ecclesiæqve defensioni nunqvam deesse velit, cujus à nullo anteà Imperatore præstiti, formula apud *Gratianum* extat. Imperatori & filio ejus Ottoni, septenni tùm puero, vicissim Papa Romani Imperii coronam, imponit, seqve ad pacta & datam mutuò fidem servandam juramento obstringit. Sed vix discesserat Imperator, ut Berengarium persequeretur, cum Pontifex Adalbertum ejus filium è Corsica, qvo profugerat, Romam evocat, cumqve eo fœdus adversus Imperatorem facit: qvo comperto is properè reversus cum exercitu, præsentes non amplius reperit Johannem & Adalbertum. Hic enim in Corsicam rediit,

An. Chr. 962.

dit, ille in Campania sylvis & montibus se se occultavit, ferarum illic in morem oberrans neqve comparere Romæ voluit, qvamqvam Ottonis literis liberam redeundi, & dignitate suâ fruendi potestatem acciperet. Coacto itaqve Episcoporum Concilio, Imperator sententiam eos de Johanne exqvirit: Hi gravissimorum illum criminum reum agunt: qvod nimirum sacros ordines in stabulo eqvorum Diacono cuidam contulerit: qvod muneribus corruptus, Episcopatus minùs aptis, ob ætatem, personis distribuerit: qvod missam celebrans non communicârit: qvod sit sacrilegus, adulteri, incestus cum duabus sororibus & propriâ cognatione, ac perjurii reus: qvod venationibus studuerit: qvod Benedictum oculis, & Johannem Cardinalem qvendam virilibus privaverit, qvi ambo ex injuria illata sint mortui: qvod ense, galeâ, loricâ, armatus in publicum prodierit: qvod in Diaboli amorem vinum biberit: qvod in aleæ ludo Jovis, Veneris, aliorumqve Deastrorum

opem invocaverit. Nec tamen Imperator ad hanc accusationem statim damnare Pontificem sustinuit. Sed secundis ad illum literis exaratis, ut de objectis criminibus præsens se purgaret, denuò Concilii nomine monuit: veruntamen is, acceptis his literis laconicè satis respondit: Johannes Episcopus servus Servorum DEI, omnibus Episcopis: *Nos audivimus, quod vos vultis alium Papam facere: Si hoc facitis, excommunico vos de DEO omnipotenti, ut non habeatis licentiam ullum ordinare & missam Celebrare.* Qva tamen excommunicatione nihil moti Imperator & Episcopi, judicium subterfugientem Pontificatu pellunt, & *Leonem VIII.* in locum ejus substituunt: qvi statim, ut primùm Imperator Roma decedens bello se implicuit, rursus à Romanis ejectus est, Johanne revocato, qvippe qvi multis largitionibus precibusqve nobilium matronarum, qvæ ejus desiderium diutius ferre non poterant, apud Proceres Romanos pervicit. Reversus itaqve, Concilium suæ partis Epi-

An. Chr. 963.

Episcoporum convocat, in qvo Leonem Anathemati subjectum omni sacerdotali functione privat, tanta cum severitate, ut si sustinuerit sacerdotale munus imposterum obire, satisfactionis aut communionis omnis ei spes præclusa sit, usqve ad vicinum mortis periculum, qvo solo sacrum corpus & sangvinem Domini nostri JESU CHRISTI percipere possit: ut ipsa Concilii *Acta* habent, qvæ *Centuriatores* descripserunt *c. 9.* Ceterum Johannem vix digressum è Concilio, qvidam deprehensum in adulterio uxoris suæ necavit: Romani nihil veriti Imperatorem jam adventantem, inconsulto illo, Leonem à se ejectum prorsus negligunt, *Benedictum* eligunt: ut verò Otto ad urbem accessit, eamqve fame ad deditionem coëgit, Benedictus in Concilio, qvod eâ de re jubente Imperatore convenit, veniam supplex petiit & impetravit, si tamen, ut in exilio Hamburgi, solo Diaconatu contentus, viveret, ubi vitam clausisse, Cranzius refert in Metropoli. Porrò Leo resti- An. Chr. 964.

tutus in hoc Concilio, Ottoni jus Pontificis eligendi in solidum restituit, unà cum omni ditione, qvam Romanæ Ecclesiæ sive Longobardorum Reges, sive Pipinus, Carolusve concesserant. Utrumqve diploma *Crantzius* exhibet in *Saxonia sua* confer *dist. 63. cap. in Synodo.* Postqvam autem annum unum & menses 4. in Pontificatu transegisset, Ottone jam in Germaniam reverso, moritur Leo, eiqve surrogatus est, præsentibus ab Ottone Legatis, *Johannes* Episcopus pridem Narniensis: atqve is cùm videretur in Imperatorem propensior esse, conspiratione Romanorum mox captus est. Qvo audito tertium Otto in Italiam descendit cum exercitu, Romamqve nullo prohibente ingreditur, magnâ severitate adversus conspirationis socios usus, Pontificem autem Romani ante Imperatoris adventum jam liberaverant: ei Otto Romam terrasqve priùs, à Leone sibi redditas, restituit, inqve Germaniam revertitur. De Johanne verò hoc XIII. id singulare memorant, qvod

An. Chr. 965.

An. Chr. 966.

qvod primus campanam Lateranensis Ecclesiæ baptizavit, deqve suo nomine appellari jussit, unde his mos in omnes deinde occidentis Ecclesias propagatus est. Septimo Pontificatus anno mortuum *Domnus* excepit, qvi sedit menses duntaxat tres; nec diutius Otto superfuit: triginta qvatuor annis summam gloriam rebus egregiè gestis consecutus. Annus, qvi ei fatalis fuit, erat vulgaris æræ 973. Successit illi filius Otto II. *Luitprandus, Continuator Reginonis, aliiqve.* An. Chr. 973.

7. Qvem hîc & sæpè aliàs laudavimus, *Luitprandus* Ecclesiæ Ticinensis primò Diaconatu, deinde Episcopatu Cremonensi functus est, hoc ipso tempore, in qvo enarrando versamur. Obiit enim Legationem ad *Nicephorum* Imperat. Græcum, qvi *Romano* Constantini F. successit, nomine Ottonis Imp. filio suo Ottoni Theophaniam Nicephori filiam expetentis, sed malè illic exceptum se esse conqveritur: inciderunt enim interea temporis simultates propter Campaniæ dominium: fraudibusqve circumventi sunt Germani, qvi illuc venerant sponsam suscepturi, sed egregiè illas Otto ultus est. Neqve placuêre doli isti Constantinopolitanis, qvi acceptâ à Germanis in Apulia clade irritati, con-

tra

tra *Nicephorum* Phocam insurrexerunt, eoqve necato *Johannem Zimiscem* Imperatorem constituerunt, & Theophaniam bonâ fide in Germaniam ad sponsum miserunt, uti *Witichindus* testatur. Qvanqvam aliàs Nicephorus non pœnitendus esset Imperator, qvi adversum Saracenos egregiis victoriis potitus Cyprum, Antiochiam Syriæ, Mopsvestiam aliaqve iterum vindicavit.

Sed ad Luitprandum redeo, qvi *Historiarum libros sex* de rebus, suo tempore in Europa gestis, conscripsit, cujus ultimam partem à sexto capite libri sexti *Baronius*, & post illum *Bellarminus* ab alio qvodam adjectam esse, sine ulla idonea causâ, planè divinant. Res enim Romæ inter Ottonem & Pontifices gestas tàm apertè illic narrat, ut malint per alium id factum fuisse, cujus autoritatem liceat magis audacter in dubium revocare. *De Chronico*, inqviunt, *Reginonis Abbatis Prumiensis idem factum videmus, ut post annum 908. reliqva ab Anonymo qvodam sint adjecta ad annum usqve 967.* verum id Regino ipse monet. At non id facit Luitprandus. Addamus his *Witichindum* Monachum Corbejensem, qvi Ottonum temporibus *libros tres de rebus Saxonicis* conscripsit: & *Frodoardum Abbatem Rhemensem.* Chronici Rhemensis autorem decurrentis usqs ad annum 966. Hujus etiam seculi sunt, *Radulphus Flaviacensis* Monachus, qvi scripsit in Leviticum *libros* 20. & in S. Pauli epistolas *libros Commentariorum qvatuordecim.* Nec non *Marcus Eremita* Græcus, cujus qvæ extant Theologica opuscula in *Bibliotheca Patrum*, ita comparata sunt, ut de iis *Bellarminus* suspicetur, vel ab hæreticis nostri temporis esse conficta, vel valdè depravata. E qvo Bellarmini judicio apparet, inter testes veritatis referendum esse.

8. Dum is Germaniæ Italiæqve Ecclesiarum status est, non feliciores reliqvæ Occidentis partes fuerunt. Nam qvæ in Hispaniis sunt, præterqvam qvod contagione serpentis ubiqve superstitionis infectæ essent, cum Saracenis qvoqve conflictari cogebantur, sub Regibus Ramiro & Ordonio, cui & Sancio frater de regno controversiam fecit. In Galliis sub Ludovico Rege plurimùm turbatum est, cùm Hugonis & Eriberti Comitum potentia gravis Reipublicæ Ecclesiæqve esset: nam Episcopos non solùm in diversa studia distractos civiles discordiæ involvebant, sed & disciplinæ vis fiebat: sic factum est, ut Eriberti filius Hugo, Rhemensis Præsul contra canones fieret, cùm adhuc puer esset. In qva causa Svessione anno 941. Synodus congregata est, in qva Hugo, antea sede expulsus, iterum restituitur. Anno verò 948. in Conventu Ingelheimensi, de qvo suprà, denuò ejicitur, atqve etiam communione Ecclesiastica privatur. Qvinqvennio post Ludovicus Rex vitam finiit, Lothario regnum relinqvens, puero adhuc. Qvod ad Anglos spectat, turbarum nonnihil Transsubstantiationis illic dogma, qvod jam glisscre cœpit, peperit, qvibusdam è Clero Cantuariensi circà annum 950. in disputationem rem deducentibus, *utrum in Eucharistia prior panis & vini substantia maneat, & nihilominus simul ibi juxta verba Christi,*

verum

verum ejus corpus porrigatur; an verò recitatis verbis Domini, elementorum substantia prorsus evanescat, atq; transeat in corpus Domini, figurâ tantùm panis remanente? qvam posteriorem partem Otto Archi-Episcopus Cantuarienſis, cum Scripturarum testimoniis non posset, præstigiis miraculorum evincere conatus est. Anno verò 975. ob conjugium Sacerdotum, qvod plurimi in Anglia defendebant, Wintonienſis Synodus habetur, Merciorum Principe Elfredo, ejusqve conjuge Alfritha Sacerdotibus conjugatis favente; Monachis contrà acriter in eos invehentibus, Dunstano præsertim, qvi ex Monacho, Cantuarienſis Archi-Episcopus factus, Romæ à Johanne XII. monstro illo hominum, pallium accepit, atqve sævum diploma contra legitima Presbyterorum conjugia in Angliam secum attulit, qvo solo, magicisqve miraculis (magiam enim edoctus erat) adversus Sacerdotes verbo Dei se tuentes, pervicit, sanctitatis qvoqve inter Pontificios laudem obtinuit. Ex *Wilhelmo Mamelsburienſi*, *Ambros. Morale*, & *Frodoardo*.

9. Qvæ verò gentes nuper demùm imbui Christianâ religione cœperunt, utpote *Normanni*, qvantum eorum Galliæ solùm insedit, hoc seculi Christi fidem publicè susceperunt, Rollone duce eorum, à Carolo Simplici Rege, ut hoc faceret, persvaso. At verò in Dania Rex Har-

Hartvvigius Gorm, acrem adversus Christianos persecutionem suscitavit, conatus omnes Christianismi Professores è regno suo extirpare. Haraldus autem Rex, ab Ottone M. victus, non diù pòst in toto Danico regno ritus Christianos suscepit, Ottonis autoritate ad hoc permotus. Addunt tamen *Witichindus lib. 2.* & *Ditmarus in Chron.* miraculo ferri candentis, à Christiano qvodam Sacerdote nudis manibus sine læsione gestati, religioni apud Danos fidem factam esse. De *Polonis* suprà meminimus, qvòd à Cyrillo Methodii socio sacra Christiana didicerint: sed messis ejus copiosæ, qvæ hâc ætate demùm secuta est, illæ qvædam duntaxat primitiæ erant. Anno enim Christi 965. Miecislaus Poloniæ Rex, ut refert *Ditmarus l. 4.* à Mercatoribus primùm persvasus, repudiato gentilismo, baptizatur institutqve Episcopatus Gnesnensem & Cracovienſem: ejusqve jussu omnia gentilium Idola confracta, èqve templis ejecta sunt. Qvin & *Turcæ* qvendam lucis fulgorem ex Christianismo acceperunt, qvamvis tunc temporis tenebræ ubiq; gentium prævalerent. Scribit enim Curopalates, Ducem qvendam illorum Gylam, Constantino Leonis filio adhuc imperante Constantinopoli baptizatum esse, qvi maximis affectus muneribus inde discesserit, ac secum duxerit Hierotheum Monachum, ut Turciæ Episcopus esset,

à qvo

à qvo Barbarorum plures ad fidem conversi sint.

Inter *Bulgaros* per hoc tempus *Theophylactum* floruisse, *Calvisius* putat, qvem seqventi seculo vixisse demonstrat *Baronius*, ex ipsius Epistolis. Fortè in eo error est, qvòd circa hæc tempora alius qvidam *Theophylactus* Romani Constantinopolitani Imperatoris filius, Patriarchatum illum regeret: & noster ille similiter sub Romano Diogene Imperatore, Bulgarorum Archiepiscopus esset. Scripsit *Commentaria in Prophetas Oseam, Jonam, Nahum & Abacuc*: item *in qvatuor Evangelistas* & *omnes Epistolas Pauli*, in qvibus abbreviatorem Chrysostomi agit, & processionem Spiritus S. à Filio negat.

10. Post mortem Ottonis M. filium ejus Ottonem Imperium adeptum esse, supra diximus, brevi qvidem annorum curriculo, in qvo tamen res satis magnas gessit: Heraldum Daniæ Regem & Miecislaum Poloniæ Principem subjugavit, Henricum Bavarum patruelem suum rebellem in ordinem redegit: Lotharium Galliæ Regem, Lotharingiam invadentem, expulit. Contra Græcos, post Johannis Zimiscæ mortem, [qvem Damasci in medio victoriarum cursu venenata potio extinxit, succedentibus Romani Junioris filiis, Basilio & Constantino Apuliam recuperare conatos, cum exci-

citu profectus, primùm qvidem proditione Beneventanorum victus captusqve, beneficio Græcæ lingvæ, qvam callebat, cùm ipse non agnosceretur, se redemit: postcà Saracenos, qvi Græcorum auxiliares erant, ita cecîdit, ut cognomen inde traxerit, qvo *pallida mors Saracenorum*, nuncupatus est: venenatâ eo in bello sagitta tactus, brevi pòst tempore in Italia decessit, relinqvens imperium Ottoni III. filio suo decenni, qvi, propter sapientiam ætatem supergressam, *mirabilia mundi* consvevit appellari. Accidit Ottonis mors anno post nongentesimum octogesimo tertio. Dum is imperavit, Romanam interim sedem tenuerunt post Domnum, *Benedictus VI.* qvem *Bonifacius*, cognomento Franco, strangulavit, seqve ipsum intrusit, sed cùm Romanos sibi adversantes haberet, Constantinopolim fuga elapsus est, expilatis priùs Ecclesiæ thesauris, An. Chr. 975. Sufficitur igitur in ejus locum *Benedictus VII.* & præest huic muneri decem annis, ad mortem usqve Ottonis. Qvi verò ei successit *Petrus*, An. Chr. 983.

Papiensis pridem Episcopus, singulari tactus religione, nomen, qvod cum Principe Apostolorum commune habere nolebat, mutavit, & *Johannes* dici voluit. Bonifacius interim, auditâ Imperatoris morte, redit, & thesauris multorum Romæ animos sibi conciliat, Johanne potitur, cumqve in carcere fame enecat: Ipse tamen brevi post mortem obit, cumqve omnibus invisus esset, à plebe per vicos tractus, lanceis confossus, & vix tandem plebejo funere tumulatus
An. Chr. 985. est, anno octogesimo qvinto. Tunc alius & ipse *Johannes XV.* eligitur, qvem Crescentius, qvi Adriani molè occupatâ Consulatum assumserat, Româ fugere coëgit in Thusciam, unde missis ad Ottonem III. nunciis in Italiam ipsum evocavit. Qva de re territus Crescentius, Pontificem revocat, eiqve pedes osculatur. Eodem verò mortuo, cum jam in Italia Otto esset, Romam ab eo mittitur unà cum Legatis *Brunone* Sveviæ Ducis filius, Ottonis M. ex filia pronepos, qvi Pontifex constituatur, qvod & factum, assumsitqve ille no-
men

men *Gregorii V.* Eum verò Crescentius, vix reverso in Germaniam Imperatore, urbe ejecit, aliumqve *Johannem XVI.* constituit. At ille de re certior factus, qvodqve Crescentius eò jam audaciæ progressus esset, ut pro Imperatore se ferret, properè cum exercitu revertitur, Româqve occupata istum, qvi in molem Adriani cum suo se Pontifice incluserat, in potestatem redigit, postqve multas contumelias utrumqve occidit. Gregorius sedi restitutus Ottonem coronat: qvo tempore è consilio Pontificis, cùm ipse hæredes non haberet, constitutionem fecisse creditur, ut penes solos Germaniæ Principes eligendi Imperatoris jus esset, qvi posteà à Pontifice consecraretur: nondum tamen Septemvirorum Collegium, qvale nunc est, instituit, qvanqvam id vulgo credatur. Triennio post, id est, anno 999. Gregorius obit, & Gerbertus Ravennas Episcopus, assumto Sylvestri nomine, consensu Imperatoris Papa eligitur. Otto in Germaniam revertitur, inde Poloniam adit, Principemq; Polonorum Boleslaum regio

An. Chr. 996.

An. Chr. 999.

honore auget. Mox iterum in Italiam profectus, Romæ magnum periculum adit, cum exercitu ipsius trucidato, ipse in Capitolio obsessus, vix iterum Hugonis, Hetruriæ præfecti opera se explicuit: eodem tamen anno, qvi est à nato Christo 1002. Chirothecis veneno infectis, extingvitur. *Ditmarus, Lambertus Schafnab. Leo Ostiensis, Curopalates, &c.*

11. Nec desunt huic ætati etiam *Sancti* sui. De Dunstano Cantuariensi suprà diximus, cui tempore meritisqve par habitus est Osvvaldus Eboracensis Episcopus, & in Germania Adalbertus Pragensis & Wolfgangus Ratisponensis, Præsules, unà cum Udalrico Augustano suprà à nobis laudato: qvi omnes in Sanctorum catalogum à Pontificibus sunt relati. Addendus his est Nilus Monachus Calaber, Divinus. Saracenorum enim in Italiam adventum prævidit, sicut Dunstanus Danorum in Britanniam: de qvibus vaticiniis, aut, si qvæ sunt, miraculis, liceat nobis id pronunciare, qvod de paribus & similibus *Baronius* cum *Spondano* suo solet, Diaboli ope fuisse facta, qvoties ab iis profectæ leguntur, qvi Romanam fidem non seqvebantur: tan-

tantòqve id liberiùs, qvantò de his certiùs constat, dogmata sacris literis contraria per hæc fuisse stabilita : ut vidimus de Dunstano, cælibatum Sacerdotum talibus evincente. Qvod Adelbertum alioqvin attinet, non ille fraudandus est gloria, conversæ à se gentis Hungarorum, ad qvam ab Ottone II. ex Italia Apostolus Evangelii missus est. Ei Rex Geisa locum liberum primus concessit : qvamvis antea qvoqve Caroli M. temporibus præcones fidei ad Hungaros missi, sed non publicè admissi sint. Stephanus deinde Geisæ successor magis promovit. In *Dania* verò Heraldum Otto filius Idolorum studiosus, odio Christianæ religionis occidit, regno tamen à popularibus expulsus est : *Olaus* contrà Norvvegiæ Rex in Anglia baptizatus, in omnibus sui regni provinciis Christiana sacra instituit. Ad *Borussos* autem cùm ex Hungaria redux Adelbertus abiisset, ob præconium Christianæ fidei, ab illis interficitur. In *Gallia* Lotharius Rex Anno CHRISTI 986. vitam finiit, paucisqve post illum mensibus filius qvoqve Ludovicus, postremus Carolinæ stirpis : qvanqvam enim supereset frater Lotharii Carolus, qvi Lotharingiam tenebat, electus tamen est à Gallorum Proceribus *Hugo* Dux Parisiorum, cognomento *Capetus*, Hugonis Magni filius, qvod Carolus Germanis addi-

ctior videbatur: qvi tamen nihilominùs in sua Lotharingia pro Rege Francorum se ferebat.

Erat præterea Lotharii filius nothus *Arnulphus*, qvem Hugo Rex Archi-Episcopum Rhemensem constitui fecit, ut suis partibus favent iorem retineret. Accidit autem, ut Carolus per proditionem Rhemensi civitate potiretur, suspicioqve esset, nepotis sui Arnulphi opera in ea re fuisse usum: qvare Hugo Rex Arnulpho irascens *Synodum* adversus illum coegit *Rhemis*, (Carolum enim bello captum jam in carcere detinebat) in qva Arnulphum deponi curavit. Ad qvam depositionem, cùm à qvibusdam expeteretur Johannis XV. Romani Pontificis judicium, responsum est ab Episcopis, Romæ jam nullum ferè esse, qvi literas didicerit, & in urbe omnia venalia esse: extantqve ejus *Concilii Acta apud Cent. Magdeb. Cent.* 10. *c.* 9. & seorsim *Francofurti edita Anno* 1600. Pontifice deinde contradicente, *Mosomense* habitum est *Concilium*, in qvo Arnulphus restitutus, Gerbertus verò, qvi pro eo intrusus fuerat, rursum dejectus est. Qvod hic ægrè ferens, pluribus Scriptis contra Sedem Romanam acriter est invectus, Pontificis excommunicationem nullig momenti habendam esse censens, in literis ad Seguinum Archi-Episcopum Senonensem & Wilderodum Episcopum Argentoratensem. Is est Gerbertus, qvi deinde Ravennæ, Romæ denique, *Sylvestri* nomine, ut jam innuimus, Ecclesiæ præfuit. Fuisse Episcopatg jam tunc eo loco, ut Regum & Magnatum filii illos ambirent, ex eo, qvod supra de Hugone Heriberti Comitis filio, & nunc de Arnulpho memoravimus, luculenter apparet: in Germania etiam paulò, ante Coloniensem Cathedram Bruno Ottonis M. frater, Moguntinam, ejusdem Ottonis filius Wilhelmus tenuerat. Sub finem tamen hujus seculi, cujus enarratione modo defuncti sumus, Wiligisus Rhedarii filius, Moguntiæ Episcopatum tenuit, qvod pro miraculo habitum est, qvoniam

niam inferioris conditionis homines raro jam ad tales honores aditum inveniebant. *Matth. Vvestmon. Bonfinius de rebus Hungar. Adam in Chron. Rudulphus Claber, Odoramnus, Salisq;.*

CAPIT. IV.

SECTIO III.

De rebus Seculi undecimi.

SUMMARIA:

Pontificum successio, n. 1. *Henrici II. Imp. & Pontificum res*, n. 2. *Synodus Moguntina, Græca, Gallica, Britannica*, n. 3. *Judæorum oppressio. Normannica, Russica*, n. 4. *Conradus II. Henricus III. Imperatores. Pontificum Schismata*, n. 5. *Leo IX. Pontifex ab Imper. constitutus. Hæresis Berengarii*, n. 6. *Mors & Scripta Leonis Papæ; alii Scriptores*, n. 7. *Victor Pontifex & Successores, Henrici III. mors*, n. 8. *Græca, Normannica*, n. 9. *Pontificum res*, n. 10. *Labes Ecclesiastica*, n. 11. *Græca. Scriptores Græci, Angli, Germani*, n. 12. *Galli, Itali, Hispani*, n. 13. *Gregorii septimi Pontificatus*, n. 14. *Motus Germaniæ ob investituras Clericorum, & ob decimas. Imperat. & Papæ certamina*, n. 15. *Pontificis Acta*

cum Polonis, Gallis, Hispanis, n. 16. *Victor III. Urbanus II. P. P.* n. 17. *Expeditio Christianorum in Asiam. Res Graeca. Godefredi Bulionei regnum in Palaestina*, n. 18.

I.

MIllesimus à nato Christo annus magnum finit seculum, qvod qvidem denotari *Apocal. 20.* eoqve finito, Satanam suis vinculis solutum esse judicant : qvorum ut seqvamur judicium, vix permittit historia temporum præteritorum, qvæ abunde testis est, adversarium illum regni CHRISTI, neqve seductionibus hæreticorum, neqve tenebris superstitionum cessâsse qvicqvam: sed eò rem adduxisse potius, ut ubi in terris regnum Christi esset, vix tum roganti potuerit liqvidò demonstrari. Signat novi millenarii initium & prioris finem *Sylvester II.* Papa, nobili Pontificatu interjecto, ad qvem ope Dæmonis adscendisse, &, ex pacto cum eodem, subita morte dejectus esse, memoratur à *Bennone* Archi-Presbytero Cardinali in vita Gregor. VII. cum in Hierusalem, qvæ Romæ est, ædicula in templo S. crucis sacrificaret. Fa-

Fabulis rem annumerat *Spondanus*, aliiqve Pontificiorum, elevata Bennonis, tanqvam Schismatici, autoritate, qvi 80. post annis scribens, audiri non debeat, cum *Ditmarus*, *Glaber*, *Schafnaburgensis*, *Hermannus Contractus*, & *Marianus Scotus* propiores ætate eâ de re tacuerint: differi tamen neqvit, apud *Sigebertum* aliosqve recentiores Bennonis testimonium pluris valuisse, qvàm istorum silentium, qvi, etsi ætate paulò essent propinqviores, loco tamen dissiti multa nescire cogebantur, qvæ extra Romam vix paucis innotescebant. Laborâsse alioqvi Magiæ suspicione apud omnes in confesso est, qvamvis aliqvi mitiore vocabulo Astrologiæ, vetitas artes excusare in illo conentur.

Successor ei fuit *Johannes XVII.* qvi electus die Jun. 7. obiit die 31. Octobr. anni 1003. & *Johannem XVIII. Successorem nactus est.*

Hic *Festum animarum* à Cluniacensi Abbate Odilone excogitatum qvotannis coli præcepit die 2. Novembris: unde agnoscas dogma purgatorii tum plenum publicè assensum invenisse. Adde Benedicti Papæ apparitionem factam Episcopo Capreæ apud *Spond. ann. 1024. num. 1.*

2. Morte Ottonis III. Imperatoris

Henricus II. Bavariæ Dux, abnepos Henrici Aucupis, Imperator à Germaniæ Principibus eligitur, contradicentibus licet Saxonum & Svevorum Ducibus unà cum
An. Chr. 1002. Colonienſi Epiſcopo: Italis qvoqve eligentibus ſibi Imperatorem qvendam *Ardvinum*. Veruntamen hos omnes ſingulari ſapientia pariter & virtute ſuperavit Henricus, occiditqve victum bello Ardvinum, in qvo graviter etiam periclitatus eſt. Cum enim ſecuriùs ageret Ticini, captus inſidiis Italorum, inqve curiam incluſus à militibus cuſtoditus eſt: ſalutem verò per feneſtram periculo ſe eripuit: at claudus totâ deinceps vitâ fuit. Pietatis ſtrenuus adeò cultor, ut *Sancti* cognomen inde traxerit, licet in ſuperſtitionem, ut tunc ſeculum erat, religioſitas illa deficeret.

Nam conjugem ſuam Kunegundam moriens gloriatus eſt virginem parentibus reddere, qvalem ab illis acceperat; & poſſeſſiones omnes terrasqve, qvas in Bavaria habebat, Eccleſiis donabat, defraudans hæreditate cognatos ſuos Bavariæ Duces, qvi, cum ægrè id ferrent, rebelles ipſi facti ſunt. Bambergenſem qvo-

qvoqve comitatum, comite absqve libris defuncto, redeuntem ad imperium, in Episcopatum mutavit, cujus confirmationem ea demùm lege à Pontifice, cùm ipse in Italia esset, impetravit, si qvotannis inde sedi Apostolicæ 100. argenti marcæ cum eqvo albo phalerato tributi loco penderentur.

Fuit tùm Pontifex *Benedictus VIII.* in *Sergii IV.* locum adscitus, qvi post *Johannem XVIII.* Sedem Romanam tenuerat, electus Anno Christi 1009. mortuus 1012.

Benedictum istum, à qvo etiam imperialem coronam accepit, Henricus, ut in Germaniam veniret, invitavit, templi Bambergensis consecrati causa, venientemqve submissa veneratione excepit. Nec minore sumtu templum Qvedlinburgi in Saxonia dedicavit. Polonos, Calabros, Appulos, Campanos, Lotharingos imperio ubi vindicâsset, Germaniæqve qvieti prospexisset, mortuus est anno 1024. *Sigebertus, Hermannus Contr.* An. Chr. 1024.

1. Sub Henrico Cæsare Ann. Chr. 1022. Aribo Episcopus Moguntinus *Salingstadii Synodum* provincialem celebravit, in qva inter multa alia de jejuniis qvibusdam in vigiliis festorum observandis, statutum qvoqve legitur, ne Presbyter post galli cantum æstivis noctibus po-

potans, seqventi die missam celebret; hieme autem id facere possit, si necessitas urgeat. In Oriente, ut *Curopalates* & *Cedrenus* testantur, Græcus Imperator *Basilius* longævus, & victoriis inclytus Bulgarorum gentem tandem prorsus debellatam sedibus suis expulit. Qvod *Spondanus* voto Imperatoris acceptum referendum putat, qvo is se obligaverat, si victoriam obtineret, monasticum se deinceps vitæ genus orturum, qvod & fecerit, nunqvam imposterum conjugio usus, & ciliciam semper vestem sub regio talari indutus. In Galliis verò post Hugonis mortem filius ejus *Robertus* regnavit, vir pius & doctus, qvi, cum Aureliis, mulieris cujusdam Italæ seductione nonnulli atheismum imbibissent, docentes, fabulas esse, qvæcunqi in sacris literis de Deo Trino & Uno dicerentur, mundumqve principio carere, necesse voluptatum flagitiis repositam vindictam, aut Christianorum pietati præmium; illicò Aureliam proveravit, inqve Synodo Episcoporum detectos ejus hæresis fautores cum recantare nollent, igni adjudicavit. Narrat hæc *Rudolphus Glaber l. 3. c. 8.* qvæ tamen dubitationem habere possunt, præsertim cum in *fragmentis historiæ Aqvitanicæ in appendice ad Glabrum* paulò aliter dogmata enumerentur, dicanturqve negâsse signum crucis, honorem Sanctorum, legitima conjugia, Baptismum, Ecclesiam, fortè qvod as-

su-

sumenta Pontificia & abusus circa hæc castigare conati sunt: jam enim eò res adducta erat discriminis, si qvis Romanæ ritus Ecclesiæ impugnâsset, ut is pessimorum qvorumqve dogmatum reus publicè proclamaretur.

In *Anglia* vaticinium Dunstani hoc tempore complementum suum nactum est, cùm *Sveno* Danorum Rex, occupatâ Insulâ & Rege Ethelredo capto, domicilium ibi suum fixit, ubi & successor ejus Canutus regiam habuit; sed *Olaum* Norvvegiæ Rex, Dania interim occupata, ad has partes illum revocavit. Adveniens igitur Canutus è Britannia cum exercitu, Norvvegiæ pariter, Daniæqve regno Olaum expulit, tripliciqve sceptro poritus est. Plures tunc Ecclesias vastatas esse *Dithmarus* conqveritur, qvi eodem illo tempore scribendi vivendiqve finem fecit.

4. *Peregrinationibus ad loca sancta*, Hierosolyma imprimis atqve in Palæstinam, hâc tempestate plurimum tributum est, ingentesqve thesauri eleemosynarum titulo ex Occidente toto, illuc sunt comportati: qvæ res occasionem dedit sermonibus de vindicanda terra sancta è Saracenorum potestate: qvod sub finem seculi opere ipso præstitum est. Tales sermones in Gallia fortè jactatos, Judæi Scriptis ex Aurelianensi urbe literis ad Saracenorum Principem, qvi Ægypto præerat, detulisse accusati sunt. Certè Azizius (id Regi Ægyptio nomen erat) Hierosolyma veniens templum, qvod Carolo M. Saracenorum Rex Aaron concesserat, liberumqve fecerat, unà cum ceteris sanctis locis fundi-

ditus devastavit. Tum communi Christianorum consensu persecutio in Judæos decreta est, qva in exilium non solùm ejecti, sed diversis qvoqve suppliciis affecti sunt: ab Episcopis qvoqve, Christianis eorum consortio omnibus interdictum est, nisi si qvis Baptismum susciperent: qvod qvidem, servientes tempori, in speciem fecerunt. Templum tamen paulò pòst restitutum esse beneficio Principis Persarum. Ammirati, cujus mater Christiana fuerit, *Glaber*, qvi & reliqva habet, testatur.

Meminerunt hujus rei etiam Græci, *Cedrenus* & *Curopalates*. Meminit & *Gvilielmus Tyrius de bello sacr.* qvanqvam de tempore à reliqvis distat. Et hac peregrinationis Hierosolymitanæ occasione Normannis qvoqve in Italiam aditus patefactus est. Reducesenim qvidam ejus gentis fortè per Apuliam domum properabant, cumq; obsessam Salernum à Saracenis reperissent, zelo qvodam accensi, arma eqvosqve à Civitatis Principe popoſcerunt, invectiqve in Saracenos, magna virtute eos ab urbe repulerunt. Unde gentis ejus ad pellendos Saracenos auxilia ab Italis implorare cœperunt. Venerunt autem primùm vocati anno 1018. ut habet *Leo Ostiensis*.

Præterea in *Russiam* qvoqve nova lux per hos annos illata est, cùm Ulodomirus Russorum Princeps è Græcia duxisset uxorem Helenam Ottoni III. promissam, sed fraude Græcorum iterum subtractam. Ejus hortatu in Russia Christianam fidem longius propagatam esse, *Ditmarus l. 7.* testis est. Cùm verò Ulodomiro tres essent filii, ex his unus Boleslai Po-

lo-

lonorum Regis filiam uxorem accepit, cum qva missus est à Polonis Reinbernus Salsæ Cholbergiensis Episcopus, qvi fana Idolorum destruens, mare qvoqve Dæmonibus cultum, immissis qvatuor lapidibus Chrismate perunctis & aqvâ benedictâ purgavit, damnabili utiqve superstitione. Neq; enim Christiana hæc Sacramenta dici possunt, qvæ Christi neqve instituto, neqve promissione fulciuntur. Ceterum Reinbernum carceri Russorum Rex inclusit, (fortè qvod Romano Pontifici gentem mancipare conaretur, cùm illi Græca sacra magis arriderent) in qvo mortuus est. *Ditmarus l. c.* Paulò antè etiam Sorabis in Misnia habitantibus Wilibertus Mersburgensis Episcopus fidem persvasit.

5. Cùm annus numeraretur à nato Salvatore 1024. Henricus Cæsar, *uti prædiximus*, fatis concessit, qvo eodem etiam *Benedictus* Papa vitam clausit. Ille inter sanctos relatus est, unà cum conjuge, ferunturqve ambo miraculis post mortem claruisse, ut narrat *Sigebertus* de Viris Illustribus, c. 139. Successor ei Conradus II. fuit ex Wormatiæ Ducibus oriundus. Benedicto verò frater Germanus *Johannes XIX.* surrogatus est, uterqve enim Gregorii

An. Chr. 1024.

Co-

Comitis Tusculani erat filius. Quo nomine eum *Spondanus anno 1024. num. 3.* Simoniacæ intrusionis reum agit, Simoniæqve & illud crimen imputat, qvod munera à Græcis acceperit, qvibus suum vendidit consensum ad hoc, ut posset Constantinopolitanus Patriarcha *œcumenici titulum* usurpare. Ab eo qvoqve *Conradus* Imperator coronam accepit, qvi, postqvam filium *Henricum* in Regem Romanorum inungi fecisset, filiam Canuti Angliæ, Daniæqve Regis, ei in matrimonium collocâsset, Hungaros Polonosqve compescuisset, Burgundiæ regnum [qvod intrà 144. annos decem Reges habuerat, qvorumqve stemma cum Rodolpho defecit] Imperio Germanico vindicâsset, diem supremum obiit anno
An. Chr. 1039. 1039.

Qvo eodem Canutus qvoqve fatis concessit, in cujus thronum cùm succedere conaretur Sveno, interim Olaus Norvvegiæ Rex Daniam occupavit: ad Daniam igitur Sveno properat. Qvo viso Angli, Danica præsidia oppidis ejiciunt, sibiqve Regem *Eduardum* constituunt, virum justitiæ laude clarum, inqve Sanctorum ca-

catalogum relatum; qvoniam perpetuam virginitatem in conjugio servavit.

In *Conradi* verò locum, Papa *Benedictus IX.* qvi Johannem exceperat. An. Chr. 1033. Petrum Hungariæ Regem sufficere conatus est, at frustrâ. Erat Benedictus ille, pridem *Theophylactus* appellatus, Magus insignis, qvam artem à Sylvestro II. didicerat, rudis alioqvi literarum, adeò ut Collegam, qvi suo loco sacra celebraret, poposcerit: mulieres autem, qvascunqve appetebat, suis incantationibus in turpes trahere poterat amores, qvibus rebus, cùm Romanorum odia contraxisset, illi Johannem qvendam Episcopum Sabinensem, qvi se Sylvestrum nominabat, eligunt: cum verò Benedictus rursum deturbat agrestium collecta manu, & socium in Pontificatu *Johannem Gratianum*, qvi *Gregorius VI.* posteà vocatus est, assumit. Cui deinde prò 1500. libris Turonensibus Pontificatum vendidit. Atqve hâc ratione tres simul Pontifices fuêre, qvorum qvilibet certam Romæ sedem occupavit. Igitur *Henricus III.* Imperator Romam cum

An. Chr. 1045. exercitu veniens, Sylvestrum quidem ad Episcopatum suum remisit, Gregorium in Germaniam exulatum abire jussit, & Benedictus paulò antè in sylvas profugerat, ubi incestis amoribus vacabat: Svidgerus verò Bambergensis Episcopus, ab Henrico Papa esse jussus est, sumens sibi nomen *Clementis II.* Acta hæc sunt Sutrii in *Concilio* Episcoporum.

A Bennone, Glabro, Ottone Frisinga, Leone Ostiensi, Hermanno Contracto, Polydoro, aliisque. Quos verò *Spondanus* colores adhibeat, ut hæc talia pingat fingatque, detestandam Henrico præsumtionem imputans, fateri tamen coactus, ab ejus Seculi Scriptoribus id laudi potiùs ipsi tributum esse, videas licet *anno 1044. & 1046. n. 1. & 2.*

6. Clementem ubi Imperator in Sedem Romanam extulisset, vicissim ab ipso coronam imperialem recepit. Quo tempore Romani juramento se Imperatori obstrinxerunt, nullum se deinceps Pontificem vel electuros, vel consecraturos, nisi quem ipse dedisset, abeunte tamen Imperatore nihilominùs Clemens nono Pontificatus sui mense veneno extin-

tinctus est : & *Benno* qvidem Gerhardum Brazutum, Theophylacti & Hildebrandi amicum, ejus necis reum egit. Nec mitiùs actum cum successore ejus *Damaso*, qvem idem Brazutus veneficiis interemit 23. die sui Pontificatus. Romam tunc rediit ab exilio Theophylactus ille seu Benedictus, ad pristinam adspirans dignitatem: Consilio itaqve Cardinalium, Legati à Romanis ad Imperatorem missi sunt, qvi rogarent, ut Pontificem alium ipse mitteret. Misitqve is *Brunonem* Comitem Dagsburgensem, Tullensem Episcopum, qvi, ut in Italiam venit, obvios habuit Hildebrandum Monachum cum Cluniacensi Abbate, à qvibus persvaderi sibi passus est, ut exuto Pontificali habitu, à Romano Clero eligi mallet, qvàm electione imperatoria niti. Receptus autem Romæ, *Leonis XI.* suscepit appellationem, vir alioqvi non malus, & erga pauperes misericors. An. Chr. 1049.

Ejus cum Imperatore pactione, Bambergensis Urbs atqve Episcopatus, tributo, qvod Romanæ Sedi pendebat, liberata est, cùm Beneventanus Ducatus in vicem ejus Ecclesiæ Ro-

manæ esset emancipatus, & paulò antè Poloniæ qvoq; regnum eidem tributarium factum erat. Aliter enim petentibus Polonis ut Casimirus à Monachatu ad regnum capessendum redire posset, concedere Benedictus, qvi tùm adhuc sedebat, noluit.

Qvod verò Leonis Acta attinet, plures ille *Synodos* habuisse legitur: *Moguntinam*, in qva adversus Simoniam, Sacerdotum conjugia Clericorum venaticos canes, lucra turpia, &c. Canones sanciti sunt: *Romanam*, qva Berengarii hæresis primùm patefacta damnataqve est, ipso absente: *Rhemensem*, ubi Galliæ paci consuli debebat, qvam mortuo Roberto Rege *Balduinus* Flandriæ Comes, & *Godefridus* Lotharingus, turbaverant: *Vercellensem*, ad qvam Berengarius citatus ipse non venit, sed duos Clericos misit, ut causam suam agerent. Qvi tamen ipsi causa ceciderunt; iterumqve Berengarii sententia & Johannis Scoti liber de Eucharistia, damnantur.

Fuit Berengarius Andegavensis Ecclesiæ Diaconus, qvi inter amicos dogma, qvod passim jam obtinebat, de panis viniqve substantia in Eucharistia pereunte, ipsq; substantiam corporis & sangvinis Christi transeunte, convellere solitus, literas ea de re ad *Lanfrancum*, postea Episcopum Cantuariensem misit, qvæ aliqvo casu in Gallia patefactæ atqve interceptæ Romam perlatæ sunt. Contingit Berengario id, qvod pluribus aliis, ut inter duos errores mediâ veritatem assequi haud posset. Dum enim symbolorum substantiam in corpus & sangvinem Chri-

Christi transire inficiatur, ipsam simul præsentiam corporis & sangvinis Christi impugnare aggressus est. Scriptis ei se opposuerunt plurimi, imprimis ipse *Lanfrancus, tractatu de Eucharistia*, qvem jubente Pontifice, ut hoc pacto ab hæresis ejusdem suspicione se purgaret, conscripsit. Post mortem Leonis, *Turoni* qvoqve in Gallia, adversus eundem, à Victore Pontifice Episcoporum conventus actus est: in qvo Berengarius præsens jussus ut sententiam suam argumentis publicè defendere: verùm cum in eam aream descendere vereretur, pronunciavit, se communem Ecclesiæ doctrinam de hac parte amplecti, nec velle contendere, qvà ratione impetus aliorum fregit elusitqve: neqve seciùs deinde suum domi errorem propagavit. *Nicolaus* igitur Papa, ut hæresin latius indies serpentem extirparet, *Romæ* 113. *Episcoporum Concilium* celebrat anno 1059. in qvo Berengarius ad revocandum errorem adactus est, extatqve formula illi præscripta in *Decretis de consecrat. Dist.* 2. Et licet suis ipse manibus libellum suum tunc igni traderet, nihilominus tamen, ubi domum rediisset, ad ingenium qvoqve suum rediit. *Lanfrancus, Benno, Sigebertus, Adam, Brem. Cromerus, &c.*

Sed ad Leonem qvod attinet, mortuus illeest eodem fato, qvô duo priores. Brazutus enim in Hildebrandi gratiam, ut is tantò citiùs Pontificatu potiretur, venenum & ipsi miscuit, vix reverso è captivitate Nordmannica. An. Chr. 1054.

Cùm enim Normanni in Apuliam auxilia adversus Græcos laturi primò venissent, paulatim qvas occupaverant terras, belli jure sibi retinere cœperunt, in qvibus, cùm aliqvæ ad se-

dem Apostolicam pertinuissent, svasu Theophylacti Leo repetere eas armis à Normannis conatus est. Sed idem, qvi bellum svasit, omnia Leonis consilia hostibus prodens, effecit, ut ab illis vivus caperetur. In captivitate victores excommunicavit, sed revocare anathema coactus est, liber esse cupiens. Hæc belli studia *Petrus Damiani* Scripta tunc ad Leonem acri epistola reprehendit. In qv- erroris accusatur à *Bellarm. de Script. Eccl.* licere Pontifici arbitrante, pro urbib- terrisqve suis armis decertare: nimirùm, ut fas est, Romanis Episcopis in populos imperium exercere, ita etiam alterum fas est.

Ceterum à *Leone* Scripta etiam qvædam supersunt nimirùm *Epistolæ* & *Homiliæ*. Inter Epistolas memoratur, imprimis *illa*, qvæ ad Michaelem Episcopum Constantinopolitanum scripta est contra Græcorum errores; & *altera* ad *Constantinum Monachum*, Imperatorem Græcum. Neqve omitti debent alii hujus ætatis Scriptores Ecclesiastici: *Fulbertus Carnotensis* Episcopus, à qvo supereſt *Epistola* ad Deodatum de Sacramento Eucharistiæ, *alisqve plures*; item *liber de officiorum Ecclesiasticorum Varietate*. *Rudolphus Glaber* Monachus Gallus, qvi *libros qvinqve historiarum* sui temporis: *Hermannus Contractus* Comes, Monachus Augiensis, qvi *Chronicon sex ætatum ad annum* 1052. conscripsit, perductum ad annum 1065. à *Bertoldo*. *Humbertus Candidus*, autor dialogi contra Græcos *de Azymo*; & alterius libri *pro jejunio Sabbathi, contra Micetam Pectoratum*, cujus *Epistola*, qvibo Humbertus respondet, extant apud *Canisium T. 6. antiq. Lect.* Hujus enim utrinsqve rei necessitas in Ecclesia Occidentis adversus Græcos jam pri-

pridem urgeri cœperat: *Adelbertus Episcopus Brixiensis*, cujus extat *Epistola de Veritate corporis Domini in Sacramento Eucharistiæ*: & de *Lanfranco* suprà meminimus. Ipse denique *Petrus Damiani*, Monachus Benedictinus & Cardinalis Ostiensis, quem Epistolas per multas exaravisse (in quibus acriter sæpè vitia, etiam Pontificum, reprehendit Liberium hæreticum Arrianum fuisse confessus) sermones item & carmina, ex ejus lucubrationibus, quæ in manibus sunt, abundè notum est.

Victor igitur pridem Episcopus Aichstadiensis & cognatus Imperatoris, successor Leoni datus est, *hujus nominis II.* cùm Hildebrandus Legatus à Romanis ad Imperatorem se designatum iri spectaret, & jam quasi pro Pontifice agens imperium Henrico IV. quem Pater Aquisgrani paulò antè coronari fecerat, confirmaret. Neque dubitavit idem Imperator, suo jure, vacuos in Italia Episcopatus distribuere, neque Ecclesiasticorum libertati præjudicare se credidit, si Episcopum Ratisbonensem cum aliis Bavariæ Proceribus sibi rebellem, carceri manciparet: quem tamen Victor Pontifex, Wormatiam ad Imperatorem veniens, intercessione suâ vinculis liberavit.

Dum in Germania Papa est, moritur Henricus, recensetque è *Chronico Cassinensis Monasterii*, *Spondanus ad annum 1059.* quô Henrici An. Chr. 1056.

mortem refert, (qvam Calvisius anno 1056. memorat) malos Dæmones accurrentes animam morientis popoſciſſe, qvorum tamen ex ungvibus interceſſione S. Laurentii, qvem impensè coluerit, ſit liberata; hoc tantum animæ periculum transſcribens uſurpatæ, ut loqvitur, licentiæ Epiſcopos nominandi. Licet & eidem hanc laudem tribuat, qvod ſe ipſum pœnitentiæ cauſa flagellare conſveverit. Qvi mos hoc ipſo tempore, ut è Petri Damiani Epiſtolis diſcimus, inter ceteras ſuperſtitiones, in Eccleſiam invectus eſt, hodièqve ſub generali diſciplinæ nomine, obtinet.

Reverſus in Italiam Victor, dum in via eſt, moritur Florentiæ, & *Stephanum IX.* è familia Lotharingica, Caſſinenſis cœnobii Monachum, ſucceſſorem habet, ſeptimeſtrem tantum: qvi tamen brevi illo tempore adeò importunum ſe præſtitit, ut Imperatorem puerum damnaret eo nomine, qvod autoritatem Romani Pontificis imminuiſſet: qvod in ſuam rem vertentes Saxones rebelles, alium Cæſarem creant Ottonem Marchionem, qvi tamen à Ducibus Brunſwicenſibus in prælio trucidatus eſt. *Schafnaburg. Benno.*

An. Chr. 1057.

9. Con-

9. Constantinopoli Basilius Imper. obiit An. Chr. 1024. successorem relinqvens fratrem Constantinum IX. hominem inutilem. Ejus filiam invitus duxit Romanus Argyrus, & Socero successit An. Chr. 1028. Sublatus ab adultero uxoris Michaele Paphlagone An. Chr. 1034. Post hunc in torum & regnum Zoë Imperatrix assumsit Michaëlem Casaphatem, An. 1042. sed exturbato mox suffecit Constantinum Monomachum sive X. qvi imperavit annos duodecim.

Cùm is anno 1055. satis concessisset, *Theodora* ejus uxor aliqvandiu sola imperavit: sed muliebre imperium non ferentibus Constantinopolitanis, *Michaëlem Stratiotam*, belli expertum Ducem, ipsa ad imperium vocavit, qvem *Isacius Comnenus*, Alexii Patriarchæ impulsu, militari vi & favore fretus coëgit, imperio se abdicare An. Chr. 1057. At verò ubi beneficia Antecessorum Ecclesiis & Monachis collata revocare instituit, nihil illis, nisi necessaria relinqvens, Patriarcham facti pœnitere cœpit.

Idcòqve minatus ei est, eadem se facultate, qvà regnum contulisset, iterum ereptum: qvo qvidem dicto exilium meruit. Isacium posteà monasticam vitam eligentem, *Constantinus Ducas* in imperio secutus

tus est anno 1059. In Italia verò Normanni, jam fixam sedem, pulsis iis, quibus auxilium ferre debebant, habebant. Et Robertus quidem Dux, expulsis Siciliâ Saracenis, insulam suæ fecit potestatis, eamque Rogerio fratri concessit. Quorum ut bellicam virtutem & potentiam Romani Pontifices animadverterunt, eos sibi obstringere modis omnibus conati sunt, ut nimirum eorum armis freti, excludere Italiâ Germanos Principes possent: quod eventus testatum fecit. *Nicolaus* igitur *Papa*, qui Stephano à Brazuto, ut *Penno* quidem tradit, sublato, successor datus est, Bagellardum Apuliæ, & Calabriæ Comitem vix puerum, comitatu per Robertum dejici passus est, eundemque Robertum sibi obstrinxit ad defensionem in quacunque necessitate, ut hujus deinde copiis Prænestinos Tusculanosque sibi subjugavit. *Palmerius, Nauclerus, Cedrenus, Zonaras.*

10. Tusculanorum *nimirùm* Comitum ope, post Stephani IX. mortem An. C. 1058. quidam alius, qui se *Benedictum X.* nuncupavit, evectus in sedem fuerat, quem

qvem ut deturbaret *Hildebrandus*, sponte, ut *Benno* tradit, ut verò *Platina*, jussu Cardinalium reliqvorum, in Germaniam ad Imperatorem proficiscitur. Cùm igitur Nicolaus II. ab eo designatus esset, *Sutrii* primum collectâ Synodo, Benedictum solio expulit, & Velitras exulatum misit. *Inde Tusculanis adversus Nicolaum inimicitia.* Ejus præterea constitutio est, qvâ Pontificis electionem fieri voluit à solis Cardinalibus, neqve pecunia: neqve gratia, neqve metu inductis, salvo eo, qvi Imperatori debetur in hoc negotio, honore: qvem tamen non diu salvum esse passi sunt. Successor enim Nicolai *Alexander II.* Concilio *Mantuæ* acto, potestatem eligendi Pontificis Imperatori prorsus abrogavit, consensitqve illi decreto. Anno Episcopus Moguntinus. An. Chr. 1061.

Cùm enim mortuo Nicolao, *Cadolaum* Episcopum Parmensem Imperator, *Anshelmum* Episcopum Lucensem Thusciæ Marchio Godefridus, annitente Hildebrando & Cardinalibus, elegissent, Imperatore neqve salutato neqve consulto, Cadolaus, qvi se *Honorium* nomina-

ve-

verat, collecto exercitu Romam obsidere cœpit; *Anshelmus* contrà, sive *Alexander*, vi vim repellere. At Honorius dolo Leoninam arcem occupavit, in qva tamen Romani eum obsessum ad conditiones eas adegerunt, quibus Pontificiam dignitatem dimitteret. Synodo etiam habitâ id comprobatum est, atqve sic factum, ut Imperatoris electio in irritum relaberetur. Qvod eidem accidit, cum Treviris Episcopum daret Præpositum Colonienſem; eum enim Theodoricus Comes illius loci de rupe præcipitatum interemit. *Schafnaburg. Nauclerus, Platina, Sigon. de regno Ital. &c.*

An. Chr. 1064. II. Qvantum medio tempore superstitio profecerit, ex eo agnosci potest, qvod anno 1064. religionis causa septena hominum millia cum Sigfrido Moguntino Episcopo in Palæstinam profecta, infausto tamen cum successu; nam & Arabibus qvicqvid auri & preciosarum vestium habebant, pro sua redemtione concesserunt, & vix 2000. in Germaniam reversi sunt. Qvodqve eodem propè tempore novus ordo *Monachorum Vallis umbrosæ*, cæruleo utentium vestimento in Italia cœpit. Ad superstitionem accessit fastus Ecclesiasti-

ſticus, cujus ſpecimen *Fuldenſis Abbas*, & *Hildeſienſis Epiſcopus* in Feſto Pentecoſtes Goslariæ præbuerunt anno 1063. de primo poſt Moguntinum Præſulem loco, præſente Cæſare, tàm atrociter diſceptantes, ut ex utriusqve partis ſatellitio plurimi ceciderint: adeòqve mirum non ſit, ſi his Eccleſiaſticorum moribus, gentes, pridem ad Chriſtum converſæ, reſilirent, qvod à Sclavis factum anno 1066. *Marianus Scotus*, *Schafnaburgenſis*, *alii*.

12. Poſt mortem Conſtantini Ducæ Conſtantinopolitani Imper. *Michael Ducas* imperii habenas regendas ſuſcepit, qvem *Romanus Diogenes* poſt aliqvot menſes abdicare ſe imperio coëgit, ductâ in uxorem Eudocia, Conſtantini viduâ, A. Chr. 1066. Qvo tempore Turcæ vi- An. Chr.
ribus in Aſia vehementer aucti, Syriam, aliaqve 1066.
multa loca ſibi ſubjecerunt, captusqve eſt Diogenes ab his, ſuorum proditione: qvem ubi Turcæ honorificè habitum Conſtantinopolim remiſerunt, à Senatu contra datam fidem trucidatus eſt, reſtituto in priſtinum locum *Michaele* An. Chr. 1071.

Hujus ſub imperio Patriarchatu functo, eſt *Johan-* An. Chr.
nes Xiphilinus, *Dionis Hiſtorici Epitomator*. Floruê- 1071.
re tùm in Græcia qvoq; *Georgius Cedrenus* Hiſtoricus, qui ſcripſit compendium Hiſtoriarum ab orbe condito usqve

usqve ad annum Domini 1057. Et *Johannes Curopalates*, qvi historiam orsus ab anno 811. eandem pertexuit ad annum 1081. Qvibus addunt qvidam *Oecumenium* & *Olympiodorum*; qvanqvàm hi in seculum nonum ab aliis referantur. Uterqve scripsit *Catenas* ex antiquis Patribus, *ille* in Acta Apostolorum & Epistolas Pauli; *hic* in Jobum unà cum Commentario in Ecclesiasten. Habuit tunc etiam Anglia Scriptores suos, qvamvis post mortem Eduardi, postremi à familia West-Saxonum Regis, inter Danos, Anglos, Normannos (qvorum Dux *Wilhelmus* Angliæ regnum tandem obtinuit) variè de imperio Insulæ decertatum esset, & bellis omnia arderent. Qvos inter præcipuo loco nominandus est *Anselmus*, postea *Archi-Episcopus Cantuariensis*, cujus opera Edincrus familiaris ejus, qvi & vitam ipsius conscripsit, consignavit, hoc ordine:

De veritate. De libero arbitrio. De casu Diaboli. Monologii librum. De Grammatica. Librum Prosologii. Librum contra insipientem, cui præmissus est alius pro insipiente. Librum de incarnatione Verbi. Item, *alium, cur Deus homo. De conceptu virginali. De peccato Originis. De meditatione redemtionis humanæ. De concordia præscientiæ, prædestinationis, & gratiæ Dei cum libero arbitrio. De processione Spiritûs sancti. De fermentato & Azymo. De diversitate Sacramentorum. Libellum meditationum.* Deniqve *Epistolas plures*, qvarum extant *duodecim*. Et qvanqvam qvædam etiam *Commentaria*, & *nonnulla alia opuscula*, eidem tribui consveverint, tamen qvia Edinerus eorum non meminit, haud immeritò ju-

judicantur, ad Anshelmum non pertinere. Fuit illi magna lis cum Wilhelmo II. Angliæ Rege de jure investituræ, qvod Rex sibi in suo regno vindicabat ad eum modum, qvo in Germania Henricus IV. Imperator id usurpabat: qvam ob causam Anshelmus ad Pontificem profectus est, qvo tempore is *Barensem Synodum* habuit, in qva ipse adversus Græcos disputavit. Anshelmo æqvalis erat *Ingulphus Abbas* in Anglia, à qvo est *historia monasteriorum Angliæ*, qvæ res gestas Regum Anglicorum sæpè attingit, incipiens ab anno 664. & desinens in annum 1067. E Scotia verò Monachi tùm in Germaniam adventantes, Ratisbonæ cœnobium construxerunt, magnamqve vitæ sanctitate famam consecuti sunt, qvos inter *Marianus Scotus*, Fuldensis postea, & tandem Moguntinus Monachus, qvi libros scripsit tres *Chronicorum* ab initio mundi, usqve ad annum 1083. Continuavit eandem historiam *Dodechinus Abbas S.* Dysibodi usqve ad annum Christi 1200. Germaniam præterea, qvantum seculi barbaries concessit, illustravit *Adam Bremensis* Canonicus, qvi vixit circa annum 1070. ut ex *Ecclesiastica ejus historia* colligitur, qvam distinxit in libros 4. enarrans, qvâ ratione à tempore Caroli M. usqve ad Henricum IV. religio Christiana in Septentrionalibus regnis sit propagata: addidit ad finem historiæ libellum *de situ*

Da-

Daniæ : Bertoldus Constantiensis Continuator Chronicorum Hermanni Contracti, addita, suo nomine, *Chronologia* ad annum Domini 1100. *Lambertus Schafnaburgensis*, cujus historia incipit ab Orbe condito, & pertingit ad annum 1077. sed continuavit qvidam *Monachus Erphordensis Anonymus* usq; ad annum 1472. *Bruno* Colonienſis, qvi ſcripſit *Commentaria in Psalmos & in Epistolas Paulinas.*

De qvo, apud *Surium in ejus vita*, legimus, qvod, cum Parisiis esset, territus mortui cujusdam subito clamore, qvo is justo Dei judicio se accusatum, convictum, damnatum pronunciabat, consilium ceperit relinqvendi, ut vocant, seculi, & cum qvibusdam paucis in sylvam pervenerit, Carthusiam dictam, ubi ordinem constituerit Monarchorum, qvibus primorum incunabulorum locus commune nomen fecit. His perpetuum silentium & carnisprivium ipse imposuit. Sed illam de Brunone traditionem, meram esse fabulam, peculiari libello ostendit *Johannes l' Aunois Theologus Gallus.*

13. In Gallia celebres fuêre, *Guitmundus* Episcopus Aversanus, cujus sunt 3. *libri de Eucharistia*, & *Confessio de S. Trinitate*, *Christi humanitate*, & *corporis Dominici veritate* : *Ado* Episcopus Trevirensis, cui Martyrologium, (qvod qvidam alii *Adonis Viennensis* esse contendunt) *Aloysius Lipomanus* attribuit. *Anshelmus Laudunensis, Glossæ interlinearis in SS. Bibliam auctor*, qvæ extat cum glossa ordinaria & Lyrano. Tribuuntur eidem *Commentaria in Cantica* & *Apocalypsin*, qvæ inter *Anshelmi Cantuariensis* ope-

opera reperiuntur. *Ivo Carnutensis* Episcopus, qvi concinnavit volumen *Decretorum*, & de corpore Domini librum, nec non *Sermones 21.* & *Epistolas plures.*

Pannomia verò, qvæ circumfertur, ideò ejus nomen præscriptum habet, qvia est qvasi compendium *Decretorum Ivonis*, ab alio qvodam recentiore conciñatum. *Ex Italia* suo finem hujus, in qvo describendo versamur, seculi, præter *Anshelmum Lucensem Episcopum*, nemo insignis Scriptor fuit, qvanqvam etiam ille in tali versatus est argumento, qvod non magnam laudem meretur: composuit enim *libros duos è Patrum sententiis, pro Gregorio VII. Decreto, & rebus gestis contra Henricum Imp. & Gusbertum Anti-Papam*, qvo scripto meruit, ut inter sanctos referretur, qvod etiam Cantuariensi Anshelmo contigit, cui idem zelus fuit. *Hispanorum* vix à Maurorum jugo paululum respirantium, nemo hoc seculo Scriptor laudatur. Alioqvi is rerum in Hispania status erat, ut Hildebrandus statim atqve in Pontificiam sedem adscendit, ad Proceros Hispanos scriberet: Cùm Saracenos ferè expulerint, ut Romanæ Ecclesiæ regnum restituerent, in feudum vicissim ab eadem recipiendum. Extatqve Epistola apud *Baronium*. Nec multò post Alphonsus Rex Toletanam qvoqve provinciam recuperavit, religionemqve Christianam instauravit, ut habet *Matthæus Paris.*

14. Pontificiam autem cathedram *Hildebrandus* calcare cœpit anno 1073. qvo Alexander fatis concessit, sumsitqve sibi nomen *Gregorii VII.* Inter primas ei curas fuit, ex Ecclesia eliminare Sacerdotes omnes, qvi ab Imperatore

An. Chr. 1073.

An. Chr. 1049. exercitu veniens, Sylvestrum qvidem ad Episcopatum suum remisit, Gregorium in Germaniam exulatum abire jussit, & Benedictus paulò antè in sylvas profugerat, ubi incestis amoribus vacabat: Svidgerus vero Bambergensis Episcopus, ab Henrico Papa esse jussus est, sumens sibi nomen *Clementis II.* Acta hæc sunt Sutrii in *Concilio* Episcoporum.

A Bennone, Glabro, Ottone Frisinga, Leone Ostiensi, Hermanno Contracto, Polydoro, aliisqve. Qvos verò *Spondanus* colores adhibeat, ut hæc talia pingat fingatqve, detestandam Henrico præsumtionem imputans, fateri tamen coactus, ab ejus Seculi Scriptoribus id laudi potiùs ipsi tributum esse, videas licet *anno 1044. & 1046. n. 1. & 2.*

6. Clementem ubi Imperator in Sedem Romanam extulisset, vicissim ab ipso coronam imperialem recepit. Qvo tempore Romani juramento se Imperatori obstrinxerunt, nullum se deinceps Pontificem vel electuros, vel consecraturos, nisi qvem ipse dedisset, abeunte tamen Imperatore nihilominùs Clemens nono Pontificatus sui mense veneno extin-

tinctus est : & *Benno* qvidem Gerhardum Brazutum, Theophylacti & Hildebrandi amicum, ejus necis reum egit. Nec mitiùs actum cum successore ejus *Damaso*, qvem idem Brazutus veneficiis interemit 23. die sui Pontificatus. Romam tunc rediit ab exilio Theophylactus ille seu Benedictus, ad pristinam adspirans dignitatem: Consilio itaqve Cardinalium, Legati à Romanis ad Imperatorem missi sunt, qvi rogarent, ut Pontificem alium ipse mitteret. Misitqve is *Brunonem* Comitem Dagsburgensem, Tullensem Episcopum, qvi, ut in Italiam venit, obvios habuit Hildebrandum Monachum cum Cluniacensi Abbate, à qvibus persvaderi sibi passus est, ut exuto Pontificali habitu, à Romano Clero eligi mallet, qvàm electione imperatoria niti. Receptus autem Romæ, *Leonis XI.* suscepit appellationem, vir alioqvi non malus, & erga pauperes misericors. An. Chr. 1049.

Ejus cum Imperatore pactione, Bambergensis Urbs atqve Episcopatus, tributo, qvod Romanæ Sedi pendebat, liberata est, cùm Beneventanus Ducatus in vicem ejus Ecclesiæ Ro-

manæ esset emancipatus, & paulò antè Poloniæ qvoq; regnum eidem tributarium factum erat. Aliter enim petentibus Polonis ut Casimirus â Monachatu ad regnum capessendum redire posset, concedere Benedictus, qvi tùm adhuc sedebat, noluit.

Qvod verò Leonis Acta attinet, plures ille *Synodos* habuisse legitur: *Moguntinam*, in qva adversus Simoniam, Sacerdotum conjugia Clericorum venaticos canes, lucra turpia, &c. Canones sanciti sunt: *Romanam*, qva Berengarii hæresis primùm patefacta damnataqve est, ipso absente: *Rhemensem*, ubi Galliæ paci consuli debebat, qvam mortuo Roberto Rege *Balduinus* Flandriæ Comes, & *Godefridus* Lotharingus, turbaverant: *Vercellensem*, ad qvam Berengarius citatus ipse non venit, sed duos Clericos misit, ut causam suam agerent. Qvi tamen ipsi causa ceciderunt; iterumqve Berengarii sententia & Johannis Scoti liber de Eucharistia, damnantur.

Fuit Berengarius Andegavensis Ecclesiæ Diaconus, qvi inter amicos dogma, qvod passim jam obtinebat, de panis viniqve substantia in Eucharistia pereunte, inq; substantiam corporis & sangvinis Christi transeunte, convellere solitus, literas ea de re ad *Lanfrancum*, postea Episcopum Cantuariensem misit, qvæ aliqvo casu in Gallia patefactæ atqve interceptæ Romam perlatæ sunt. Contingit Berengario id, qvod pluribus aliis, ut inter duos errores mediâ veritatem assequi haud posset. Dum enim symbolorum substantiam in corpus & sangvinem Chri-

Christi transire inficiatur, ipsam simul præsentiam corporis & sanguinis Christi impugnare aggressus est. Scriptis ei se opposuerunt plurimi, imprimis ipse *Lanfrancus, tractatu de Eucharistia*, qvem jubente Pontifice, ut hoc pacto ab hæresis ejusdem suspicione se purgaret, conscripsit. Post mortem Leonis, *Turoni* qvoqve in Gallia, adversus eundem, à Victore Pontifice Episcoporum conventus actus est: in qvo Berengarius præsens jussus ut sententiam suam argumentis publicè defendere: verùm eum in eam aream descendere verentem, pronunciavit, se communem Ecclesiæ doctrinam de hac parte amplecti, nec velle contendere, qvà ratione impetus aliorum fregit & sistqve: neqve seciùs deinde suum domi errorem propagavit. *Nicolaus* igitur Papa, ut hæresin latius indies serpentem extirparet, *Romæ* 113. *Episcoporum Concilium* celebrat anno 1059. in qvo Berengarius ad revocandum errorem adactus est, extatqve formula illi præscripta in *Decretis de consecrat. Dist.* 2. Et licet suis ipse manibus libellum suum tunc igni traderet, nihilominus tamen, ubi domum rediisset, ad ingenium qvoqve suum rediit. *Lanfrancus, Benno, Sigebertus, Adam, Brem. Cromerus*, &c.

Sed ad Leonem qvod attinet, mortuus ille est eodem fato, qvô duo priores. Brazutus enim in Hildebrandi gratiam, ut is tantò citiùs Pontificatu potiretur, venenum & ipsi miscuit, vix reversò è captivitate Nordmannica. An. Chr. 1054.

Cùm enim Normanni in Apuliam auxilia adversus Græcos laturi primò venissent, paulatim qvas occupaverant terras, belli jure sibi retinere cœperunt, in qvibus, cùm aliqvæ ad se-

dem Apostolicam pertinuissent, svasu Theophylacti Leo repetere eas armis à Normannis conatus est. Sed idem, qvi bellum svasit, omnia Leonis consilia hostibus prodens, effecit, ut ab illis vivus caperetur. In captivitate victores excommunicavit, sed revocare anathema coactus est, liber esse cupiens. Hæc belli studia. *Petrus Damiani* Scripta tunc ad Leonem acri *epistola* reprehendit. In qv. errore accusatur à *Bellarm. de Script. Eccl.* licere Pontifici arbitrante, pro urbibus terrisqve suis armis decertare: nimirùm, ut fas est, Romanis Episcopis in populos imperium exercere, ita etiam alterum fas est.

Ceterum à *Leone* Scripta etiam qvædam supersunt nimirùm *Epistola* & *Homilia*. Inter Epistolas memorantur, imprimis *illa*, qvæ ad Michaelem Episcopum Constantinopolitanum scripta est contra Græcorum errores; & *altera* ad *Constantinum Monachum*, Imperat. Græcum. Neqve omitti debent alii hujus ætatis Scriptores Ecclesiastici: *Fulbertus Carmetensis* Episcopus, à qvo supercst *Epistola* ad Deodatum de Sacramento Eucharistiæ, *alisqve plures*; item *liber de officiorum Ecclesiasticorum varietate*. *Rudolphus Glaber* Monachus Gallus, qvi *libros qvinq; historiarum* sui temporis: *Hermannus Contractus* Comes, Monachus Augiensis, qvi *Chronicon sex ætatum ad annum* 1052. conscripsit, perductum ad annum 1065. à *Bertoldo*. *Humbertus Cardinalis*, autor dialogi contra Græcos *de Azymo*; & alterius libri *pro jejunio Sabbathi*, *contra Micetam Pectoratum*, cujus *Epistola*, qvibq Humbertus respondet, extant apud *Canisium T. 6. antiq. Lect.* Hujus enim utriusq; ritus necessitas in Ecclesia Occidentis adversus Græcos jam pri-

pridem urgeri cœperat: *Adelbertus Episcopus Brixienſis*, cujus extat *Epiſtola de Veritate corporis Domini in Sacramento Euchariſtiæ*: & de *Lanfranco* ſuprà meminimus. Ipſe denique *Petrum Damiani*, Monachus Benedictinus & Cardinalis Oſtienſis, qvem Epiſtolas per multas exaraſſe (in qvibus acriter ſæpè vitia, etiam Pontificum, reprehendit Liberium hæreticum Arrianum fuiſſe confeſſus) ſermones item & carmina, ex ejus lucubrationibus, qvæ in manibus ſunt, abundè notum eſt.

Victor igitur pridem Epiſcopus Aichſtadienſis & cognatus Imperatoris, ſucceſſor Leoni datus eſt, *hujus nominis II.* cùm Hildebrandus Legatus à Romanis ad Imperatorem ſe deſignatum iri ſpectaret, & jam qvaſi pro Pontifice agens imperium Henrico IV. qvem Pater Aqvisgrani paulò antè coronari fecerat, confirmaret. Neqve dubitavit idem Imperator, ſuo jure, vacuos in Italia Epiſcopatus diſtribuere, neqve Eccleſiaſticorum libertati præjudicare ſe credidit, ſi Epiſcopum Ratisbonenſem cum aliis Bavariæ Proceribus ſibi rebellem, carceri manciparet: qvem tamen Victor Pontifex, Wormatiam ad Imperatorem veniens, interceſſione ſuâ vinculis liberavit.

Dum in Germania Papa eſt, moritur Henricus, recenſetqve è *Chronico Caſſinenſis Monaſterii*, *Spondanus ad annum 1059.* qvô Henrici mor- An. Chr. 1056.

mortem refert, (qvam Calvisius anno 1056. memorat) malos Dæmones accurrentes animam morientis popoſciſſe, qvorum tamen ex ungvibus interceſſione S. Laurentii, qvem impensè coluerit, ſit liberata; hoc tantum animæ periculum transſcribens uſurpatæ, ut loqvitur, licentiæ Epiſcopos nominandi. Licet & eidem hanc laudem tribuat, qvod ſeipſum pœnitentiæ cauſa flagellare conſveverit. Qvi mos hoc ipſo tempore, ut è Petri Damiani Epiſtolis diſcimus, inter ceteras ſuperſtitiones, in Eccleſiam invectus eſt, hodièqve ſub generali diſciplinæ nomine, obtinet.

Reverſus in Italiam Victor, dum in via eſt, moritur Florentiæ, & *Stephanum IX.* è familia Lotharingica, Caſſinenſis cœnobii Monachum, ſucceſſorem habet, ſeptimeſtrem tantum: qvi tamen brevi illo tempore adeò importunum ſe præſtitit, ut Imperatorem puerum damnaret eo nomine, qvod autoritatem Romani Pontificis imminuiſſet: qvod in ſuam rem vertentes Saxones rebelles, alium Cæſarem creant Ottonem Marchionem, qvi tamen à Ducibus Brunſwicenſibus in prælio trucidatus eſt, *Schafnaburg. Benno.*

An. Chr. 1057.

9. Con-

9. Constantinopoli Basilius Imper. obiit An. Chr. 1024. successorem relinqvens fratrem Constantinum IX. hominem inutilem. Ejus filiam invitus duxit Romanus Argyrus, & Socero successit An. Chr. 1028. Sublatus ab adultero uxoris Michaele Paphlagone An. Chr. 1034. Post hunc in torum & regnum Zoë Imperatrix assumsit Michaëlem Casaphatem, An. 1042. sed exturbato mox suffecit Constantinum Monomachum sive X. qvi imperavit annos duodecim.

Cùm is anno 1055. satis concessisset, *Theodora* ejus uxor aliqvandiu sola imperavit: sed muliebre imperium non ferentibus Constantinopolitanis, *Michaëlem Stratiotam*, belli expertum Ducem, ipsa ad imperium vocavit, qvem *Isacius Comnenus*, Alexii Patriarchæ impulsu, militari vi & favore fretus coëgit, imperio se abdicare An. Chr. 1057. At verò ubi beneficia Antecessorum Ecclesiis & Monachis collata revocare instituit, nihil illis, nisi necessaria relinqvens, Patriarcham facti pœnitere cœpit.

Idcòqve minatus ei est, eadem se facultate, qvâ regnum contulisset, iterum ereptum: qvo qvidem dicto exilium meruit. Isacium postea monasticam vitam eligentem, *Constantinus Ducas* in imperio secutus

tus est anno 1059. In Italia verò Normanni, jam fixam sedem, pulsis iis, qvibus auxilium ferre debebant, habebant. Et Robertus qvidem Dux, expulsis Siciliâ Saracenis, insulam suæ fecit potestatis, eamqve Rogerio fratri concessit. Qvorum ut bellicam virtutem & potentiam Romani Pontifices animadverterunt, eos sibi obstringere modis omnibus conati sunt, ut nimirum eorum armis freti, excludere Italiâ Germanos Principes possent: qvod eventus testatum fecit. *Nicolaus* igitur *Papa*, qvi Stephano à Brazuto, ut *Penno* qvidem tradit, sublato, successor datus est, Bagellardum Apuliæ, & Calabriæ Comitem vix puerum, comitatu per Robertum dejici passus est, eundemqve Robertum sibi obstrinxit ad defensionem in qvacunqve necessitate, ut hujus deinde copiis Prænestinos Tusculanosqve sibi subjugavit. *Palmerius*, *Nauclerus*, *Cedrenus*, *Zonaras*.

10. Tusculanorum *nimirùm* Comitum ope, post Stephani IX. mortem An. C. 1058. qvidam alius, qvi se *Benedictum X.* nuncupavit, evectus in sedem fuerat, qvem

qvem ut deturbaret *Hildebrandus*, sponte, ut *Benno* tradit, ut verò *Platina*, jussu Cardinalium reliqvorum, in Germaniam ad Imperatorem proficiscitur. Cum igitur Nicolaus II. ab eo designatus esset, *Sutrii* primum collectâ Synodo, Benedictum solio expulit, & Velitras exulatum misit. *Inde Tusculanis adversus Nicolaum inimicitia.* Ejus præterea constitutio est, qvâ Pontificis electionem fieri voluit à solis Cardinalibus, neqve pecunia: neqve gratia, neqve metu inductis, salvo eo, qvi Imperatori debetur in hoc negotio, honore: qvem tamen non diu salvum esse passi sunt. Successor enim Nicolai *Alexander II.* Concilio *Mantuæ* acto, potestatem eligendi Pontificis Imperatori prorsus abrogavit, consensitqve illi decreto Anno Episcopus Moguntinus. An. Chr. 1061.

Cùm enim mortuo Nicolao, *Cadolaum* Episcopum Parmensem Imperator, *Anshelmum* Episcopum Lucensem Thusciæ Marchio Godefridus, annitente Hildebrando & Cardinalibus, elegissent, Imperatore neqve salutato neqve consulto, Cadolaus, qvi se *Honorium* nomina-

ve-

verat, collecto exercitu Romam obsidere coepit; *Anshelmus* contrà, sive *Alexander*, vi vim repellere. At Honorius dolo Leoninam arcem occupavit, in qva tamen Romani eum obsessum ad conditiones eas adegerunt, qvibus Pontificiam dignitatem dimitteret. Synodo etiam habitâ id comprobatum est, atqve sic factum, ut Imperatoris electio in irritum relaberetur. Qvod eidem accidit, cum Treviris Episcopum daret Præpositum Colonienſem; eum enim Theodoricus Comes illius loci de rupe præcipitatum interemit. *Schafnaburg. Nauclerus, Platina, Sigon. de regno Ital. &c.*

An. Chr. 1064. 11. Qvantum medio tempore superstitio profecerit, ex eo agnosci potest, qvod anno 1064. religionis causa septena hominum millia cum Sigfrido Moguntino Episcopo in Palæstinam profecta, infausto tamen cum successu; nam & Arabibus qvicqvid auri & preciosarum vestium habebant, pro sua redemtione concesserunt, & vix 2000. in Germaniam reversi sunt. Qvodqve eodem propè tempore novus ordo *Monachorum Vallis umbrosæ*, cæruleo utentium vestimento in Italia coepit. Ad superstitionem accessit fastus Ecclesiasti-

ſticus, cujus ſpecimen *Fuldenſis Abbas*, & *Hildeſienſis Epiſcopus* in Feſto Pentecoſtes Goslariæ præbuerunt anno 1063. de primo poſt Moguntinum Præſulem loco, præſente Cæſare, tàm atrociter diſceptantes, ut ex utriusqve partis ſatellitio plurimi ceciderint: adeòqve mirum non ſit, ſi his Eccleſiaſticorum moribus, gentes, pridem ad Chriſtum converſæ, reſilirent, qvod à Sclavis factum anno 1066. *Marianus Scotus*, *Schafnaburgenſis*, *alii*.

12. Poſt mortem Conſtantini Ducæ Conſtantinopolitani Imper. *Michael Ducas* imperii habenas regendas ſuſcepit, qvem *Romanus Diogenes* poſt aliqvot menſes abdicare ſe imperio coëgit, ductâ in uxorem Eudocia, Conſtantini viduâ, A. Chr. 1066. Qvo tempore Turcæ vi- An. Chr. 1066.
ribus in Aſia vehementer aucti, Syriam, aliaqve multa loca ſibi ſubjecerunt, captusqve eſt Diogenes ab his, ſuorum proditione: qvem ubi Turcæ honorificè habitum Conſtantinopolim remiſerunt, à Senatu contra datam fidem trucidatus eſt, reſtituto in priſtinum locum *Michaele* An. Chr. 1071.

Hujus ſub imperio Patriarchatu functo, eſt *Johannes Xiphilinus*, *Dionis Hiſtorici Epitomator*. Floruêre tùm in Græcia qvoq; *Georgius Cedrenus* Hiſtoricus, qvi ſcripſit compendium Hiſtoriarum ab orbe condito An. Chr. 1071.

usqve

usqve ad annum Domini 1057. Et *Johannes Curopalates*, qvi historiam orsus ab anno 811. eandem pertexuit ad annum 1081. Qvibus addunt qvidam *Oecumenium & Olympiodorum*; qvanqvam hi in seculum nonum ab aliis referantur. Uterqve scripsit *Catenas* ex antiqvis Patribus, *ille* in Acta Apostolorum & Epistolas Pauli; *hic* in Jobum unà cum Commentario in Ecclesiasten. Habuit tunc etiam Anglia Scriptores suos, qvamvis post mortem Eduardi, postremi à familia West-Saxonum Regis, inter Danos, Anglos, Normannos (qvorum Dux *Wilhelmus* Angliæ regnum tandem obtinuit) variè de imperio Insulæ decertatum esset, & bellis omnia arderent. Qvos inter præcipuo loco nominandus est *Anselmus*, posteà *Archi-Episcopus Cantuariensis*, cujus opera Edmerus familiaris ejus, qvi & vitam ipsius conscripsit, consignavit, hoc ordine:

De veritate. De libero arbitrio. De casu Diaboli. Monologii librum. De Grammatica. Librum Prosologii. Librum contra insipientem, cui præmissus est alius pro insipiente. Librum de incarnatione Verbi. Item, *alium, cur Deus homo. De conceptu virginali. De peccato Originis. De meditatione redemtionis humanæ. De concordia præscientiæ, prædestinationis, & gratiæ Dei cum libero arbitrio. De processione Spiritûs sancti. De fermentato & Azymo. De diversitate Sacramentorum. Libellum meditationum.* Deniqve *Epistolas plures*, qvarum extant *duodecim*. Et qvanqvam qvædam etiam *Commentaria*, & *nonnulla alia opuscula*, eidem tribui consveverint, tamen qvia Edmerus eorum non meminit, haud immeritò ju-

judicantur, ad Anshelmum non pertinere. Fuit illi magna lis cum Wilhelmo II. Angliæ Rege de jure investituræ, qvod Rex sibi in suo regno vindicabat ad eum modum, qvo in Germania Henricus IV. Imperator id usurpabat: qvam ob causam Anshelmus ad Pontificem profectus est, qvo tempore is *Barensem Synodum* habuit, in qva ipse adversus Græcos disputavit. Anshelmo æqvalis erat *Ingulphus Abbas* in Anglia, à qvo est *historia monasteriorum Angliæ*, qvæ res gestas Regum Anglicorum sæpè attingit, incipiens ab anno 664. & desinens in annum 1067. E Scotia verò Monachi tùm in Germaniam adventantes, Ratisbonæ cœnobium construxerunt, magnamqve vitæ sanctitate famam consecuti sunt, qvos inter *Marianus Scotus*, Fuldensis postea, & tandem Moguntinus Monachus, qvi libros scripsit tres *Chronicorum* ab inttio mundi, usqve ad annum 1083. Continuavit eandem historiam *Dodechinus Abbas S.* Dysibodi usqve ad annum Christi 1200. Germaniam præterea, qvantum seculi barbaries concessit, illustravit *Adam Bremensis* Canonicus, qvi vixit circa annum 1070. ut ex *Ecclesiastica ejus historia* colligitur, qvam distinxit in libros 4. enarrans, qvâ ratione à tempore Caroli M. usqve ad Henricum IV. religio Christiana in Septentrionalibus regnis sit propagata: addidit ad finem historiæ libellum *de situ Da-*

Daniæ : Bertoldus Constantiensis Continuator Chronicorum Hermanni Contracti, addita, suo nomine, *Chronologia* ad annum Domini 1100. *Lambertus Schafnaburgensis*, cujus historia incipit ab Orbe condito, & pertingit ad annum 1077. sed continuavit qvidam *Monachus Erphordensis Anonymus* usq; ad annum 1472. *Bruno* Colonienſis, qvi scripsit *Commentaria in Psalmos & in Epistolas Paulinas.*

De qvo, apud *Surium in ejus Vita*, legimus, qvod, cum Parisiis esset, territus mortui cujusdam subito clamore, qvo is justo Dei judicio se accusatum, convictum, damnatum pronunciabat, consilium ceperit relinqvendi, ut vocant, seculi, & cum qvibusdam paucis in sylvam pervenerit, Carthusiam dictam, ubi ordinem constituerit Monarchorum, qvibus primorum incunabulorum locus commune nomen fecit. His perpetuum silentium & carnisprivium ipse imposuit. Sed illam de Brunone traditionem, meram esse fabulam, peculiari libello ostendit *Johannes l' Anvoi Theologus Gallus.*

13. In Gallia celebres fuêre, *Guitmundus* Episcopus Aversanus, cujus sunt *3. libri de Eucharistia*, & *Confessio de S. Trinitate, Christi humanitate*, & *corporis Dominici veritate* : *Ado* Episcopus Trevirensis, cui Martyrologium, (qvod qvidam alii *Adonis Viennensis* esse contendunt) *Aloysius Lipomanus* attribuit. *Anshelmus Laudunensis, Glossæ interlinearis in SS. Biblia auctor*, qvæ extat cum glossa ordinaria & Lyrano. Tribuuntur eidem *Commentaria in Cantica* & *Apocalypsin*, qvæ inter *Anshelmi Cantuariensis* ope-

opera reperiuntur. *Ivo Carnutensis* Episcopus, qvi concinnavit volumen *Decretorum*, & de corpore Domini librum, nec non *Sermones 21.* & *Epistolas plures.*

Pannomia verò, qvæ circumfertur, ideò ejus nomen præscriptum habet, qvia est qvasi compendium *Decretorum Ivonis*, ab alio qvodam recentiore conciñatum. *Ex Italis* sub finem hujus, in qvo describendo versamur, seculi præter *Anshelmum Lucensem Episcopum*, nemo insignis Scriptor fuit, qvanqvam etiam ille in tali versatus esset argumento, qvod non magnam laudem meretur: composuit enim *libros duos è Patrum sententiis, pro Gregorio VII. Decreto, & rebus gestis contra Henricum Imp. & Guibertum Anti-Papam*, qvo scripto meruit, ut inter sanctos referretur, qvod etiam Cantuariensi Anshelmo contigit, cui idem zelus fuit. *Hispanorum* vix a Maurorum jugo paululum respirantium, nemo hoc seculo Scriptor laudatur. Alioqvi is rerum in Hispania status erat, ut Hildebrandus statim atqve in Pontificiam sedem adscendit, ad Proceros Hispanos scriberet: Cùm Saracenos ferè expulerint, ut Romanæ Ecclesiæ regnum restituerent, in feudum vicissim ab eadem recipiendum. Extatqve Epistola apud *Baronium*. Nec multò post Alphonsus Rex Toletanam qvoqve provinciam recuperavit, religionemqve Christianam instauravit, ut habet *Matthæus Paris.*

14. Pontificiam autem cathedram *Hildebrandus* calcare cœpit anno 1073. qvo Alexander fatis concessit, sumsitqve sibi nomen *Gregorii VII.* Inter primas ei curas fuit, ex Ecclesia eliminare Sacerdotes omnes, qvi ab Imperatore An. Chr. 1073.

tore & Regibus ad dignitates Ecclesiasticas evehebantur vel confirmabantur, sive qvi, ut loqvuntur, à Laicis investituras acceperant, tum etiam eos, qvi cum Conjugibus vivebant, qvæ res magnis motibus occasionem præbuit. Exercebantur istæ leges, tanqvam adversus Simoniacos & hæreticos Nicolaitas : sic enim Sacerdotes maritos vocabant. Qvos cùm Episcopus Moguntinus ad Pontificis nutum, dum in Erphordiæ Cleri sui Synodo, ad repudiandas uxores cogere vellet, parum abfuit, qvin occisus ab his fuisset, qvanqvam sanior pars à turbulentis consiliis eos dehortari, Scripturarum pro se loca, qvibus Apostolus Paulus Ecclesiæ ministris uxores concedit, & Salvator ipse, his, qvi verbum de cælibatu non capiunt, mandatum impertit, ut matrimonia contrahant, adducebant in medium. Sed Episcopus metu magis intentati periculi, qvam cauliz justitiâ motus, tum qvidem temporis ab incepto destitit, qvod tamen postea vehementius urgere cœpit ; unde magna passim in Germania perturbatio orta est.

Ea-

Eadem crimina sub Alexandro, Legatum Pontificium agens, per Italiam & Burgundiam exagitaverat Hildebrandus, maximamq; eâ negotiatione, auri vim contraxit, reis pecunia se redimentibus, eâqve deinde milites conduxit, qvorum opera Archi-diaconatum primum Alexandro extorsit, mox eo mortuo, nec dum sepulto, Papatum obtinuit, contra qvam canones volunt. Consulantur *Schafnaburgenses*, *Sigebertus*, *Benno*, à qvò *Platina*, *Stella*, *aliiq;* Pontificibus addicti Scriptores in rebus Hildebrandi describendis immane qvantum dissentiunt.

15. In negotio investituræ, nemo Pontificum ante ipsum acrius se Imperatoribus opposuit, multoqve ea res sangvine constitit, Henrico jus suum non negligente: succubuit tamen injuriâ temporum. Eas enim Papa occasiones captavit, qvibus non deessent in Germania hostes, qvos Imperatori opponeret. Et Henricus qvidem infelici consilio atqve impetu juvenili, dimittere uxorem instituerat, eiqve rei ne intercederet Moguntinus Præsul, adjutor vicissim illi fuit in exigendis è Thuringia decimis, qvarum causa & Synodi Erfordiæ habi-

bitæ fuerunt, & res ad arma pervenit. Hinc multorum in Germania odium Imperator sibi contraxit, & Saxones jampridem infensos habuerat: de qvorum injuriis, qvod pactis non stetissent, cùm apud Hildebrandi nuncios Henricus conqvestus esset, hi, nisi Imperator prorsus juri Patronatus Episcopatuum renunciaret, ejus qverelas audire detrectârunt. In novum igitur bellum odiis erumpentibus, cùm victi atqve ad deditionem faciendam coacti Saxones essent, severiùs se habitos existimantes, qvàm meruissent, Imperatorem apud Pontificem accusârunt. Is arrepta illicò hâc ansâ citat Henricum, ut respondeat accusationi Saxonum, & qvod sumta pecunia Episcopos constituisset. Henricus Legatos Romam mittit, qvi se excusent: sed hi à Gregorio in vincula conjiciuntur, & tandem in contumeliam Imperatoris circumductiAn. Chr. tur, atqve urbe ejiciuntur. Qvo il-1076. le facto irritatus, *Synodum* convocat *Wormatiam*, & Papam veneficiorum aliorumqve scelerum reum actum Pontifi-

tificatu indignum pronunciat, cui decreto Episcopi 26. subscripserunt, missus Romam ad perferendum Decretum Legatus, offendit Gregorium *Concilium* suorum agentem, qvibus ingentem pecuniæ vim, ut faventes cœptis suis haberet, distribuebat viritim. Atqve is audita legatione supra modum commotus, fulmen Excommunicationis contrà Imperatorem torqvet, Romam caput orbis terrarum renunciat, constituendi atqve deponendi Imperatoris jus sibi arrogat, ipsoqve id opere declarat, diplomate in omnes provincias, Germaniæ præsertim Proceribus misso, qvo Henricum solio deponit, & ab obedientia ejus subditos omnes exsolvit. Deficiunt igitur Saxones, Svevi, Lotharingi, cum Episcopis nonnullis, qvi conventu Triburiæ acto, de Imperatore novo eligendo consultant. Post longam tamen consultationem, cum Imperator omnia se, qvæ vellent, præstiturum, polliceretur, statutum est, ut Augustæ de eo negotio, Pontifice arbitro, decerneretur, Imperator interim curaret, ut

anathemate solveretur. Coactus is tali
An. Chr. necessitate mense Decembri cum con-
1077. juge, filio, ac paucis Comitibus iter ingressus est, petiturus absolutionem ab hoste suo infensissimo Hildebrando. Quem Canusii cum offendisset, post multas intercessiones, ac tridui inediam & frigus, qvo nudis pedibus sub dio conflictabatur, admissus duntaxat intra exterius atrium, vix tandem absolvitur, cum jurato promisisset, in omnibus Papæ se obedientem futurum esse. Neqve tamen, cum Imperii confirmationem a Pontifice postularet, obtinere illam potuit, sola absolutione jussus, ut contentus esset. Nam Hildebrandus interim ad Principes mandata dederat, qvibus eos admonuit, ut si vellent, alium sibi Imperatorem eligerent. Electus itaqve ab his est Forchemii in Franconia, consensu unanimi *Rudolphus Svevie Dux*, cui Papa coronam misit hâc inscriptione:

Petra dedit Petro, Petrus Diadema Adolpho.

Fa-

Factum id anno 1077. Henricus in Germania regressus Rudolphum, post multa prælia, qvibus toto biennio varia fortuna certatum, multumqve sangvinis effusum est, tandem apud Elistrum Misniæ fluvium iterum vincit, qvo in prælio dextera manus illi amputatur, ex qvo vulnere decessit Merseburgi, moriturusqve agnovit Dei judicia, qvi illâ manu ipsum multâsset, qvâ Imperatori suo fidem dedisset, à se minimè servatam, uti qvidem memorant Scriptores Cæsarei. An. Chr. 1080. Dum Rudolphus adhuc viveret, Papa interim Romæ Concilium actitavit, in qvo Henricum denuò anathemate percussit, & à Diabolo per incantationes edoctus, falsum Imperatorem eo anno moriturum, de Henrico id in festo Paschatis publicè interpretatus est. Imperator contra *Brixiæ* per Conradum filium *Synodum* convocaverat, in qva depositus Hildebrandus, & *Wibertus* Ravennæ Episcopus in Papam electus est, qvi *Clementis III.* nomen assumsit. Hunc & unà Conradum Henrici filium Gregorius, qvibus potest modis, in Italia oppugna-

vit: qvâ re coactus Imperator, post Rudolphi mortem Italiam cum exercitu ingressus est, eamqve sibi feliciter subjecit, Romam obsedit, qvam tamen non nisi tertio anno cepit, vastatis interim omnibus circa urbem. Papa in arcem S. Angeli se recipiens, sicarium inde misit, qvi Imperatorem in templo B. Mariæ, qvo qvotidie ventitabat orandi causa, superiùs dejecto saxo, trucidaret: sed hic intempestivè saxum movens, ipse onere lapidis per præceps detrahitur & exspirat. Cùm verò Roma discessisset Imperator, Robertus Nordmannus, qvem pridem Gregorius evocaverat, eodem venit, abductoqve secum illo, aufugit. Igitur Clemens III. ab Henrico introductus est, qvi movens in Normannos Appulos, eos sibi subjecit, reversusqve Romam à Clemente coronam imperii accepit. Relicto deinde in Italia filio Conrado, Germaniam repetiit, cumqve illam bellis inimicam sibi reperisset, in *Synodo* Gerstungi in Thuringia habita, controversias omnes componere conatus est. Sed qvi contrariæ erant sententiæ, *Qvedlinburgi* convenientes, ex-

An. Chr. 1077.

com-

communicatis, qvi à parte Cæsaris stabant, Epiſcopis, acta Gregorii rata habent, qvi eo ipſo anno 1085. mœrore animi in exilio deceſſit Salerni. An. Chr. 1085.

Scribit *Benno*, morientem in extremis ſuis ad ſe vocaſſe unum de Cardinalibus, qvem multum diligebat, & coram eo confeſſum eſſe Omnipotenti Deo, & toti Eccleſiæ, ſe valdè peccaſſe in paſtorali cura, atqve hunc confeſſarium ſuum miſiſſe ad Imperatorem, & ad totam Eccleſiam, ut veniam ſibi apud Deum impetrarent. Ex *Lamberto Schafnab. Urſpergenſi, Aventino aliisqve.*

16. Fatuum tunc eſſe diceres, ut Epiſcopi Regibus adverſarentur, hi Epiſcopos punirent. Sic enim eodem tempore in *Polonia*, Boleslaus Rex à Stanislao Cracovienſi Epiſcopo variorum, ut ajunt, peccatorum admonitus, deniqve excommunicatus, eò iracundiæ adverſus eundē exarſit, ut ſacra facientem ante aras occideret minutim conciſum: qvem deinde inter ſanctos martyres Pontifices retulerunt, affictis miraculis, qvæ mortuus edidiſſet. Facinore audito Hildebrandus, Gneſnenſem diœceſin totam, ſub qva eſt Cracovienſis, interdicto Eccleſiaſtico ſubjecit, prohibens Sacerdotibus, ulla admini-

ſtrare Sacramenta, aut ſacra facere, ipſumqve Regem & Regnum Poloniæ regali honore ac dignitate, qvam à Germanis Imperatoribus obtinuerat, ſpoliavit, ſubditosqve ab obedientia Regi debita exſolvit, qvem illi mox regno extorrem fecerunt. Sed & *Philippum* Henrici F. *Galliæ Regem* anathematis intentato fulmine, ita perterrefecit, ut imperata facturum ſe, atqve jure patronatus Epiſcopatuum, deſtiturum promitteret. *Alphonſum* qvoqve *Regem Hiſpaniarum*, Gothicum ſacrorum morem Romano anteferentem, eodem metu facile ad Romanos ritus recipiendos adegit. Sic omnibus terribilis Principibus Hildebrandus in ſolo Henrico compeſcendo defecit, qvamqvam ſatis illi hoſtium, ſatis bellorum exciviſſet, & poſt ſe diſcordiarum ea ſemina reliqviſſet, qvibus & Henricus olim ſuccumberet. Non omittendum eſt, qvod de Mathilde Comitiſſa, potentiſſima per Italiam femina *Benno* retulit, ejus conſvetudine minùs caſtâ promeruiſſe Hildebrandum, ut omnes, qvas ampliſſimas in Thuſcia Liguriaqve poſſederat, ditiones, Romanæ illa Eccleſiæ dono daret.

Qvodqvidem à Schiſmaticis confictum eſſe, *Baronius* aliisqve contendunt, referuntqve Gregorium ad diluenda, qvæ ſibi objiciebantur crimina, ſacram Euchariſtiam multis cum execrationibus ſumſiſſe, ſeqve eo purgationis modo innocentem probaſſe; imo in ſuis ad Mathilden Epiſtolis, multum illam ad vitæ ſanctimoniâ, ad Euchariſtiæ freqventem uſum, atq; Venerationem B. Vir-

Virginis adhortatum fuisse. Qvicqvid ejus rei sit, certum id est, tam ampla donatione Pontifices Romanos pene Regibus pares factos esse, magisqve subinde Imperatorum potentiam contemnere cœpisse. Ex *Cromero*, *Matthæo Paris. Domnizone de rebus gest. Mathildæ Comitiss. &c.* Qvæ autem de fide illius donationis disceptantur, videre licet apud *Conring. de Finibus Imperii cap.* 10. *pag.* 120. *&c.*

17. Morte igitur Hildebrandi cum desiturum schisma speraretur, res aliter evenit. Ea enim Cardinalium factio, qvæ Clementi III. hactenus adversata fuerat, instinctu qvorundam in Italia Ducum, *Victorem III.* elegit, qvi cum acrem se Imperatori hostem ferret, brevi mortuus est, eiqve successit *Urbanus II.* qvi & ipse confirmat Acta Gregorii, & Clementem anathemate ferit. Rogerium verò Normannorum in Apulia Ducem *Siciliæ Comitis* titulo ornat, qvem Romanæ tamen Sedis beneficio possideat. Sic novis subinde nexibus Romanæ Sedi Normanni devincti sunt: ut horum præsidio tutiùs adversus Cæsares insurgere Pontifices auderent. At Henricus imperator Moguntiæ conventum Principum atqve Episcoporum egit, in qvo Urbanus indignus Pontificatu, & sacri-

An. Chr. 1087.

An. Chr. 1088.

crilegii reus, communi consensu omnium declaratus est. Saxones tamen haud ideò qvievêre, sed irruptione in Franconiam facta novos bellorum motus excitabant: qvanqvam Hermannum Lotharingium, qvem post Rudolphi mortem sibi Imperatorem elegerant, ipsi destituerunt. Qvi in gratiam ab Henrico iterum receptus, brevi post in oppugnatione cujusdam arcis à fœmina dejecto saxo trucidatus est. Tentata semel atqve iterum pacificatio non successit, dum interim in Italiam Imperator exercitum duceret. In qva totum commoratus septennium, sibi omnia subjecit, ejectis Urbani præsidiis, ipsoqve in Gal-
An. Chr. 1098. liam expulso. Ex Italia cùm rediisset in Germaniam, habitis Principum comitiis, pax tandem concluſa est, Anno 1098. *Urspergensis.*

18. Dum in Gallia Urbanus exulat, aliqvot *Concilia* Transalpinorum celebravit, præcipuè apud *Clarum montem* in Arvernia, qvo Rex Galliæ & plurimi Principes convenerunt. Decretum ibi est, cùm Ecclesia ab omni servitute Regum sit libera, investituras ab his non recipiendas.

das: Aliqva etiam de jejuniis sancita sunt, qvæ abstinentia ab esu carnium servari debeant. Clericorum porrò uxoratorum filii pronunciantur indigni, qvi fiant Presbyteri, nisi priùs Monachi facti fuerint. Confirmantur acta Hildebrandi. Philippus Rex Gallorum propter pellicem excommunicatur: Principes à Papa ad militiam sanctam instigantur, qvâ Palæstinam recuperarent. Autor hujusce svasionis fuit *Petrus Eremita*, qvi à reliqvis Christianorum ex Palæstina missus ad Pontificem & Principes, expeditionem hanc multis persvasit. Susceperunt igitur rubram de lana crucem è manibus Pontificis, humerisqve suis eam affixerunt: Hugo Magnus Philippi Regis frater, Godefridus Bulionius Lotharingiæ Dux, Balduinus & Eustachius, ejus fratres, Robertus Normannorum Dux, Robertus alter Comes Flandriæ, Boamundus Comes Tholosanus Rogerii Appuli frater. Hi omnes collectis qvisqve copiis anno 1096. diversis itineribus, agminibusqve partitis, in Asiam contenderunt, multum damni ab Hungaris perpessi; pars etiam, qvæ in Asiam prima evaserat, Germanorum militum, à Solymanno Turcorum Principe ad internecionem ferè deleta est. Nec minùs acrem hostem experti sunt Alexium Comnenum Imperatorē Constantinopolitanum; (is enim dejecto Nicephoro Botoniate, An. C. 1081.

1081. ad imperium pervenerat, Nicephorus Michaëlem expulerat, An. Chr. 1078.) donec Godefridus adveniens, Thraciæ & suburbiorum Constantinopoleos vastatione, ad legitima ipsum commercia adigeret. Tunc enim iudere cum Principibus inito, commeatus exercitibus præbiturum se, subsidioq; , ubi opus esset, venturum promisit : illi, qvascunq; cepissent urbes Orientali imperio, excepta Hierosolyma, restituere velle, pacti sunt Cum in Asiam ventum esset, recensitis copiis omnibus, inventa sunt peditum 600000. eqvitum loricatorum 100000. Isti enim militiæ , opinione meritorum apud Deum, multitudo ingens nomen dederat: captaqve Niceâ & copiis Turcorum fusis, Cilicia mox tota, cruce signatis cessit. Inde in Syriam & Mesopotamiam transitum, ubi nostros Edessa cupidè admisit : circa Antiochiam verò diu laboratum est. Captæ demum An. C. 1098. supervenit Corborannus Persarum Dux cum infinitis copiis, & cruce signatos, intra Urbem obsessos, rursum inclusit, à qvibus tamen eruptione factâ pugnatum, & hostium 100000. interfecta sunt: inde atrox pestis orta consumsit militum Europæorum ad 50000. Antiochiam verò retinuerunt Principes, qvod Alexius malignè commeatum & arma submministraret, neqve laborantibus subsidio venisset. Interim Syriæ plurima loca Christianis cesserunt & se-

qven-

qvente anno Godefridus, urbibus Asiæ longè latèqve occupatis, Tripoli Paschа, Cæsareæ Philippi Pentecosten celebravit, & 6. Junii Hierosolymam obsidione cingit, qvæ capta demùm est 15. Julii, cum Dux Godefridus ipse primus in muros evasisset. An. Chr. 1099.

Paucis post diebus Saracenorum copiæ infinitæ ex Ægypto & Perside convenerunt Ascalonem, qvibus obviam profectus Godefridus, præsidio Hierosolymis relicto, clarissimam obtinuit victoriam, captis etiam castris hostium. Inde gratiæ Deo actæ & urbibus Episcopi dati sunt. Godefridum communi omnium consensu *Hierosolymitanum Regem* jam antea elegerant. Qvam ille urbem, cum Regia pompâ ingredi vellet, admonitus, Salvatoris ut meminisset, spineam coronam introiens gestavit in capite. Inde tanqvam confecto bello ad sua qvisqve redeunt, Balduinus Edessam, Boamundus Antiochiam, Robertus Flandriæ Comes Seleuciam, Tancredus Tiberiadem, ceteri in Europam reversi sunt. Qvamvis ante captam urbem qvidam jam domum se contulerunt immemores juramenti, qvo se obstrinxerant,

ante

ante confectum bellum militiam non deserturos : inter hos erat Hugo Magnus, qvi delectâ legatione, qva ad Alexium missus fuerat, in Europam se contulit. Neqve tamen ultrà annum Godefridus Rex superfuit ; cui successor datus est Balduinus frater, Dux Edessanus, anno seculi postremo : Boamundus qvoqve Antiochiæ Princeps à Saracenis necatus est aliqvot pòst mensibus, eiqve in Principatu Antiocheno Tancredus successit. Consulantur de his *Expeditionis Hierosolymitanæ scriptores*, qvos in unum grande volumen coacervavit, *ex instituto Fr. Pithœi Jacob Bongarsius* : qvos inter principem facilè locum occupant *Wilhelmus Tyri Episcop.* qvi sacrum hoc bellum justis 23. voluminibus enarravit, & paulò prior *Albertus Aqvensis* Canonicus, cujus extant de prima expeditione *libri 12.* Ante cruce signatorum adventum *Hospitaliorum* jam *ordo* in terra sancta fuerat institutus à mercatoribus Italis, qvi classibus Genuensium & Venetorum illuc advecti, à Saracenis locum sibi precio comparaverant, ubi religio Chri-

An. Chr. 1100.

Christiana exerceretur : templo additæ erant ædes, ad peregrinos hospitio excipiendos. Hi Principum largitionibus & eleemosynis superstitiosorum adeò post ditati sunt, ut urbes ditionesqve sibi subjicerent. Tam valida tunc erat superstitio cœptis ingentibus moliendis, qvam nunc haut ulla ex vera religione argumenta, apud animos hominum esse solent.

CAPIT. IV.

SECTIO IV.

De rebus Seculi duodecimi.

SUMMARIA:

Henrici IV. & Pontificum historia, n. 1. *Henrici V. cum Pontificibus acta,* n. 2. *Transactio inter Imp. & PP. mors Imperatoris,* n. 3. *Græca, Hierosolymitana. Ordines sacri,* n. 4. *Scriptores quidam,* n. 5. *Lotharii Imp. & Pontificum gesta,* n. 6. *Expeditiones in Palæstinam,* n. 7. *Sectæ & Sancti hujus temporis,* n. 8. *Fridericus I.*

Imp. & Pontifices ejus temporis. S. Bernhardi mors & Scripta, n. 9. *Scriptores alii*, n. 10. *Friderici Imp. & Hadriani Pontificis discordiæ*, n. 11. *Schisma Pontificium, bellum & conventio cum Alexandro Pontifice*, n. 12. *Thomæ Cantuariensis historia*, n. 13. *Rugiorum & Livonorum conversio. Ordines monastici. Hierosolymitani regni interitus. Pontificum successio. Imp. mors*, n. 14. *Scriptores*, n. 15. *Henrici VI. Imp. gesta & mors*, n. 16.

I.

HEnricum Cæsarem pacificatâ Italia in Germaniam reversum, Conradum filium illic reliquisse, cum summa potestate, interque status Germaniæ feliciter quoque constituisse pacem, paulo ante ex *Urspergensi* retulimus. Sed odiorum tamen semina ex animis nondum evulsa erant, quæ superstitio fovebat, arbitrantium, illi Domino parere salvâ religione se non posse, qui Pontificio anathemati subjacent: cum præsertim schismate adhuc durante plurima pars Urbanum sequeretur. Ex eadem persuasione, accedentibus Italorum instinctibus, Conradus quoque Hen-

Henrico patri se opponere, Clementem sede deturbare, Urbanum restituere, aggressus est. Quo facto permotus Imperator, habitis Coloniæ Comitiis, Conradum abdicavit & proscripsit, filiumque alterum, Henricum, cum fidelitatem jurâsset, Regem elegit, fidem haud diu servaturum. Mortuus tunc Urbanus successorem *Paschalem* habuit, in turbanda Germania nulli Pontificum secundum. Decesserat paulo post & *Clemens*, Hildebrando, Urbano & Paschali oppositus, cui sufficitur *Theodoricus*, quo post tres menses in monasterium relegato, successit *Sylvester III.* Cum verò & hic sequente anno, qui est primus sæculi duodecimi, fatis concessisset, desiit Schisma Pontificum, quod 20. annis & amplius duraverat. Paschalis igitur solutus Anti-Papæ metu, Concilium Romæ cogit, inque eo Gregorii Urbanique acta confirmat, Henricum denuò diris devovet, nec quievit prius, quàm persuasionibus Episcoporum Germaniæ filius quoque Henricus patri bellum faceret, vanisque

An. Chr. 1110.

promissis delusum redigeret in suam potestatem. Quo facto Principes & Episcopi imperium ipsi abrogant, suisque manibus Moguntinus & Colonienſis regia ei vestimenta per vim detraxerunt, quæ filius induit. Majestatis tamen suæ retinens Pater, per Lotharingiam tendit Leodium, ubi à filio obsessus, civium virtute defensus est: in summas tamen angustias & rerum omnium paupertatem redactus, Ibidem mœrore animi extingvitur anno 1106. sepultum in cœnobio Lamberti, cadaver filius è loco sacro in profanum transferri jussit. *Ex Urspergensi.*

An. Chr. 1106.

2. *Henricus* igitur *Qvintus*, parricidiali adversus parentem bello potitus Imperii, Tyrannidem Pontificum non minus atqve ille experiri, singulari Dei judicio coactus est. Postqvam enim ducta in Mathilde, Henrici Angliæ Regis filia, & compositis in Germania rebus, coronationis gratia in Italiam profectus esset, Paschalis, antequam Romam admitteretur, per Legatos postulavit, ut promovendorum Epi-

po-

porum juri renunciaret : sed Imperator verbis generalibus facturum se promisit, qvæ legibus possent defendi : atqve ita qvidem Romæ magnâ solennitate receptus est. Cùm verò postulata sua Pontifex urgeret, Imperator contra contenderet, jus illud in potestate Imperatorum fuisse à Carolo M. ad sua usqve tempora, nec eo secedere velle ; à verborum contentione ad prælium res devenit, qvo penè ipse oppressus esset, penes qvem tamen victoria tandem fuit. Plurimos igitur Romanorum Tibri submersit, muros Urbis diruit, Papam captivum abducit, eòqve adigit, ut sibi jus antiqvum permittere velle sponderet. Sic impetratâ coronatione anno undecimo post millesimum & centesimum in Germaniam reversus est, patremqve magnâ Pompâ Leodio abductum Ratisbonæ sepelivit. At Paschalis *Romæ Concilio* in Laterano congregato, qvod priore anno cum Imperatore pactus erat, totum revocat, damnat, abrogat, ipsum extra Ecclesiæ communionem ejicit, subditos omnes ab obedientia An. Chr. 1112.

An. Chr. 1112. ei debita solutos pronunciat. Eadem in *Concilio altero*, post qvadriennium *Romæ* celebrato, repetit. Interim rebelliones in Germania, Episcopis incentoribus, procedunt, qvibus Imperator animosè obviam it, Moguntinum Præsidem triennali carceri mancipans, Colonien-sem bello affligens, Saxones, paternos hostes, vastans, Wirtzburgensem Episcopum Ducatu Franconiæprivans, qvem An. Chr. 1117. in Conradum sororium suum contulit. Sic deniqve iterato in Italiam proficiscitur, armis evictus, qvod jure non poterat. Sed Papa non expectandum ratus, ad Rogerium Apuliæ Ducem confugit, ejusqve armis contra Cæsarem se tutatur. Qvi, *Burdinum* qvendam Pontificem constituens, diù in Italia substitit. Paschali An. Chr. 1118. seqventi anno decedenti successit *Gelasius II.* qvem factio Cincii Frangipani, Patritii Romani, captum in vincula conjicit, unde tamen studio populi ereptus, in Galliam contendit, habita priùs *Capuæ Synodo*, qvi Imperatorem cum suo Papa condemnavit: sed brevi mortuus est.

Qvod

Qvod Paschalem attinet, primis is fuisse annotatur, qvi in *Epistolis* suis, Cæsarum annis prætermissis, sui Pontificatûs annos subscriberet. Extat ejus ab Abbatem Cluniacensem *Epistola*, qvâ in morem eorum invehitur, qvi sacram communionem Calici intinctam distribuebant, *cùm*, ut inqvit, *sub duabus speciebus distinctè dispensari debeat*. Et fatetur hæc, referens *Spondanus ad annum* 1118. hanc intingendi malam consvetudinem ansam præbuisse, decreto, qvo seqventi deinde tempore, sub una tantum specie Eucharistiam distribui debere, præceptum est: ut mireris imprudentiam, ac ignorantiam eorum, qvi communionem sub una, ut vocant, specie, ab instituto ipsius Salvatoris, & antiqvissima Apostolicæ Ecclesiæ consvetudine derivant.

3. Qvod verò ad Henricum Imperatorem spectat, pergit *Urspergensis* [è qvo superiora retulimus] reditum ejus in Germaniam describere. Cùm enim toties excommunicato Principes parere amplius nollent, ejusqve rei gratia conventum generalem acturi essent, domum ipse propere reversus est, ut eidem interesset: qvo tempore in Gelasii defuncti locum *Calixtus II.* jam successerat, sine Imperatoris consensu, qvi Burdinum Braccarensem pridem Episcopum, qvi se *Gregorii VIII.* nomine ferebat, adhuc fovere perseveravit: An. Chr. 1119.

qvem tamen post Imperatoris ex Italia discessum Calixtus capit, & pelle urſi contectum Camelo, retrorsum imponit, satisqve ludibrio habitum tandem in Casinense cœnobium relegat. *Concilia* etiam celebrata sunt, primum *Romæ*, qvo Hildebrandi acta denuò confirmantur, & Sacerdotum abrogantur conjugia; *alterum Rhemis* in Gallia, ubi Papam à nemine judicari debere, Calixtus pronunciavit, missoqve in Germaniam Cunone, Episcopos cogi, & excommunicationem Henrici urgeri præcepit: qvâ ille violentia coactus inducias sibi dari petiit, tandemqve in *Concilio* Wormatiæ câ de causa habito, conventum est, ut omne jus investituræ Papa solus haberet, in Cæsaris tamen præsentia electio Episcoporum & Abbatum fieret, qvi regalia per sceptrum ab eodem recipiant: hujusqve pacti tabulæ publicæ in Laterano suspensæ sunt. Tertio post anno, Calixtus; & seqventi, qvi est seculi vigesimus qvintus, Henricus decesserunt.

An. Chr. 1125.

Calixtum acerrimum fuisse persecutorem Sacerdo-

dotum uxoratorum, indicant dicteria adversus illum ab his ea gratiâ jactâ : neqve tamen ubiqve terrarum eos extirpare potuit. Nam & successor ejus *Honorius II.* Legatum ad cælibatus legem promulgandam in Angliam misit, qvi proxima, qvæ promulgationem secuta est, nocte, cum scorto deprehensus est consvetudinem habuisse, teste *Matthæo Parisiensi.* Cetera vide apud *Ussergensem & Crantzium.*

Anno 1118. Imperator Constantinopolitanus *Alexius Comnenus*, satis concessit, post qvem imperavit filius *Calo Johannes.* Patre adhuc imperante auctor hæresis *Bongomilorum* Basilius, qvem Alexius comburi jussit, dogma suum Constantinopolin advexit, qvod ex *Euthymio Zigabeno*, aliisqve hoc modo *Spondanus* recenset anno citato *n. 12.* nempè qvod negaverit SS. Trinitatem, Deum humanâ formâ præditum dixerit, mundumqve creatum ab Angelis malis, & Michaëlem Archangelum carnem nostram docuerit assumsisse. Qvod propterea non nisi 7. Scripturæ libros receperit, sanctarum cultum imaginum tanqvam Idololatriam reprobaverit, crucem despexerit, qvod in ea Salvator occisus sit, qvam Dæmones fictè timere viderentur, incruentum sacrificium contemserit, & Eucharistiam Dominicam orationem esse asseruerit, præter qvam omnes reliqvæ orationes sint vaniloqvia, nullamqve aliam resurrectionem statuerit, præter pœnitentiam & vitam Evangelicam.

Inter qvæ sunt, qvæ reprehensionem non merentur: atqve, ut tunc seculum fuit, notum est, gravissimas hæreses iis plerunqve tribui consveviſſe, qvi publicè receptos in Ecclesia errores refellere ausi sunt.

Eodem, qvo Alexius anno, *Balduinus* qvoqve, secundus à Francis Hierosolymitanus Rex, obiit, qvi regnum illud multis urbibus terrisq; auxit: ejus enim sive ductu, sive auspicio captæ sunt urbes Palæstinæ & Syriæ, Tortosa, Arotus, Ptolemais, Apamia, Laodicea, Biblus, Tripolis, Berytus, Sidon. Successorem ipse sibi destinavit *Balduinum de Burgo* affinem suum, militem egregium, à qvo Tyrus ope Venetorum capta est.

Arnulpho Patriarchæ Hierosolymorum, tùm etiam defuncto, *Gerimundus*, natione Francus, successor datus est: sub qvo *Neapoli*, qvæ Samaria est, *Synodus* anno seculi vigesimo coiit, proq; conservanda Ecclesiastica disciplina canones 25. statuti sunt. vid. *Gvil. Tyrius l. 12. c. 10. & seqq* qvi præcedente 7. *capite* narrat, qvod circa idem tempus *Templariorum ordo* in Palæstina institutus sit: Qvi se servitio Christi mancipaverint, ad tutandum vias & itinera contra latronum hostiumq; incursus, peregrinantiũ securitati: qvi ordo deinde in Concilio Trecensi sub Honorio Papa habito, ab ejusdẽ Legato confirmatus est. Tum qvoq; in Gallia *Ordo Cistertiensium* Monachorũ, in Germania verò *Præmonstratensium*, a Norberto, qvi in sanctorũ postea catalogũ relatꝰ est, initiũ habuit.

5. *Euthymius Zigabenus*, qvem modò laudavimus, jussu Alexii *panoplian* adversus omnes hæreses conscripsit: scripsit etiam Commentaria in omnes Psalmos, & in 4. Evangelistas. Æqvalis ei fuit *Johannes Zonaras* Monachus Græcus, qvi complexus est *Historiam* universalem,

salem, ob Orbe condito usqve ad finem Alexii Comneni, *Annalium tribus libris*: & in *Photii Nomocanonem* scripsit Commentaria. Tùm floruit qvoqve *Leo Ostiensis* Episcopus, autor *Chronicorum monasterii Casinensis*, in qvibus non pauca reperimus ad res gestas Regum, Imperatorum, Pontificum pertinentia. *Sigebertus* item *Monachus Gemblacensis*, cujus *Chronologiam ab anno Domini* 381. *ad annum* 1111. pertingentem, continuavit *Robertus de Monte*, ad annum usqve 1210. Malè Sigebertus audit apud Pontificios, qvod studiosior fuerit Henrico IV. Imperatori, & Gregorio VII. iniqvior: cùm ex adverso *Schafnaburgensis* varacitatis laudem, apud illos qvidem, promeruerit. Sed ea tùm fuêre tempora, qvibus difficulter a falso verum discerneres: odio aliis, aliis gratiæ nimium tribuentibus. Alioqvi causam Imperatoris meliorem fuisse, in propatulo est. Scripsit Sigebertus etiam 2. *libros de Viris Illustribus*, in qvibus & sua opuscula diligenter enumerat: inter qvæ duo sunt libri, *alter* contra Epistolam Paschalis II. liber prætereà *contra eos, qui calumniantur Missas Conjugatorũ Presbyterorum*, qvem amissum esse, qvippe indignum, qvi lucem aspicere, existimat *Bellarminus de Script. Eccles.* In eo enim calumniam fieri Gregorio, qvi Missas non conjugatorum, sed concubinariorum adversatus sit: sed calumniã ipse facit veritati: concubinatus enim infami nomine legitima etiã conũbia tàm Gregorio, qvàm *Bellarmino* vocantur, qvoties à Sacerdotibus contracta sunt: neq; Clericis Sodomitis gravior, qvàm conjugatis, pœna statuta est, nempe depositio, ut clarè in *Concilio* Londini ab Anshelmo ea gratiâ convocato, promulgata lex est. Memorandus qvoq; hîc nobis est *Godefridus* Abbas Vindocinensis & Cardinalis, qvi post se reliqvit *Epistolarum libros* 5. *opuscula* 15. & *sermones* 12. Nec non *Rupertus Abbas Tuitiensis*, cujus opera sunt *libri* 12. *de divinis officiis. Commentarius brevis in Job.* item *in Johannis Evangelium, in Apocalypsin, in duodecim Prophetas minores*,

res, in Exodum, in Cantica Canticorum: libri 42. de operibus SS. Trinitatis. Lib. 13. de Historia Verbi. Lib. 2. de gloria & honore filii hominis secundum Evangelium Matthæi. Libri 11 de glorioso Rege David. In quibus suis Scriptis publicè penè tunc receptum dogma *Transubstantiationis*, ut vocant, impugnavit, *panem & vinum manere asserens, & assumi à Christo non destruendo; sicut nec carnem suam ita assumsit, ut illam transmutaret in substantiam Verbi.* In qvo qvidem comparationis tertio verissima *Ruperti* sententia est. Qvod verò porrò dicit, *in illum, in qvo fides non est, præter visibilem panem & vinum, nihil de sacrificio pervenire, manere autem partum Virginis cum unito sibi Verbo Patris in his integrum & inconsumtum, qvæ side acceperunt, cùm panis & vinum, qvæ Sacerdos distribuit, absumantur & transeant*: id non sic intelligendum est, qvasi Christum in Sacramento ab indignis prorsus non accipi statuerit; sed qvod statuerit in illis non permanere, ut clarè enunciatorum oppositio indicat. Apparetqve inde, adhuc isto ævo à Sacerdotibus tam vinum, qvàm panem distribui consveviſſe. Videatur liber *Ruperti 6. in Johannem*, & *caput 10. libri 2. in Exod.* nec non *lib. 2. de divinis offic. cap. 2. & 5.*

6. Henricum V. Imperatorem excepit *Lotharius Saxo*, electioni ejus contradicentibus Conrado & Friderico Sveviæ Ducibus, qvorum ille pro Imperatore sè ferens in Italiam contendit, & Mediolani coronatus est: sed Honorii Pontificis machinatione Italiâ expulsus, qvi tum *Trecis* in
An. Chr. 727. Gallia *Concilium* per Legatum suum celebravit, ut suprà meminimus. Aliqvot an-

annis pòst defunctus successorem habuit *Innocentium II.* qvi bellum Rogerio cùm fecisset, captus est. Interim *Anacletus* eligitur, thesaurisqve suis efficit, ut Innocentius captivitate liberatus, inqve Galliam expulsus fuerit, inqve Galliam expulsus fuerit, unde illum Lotharius Imperator, expeditionem in Italiam movens, reduxit, pristino loco restitutum. In ea expeditione Imperator *Bernhardum* Clarevallensem Abbatem Comitem habuit. An. Chr. 1130. An. Chr. 1133.

Dum in Gallia Papa exularet, *Rhemis Concilium* celebravit, & Ludovicum Regem, Ludovici filium, Philippi nepotem inunxit, cui post sex annos defuncto Ludovicus VII. successor fuit, ab Innocentio, qvod Petrum, qvem ille Bituricensem Archi Episcopum constituerat, persequeretur, Ecclesiæ communione privatus.

Lotharius in Germaniam rediens prope Tridentum moritur, anno 1137. Ei *Conradum* Sveviæ Ducem Principes surrogârunt: perqve id tempus & *Anacletus* Antipapa decessit, cui suffectus est alius, qvi *Victor IV.* appellari voluit, qvi tamen sponte deinde Papalem dignitatem soli *Innocentio* cessit. An. Chr. 1137. An. Chr. 1138.

cessit. Is rursum cum Rogerio belligerans denuò capitur, & paulò post dimittitur, cum Regem cum Apuliæ & Calabriæ appellâsset, Sedis Romanæ beneficio. Sic qvæ Imperii erant, alienata sunt. Mortuus Innocentius *Cœlestinum*, hic post qvinqve menses
An. Chr. 1143. *Lucium* succesſorem habet, qvem per seditionem lapide percussum Romani occiderunt. *Otto Frising. Urspergensis, Nauclerus, Sigeberti continuator, &c.*

7. Ludovicum Galliæ Regem, anathemati subjectum ab Innocentio, prædiximus, ab eo ut liberaretur per Eugenium III. Pontificem Bernhardi discipulum, Lucii succesſorem, iter suscepit in Palæstinam, rebus Christianorum subsidio venturus. Idem ut faceret Conradus Imperator, auctor & ipsi fuit Bernhardus. Instructus igitur exercitibus in Orientem contendunt ambo: & prior qvidem Conradus: uterqve tamen clade haud mediocri à Turcis in Asia affectus est, proditione *Emanuelis Comneni*, Græci Imperatoris, qvi post Calo Johannem parentem an. 1143. extinctum imperavit. Sineqve magno aliqvo operæ precio, Damasco obsessa nec expugnata, in Europam reversi sunt. Rex tum fuit Hierosolymis *Balduinus III.* qvi Fulconi, genero Balduini à Burgo, succesſerat;
An. Chr. 1147.

qvo

Qvo tempore, cum res Christianorum periclitarentur, à Pontifice & Bernhardo aliqvot in Gallia *Synodi* actæ sunt, de mittendis in Palæstinam auxiliis. Id qvod Cistertienses Monachi populo dissvaserunt, Bernhardo obtrectantes, qvi priorem expeditionem tàm infelicem svaserat. Eâdemq; propè ætate Angli, Flandri & Lotharingi, classe in Hispaniam advecti, Saracenos Ulyssipone, & aliis in eo littore urbibus expulerunt Alphonsi IIX. Hispaniæ Regis auxilio, & Portugalliæ regno originem fecerunt. *Matth. Paris. Aventinus.*

8. Fuêre etiam, qvi hoc tempore Romana sacra, & Pontificis imprimis Dominatum, impugnare aggressi sunt.

Huc referendus est *Arnoldus de Brixia* cum *Petro Abaelardo* præceptore suo: cujus dogma fuit, Pontifici & Prælatis nullam politici regiminis competere potestatem, sed sacrorum duntaxat curam; neqve ex tributis alio qvovis nomine pendi solitis, sed solis oblationibus illis victitandum. Ejus Sectatores Arnoldistæ vocati sunt, pluresq; in sua opinione commoverunt: unde accidit, ut Romani, Lucio Pontifici rebelles facti, jura Reipublicæ ab illo repeterent, Senatum novum & patritium crearent; ad qvem Reipublicæ negotia solum pertinerent. In qva seditione Lucium lapide ab incerto auctore percussum esse, supra innuimus. Alter est *Gilbertus Porretanus*, qvi, cum subtiliter ad Philosophiæ Aristotelicæ præcepta Theologicas causas exigeret, dubitare cœpit, utrum rectè dicatur, divinam essentiam esse Deum: proprietates personarum esse ipsas personas: personas divinitatis fieri prædicata propositionum: divinam naturam factam esse carnem: alium posse mereri,

ri, præter solum Christum: non salvandos vere baptizari, &c. cui ab Eugenio Papa & Bernhardo obviam itum est, habitæq; sunt ejus rei causa *Synodi, Antisiodori, Parisiis, Rhemis*: in qva postrema contra Gilbertum, *symbolum* Bernhardus edidit, conqverentibus apud Eugenium Cardinalibus, qvod is tale qvid inconsulto Pontifice ausus esset. Tertia Hæresis Henricum qvendam auctorem habet, dicta *Petrobrusianorum*, à Petro Bruis, Henrici doctore negante, Baptismum infantum esse validum, templaqve dirui oportere, asserente; qvæ frustrà in honorem Dei conderentur: suffragia vivorum pro defunctis his nihil prodesse, corpus & sangvinem Domini in Eucharistia non verè esse præsentia; Cantica Ecclesiastica canonicorum, irrisiones esse Dei. Qvibus dogmatibus Petrus Cluniacensis Abbas, hæc recensens, sese opposuit, nec minùs etiam Bernhardus, qvem miracula hæresibus opposuisse, Godefridus Claravallensis Monachus in ipsius vita testatur. Non videntur ab his dissimiles esse, qvi se tùm *Apostolicos* vocabant, de qvibus *Bernhardus in Canticum sermone 66.* memorat, qvod irriserint Catholicos, qvi baptizent infantes, orent pro mortuis, sanctorum suffragia postulent, ignemqve purgatorium formident: qvodqve dixerint, Pontifices, Archi-Episcopos, Episcopos, Sacerdotes malos esse, nec dandis, nec recipiendis Sacramentis idoneos. Iisdem tribuit Bernhardus Manichæorum impuritates, nimium fortè crudulus famæ, talia ex odio confingenti. Addit enim, castitatem perpetuam, abstinentiam à carnibus atqve omnibus juramentis illos esse professos, neq; dignosci ab aliis potuisse, qvod moribus ritibusqve similes Catholicis, eadem in conventibus Ecclesiasticis præstarent. His multum absimilis est planꝰ ille, *Brito*, nomine *Eum*, magiæ peritus, qvi magnam secum multitudinē præstigiis magicis dementatam traxit, cum nominis sui similitudine fatuos induxisset, ut crederent, se esse *Eum*, qvi venturus est ad judicandum vivos & mortuos, & seculum per ignem;

ignem; sicut in Exorcismis Ecclesiasticis confiteri Ecclesiam noverant. Is in eodem, de qvo prædiximus, Rhemensi Concilio captivus oblatus est Eugenio Papæ. Floruit tunc qvoq; in Gallia *Hildegardis* nobilis monialis, ad qvam Pontifex literas dedit, monens eam, ut qvæ vaticinia, Spiritu sancto dictante, concepisset, literis mandaret, monituq; Bernhardi, ejus jam editas divinationes perlegit & approbavit. Vaticinata est autem inter alia, qvod magna olim religionis futura sit mutatio. Tulit etiam hæc ætas *VVilhelmum* Aqvitaniæ Ducem, qvi Ducatu relicto ad loca sancta profectus, tandemqve Monachus factus est, Patriarcha Wilhelmitarum, qvibus novam regulam præscripsit à Pontificibus postea approbatam. Consulantur *Bernhardus*, *Otto Frisingensis*, *VVilhelmus Neubrigiensis*, *Robertus de monte in appendice ad Sigebert.*

9. Anno 1152. Conradus Imp. fatis concessit, & seqvente anno Eugenius Papa. Huic *Anastasius IV.* illi *Fridericus Svevia Dux*, ex fratre nepos, cognomento *Barbarossa*, succesêre. Eodem anno Bernhardum qvoqve mori contigit, monasteriorum ultra 150. auctorem: qvem Alexander Papa post novem annos in *Sanctorum* Catalogum retulit.

Scripta ejus indubitata sunt, *qVæ Godefridus* recensuit, nimirum: *Homilia 4. in laudem Virginis Mariæ: de gradibus humilitatis. De diligendo Deo. Liber Apologeticus ad GVilielmum Abbatem. De præcepto & dispensatione. Exhortatorium ad milites templi. De gratia & libero arbitrio. Libri 5. de consideratione ad Eugenium. In Cantica Sermones 86. Epistola 351. Vita S. Malachiæ Episcopi Hiberniæ. Medio in censu habentur:*

Sermones majores 177. *de Sanctis argumentus, & minores* 66. His adde *Hymnum* qui incipit, *Jesu dulcis memoria.* In tertio ordine recensentur operâ, quæ Bernhardo suppositæ sunt, quorum catalogum *Bellarm. de Scr. Eccles.* exhibet.

Quantæ is fuerit apud Reges, Principes, ipsosque Pontifices auctoritatis, res ejus gestæ, & Scripta loquuntur, eamque sibi pietate vitæ, & doctrina non vulgari cum eloquentia conjunctâ conciliavit. multis tamen, ut tunc seculum fuit, superstitionibus apud se locum concedens.

10. Atque, ut ætatis ejus alios etiam Scriptores commemoremus, in hoc numero merito ponimus *Algerum* Scholasticum Leodiensem, qui scripsit varia opuscula, nempe, *de gratia & libero arbitrio: de misericordia & justitia: de corpore & sanguine Domini contra Berengarium libros* 3. in quibus dicere & ipse veretur, quod species panis & vini corrumpi, aut à muribus rodi possint, uti idem supra de aliis annotavimus: *Petrum Cinniacensem* Abbatem, autorem libri *adversus errores Petri de Bruis* scripti: nec non *epistolarum plurium* aliquot voluminibus comprehensarum: *Hugonem de S. Victore* Monachum Anglo-Saxonem, cujus Scripta *tribus tomis* contenta hæc sunt: *In primo Tomo de Scriptoribus sacris prænotationes; Annotationes in Pentateuchum, libros Judicum, Regum, aliquot Psalmos; in Ecclesiasten Homilia* 19. *Annotationes in Threnos, Joëlem, Abdiam. Annotationes Allegoriarum in totum Vetus Testamentum, excepti Prophetis & libris sapientia. Annotationes Allegoriarum in IV. Evangelistas. Annotationes & quæstiones literales in Epistolas Paulinas. Annotationes in Dionysium Areopagitam. Secundi Tomi* sunt ista: *Institutiones Decalogica. Expositio Regulæ S. Augustini: de institutione novitiorum libri* 4. *De medicina animæ. De*

clau-

claustro anima, qvi tamen aliis videtur esse *Hugonis de Folseria. De laude charitatis. De modo orandi. De fructu carnis & spiritus. De nuptiis carnalibus & spiritualibus, l. 2. De vanitate mundi libri 4. De meditatione, de Arca mystica, de Arca Noë libri 4. Sermones* 102. variorum argumentorum. *Tertii Tomi* illa : *Didascali libri 7. de potestate & voluntate Dei. De qvadruplici voluntate in Christo. De sapientia anima Christi. De unione corporis & spiritus. De Verbi Dei efficacia. Apologia de Verbo incarnato. De eadem materia Disputationes tres. De perpetua virginitate S. Maria. Miscellaneorum libri 5. De filia Jephtha. Speculum de mysteriis Ecclesiæ De Ceremoniis, Sacramentis & officiis Ecclesiasticis, l. 3. De canone mystici libaminis libellus. Dialogus de Sacramentis legis naturalis & scriptæ. Summa sententiarum. 7. tractatibus comprehensa. De Sacramentis Christianæ fidei libri 2.* Non pauca tamen sunt in Hugonis operibus, qvæ germana non sunt, in *editione Veneta* notata. Æqvalis illi fuit *Richardus de S. Victore*, ejusdem Cœnobii S. Victoris incola, natione Scotus, qvi non pauciora Hugone elucubravit in *duos Tomos* digesta, qvibus cum *Variis Tractatus aliis*, tùm *in S. Scripturam explicationes* istæ continentur: *Explanatio difficultatum ex tabernaculo fœderis. De templo Salomonis ad literam. De concordia temporum in libros Regum. Explanatio variorum locorum in Psalmos. Explanatio Cantici Canticorum. De visione Ezechielis. De templo Ezechielis. Decisio dubiorum in Apostolo, & in Apocalypsin Johannis libri 7.* Addendi sunt his Historici tres, *Wilhelmus Malmesburiensis*, Monachus Anglus, à qvo supersunt *libri 5. de rebus gestis Regum Anglorum Libri duo historiæ novellæ, & libri qvatuor de rebus gestis Pontificum Anglorum Henrici Huntingdonensis*, qvi *libros 8. Historiæ Anglicanæ, pertingentis ad annum* 1153. post se reliqvit. Et *Otto Frisingensis Episcopus*, uterinus frater Conradi Imperatoris, cui debemus *libros septem Chronicorum ab Orbe condi-*

20, usq; *ad annum* 1146. qvibus addidit *librum octavum de fine mundi, Anti-Christo persecutione & novissima.* Scripsit præterea *de rebus gestis Friderici I. Imperatoris libros duos*, qvibus adjecit alios duos *Radevicus Canonicus Frisingensis.* Hic deniqve laudandi sunt: *Gratianus Decreti compilator*, qvod è Scripturis sacris, responsis Pontificum, Canonibus Synodorum, sententiisqve Patrum collegit. Malè audit apud Pontificios, qvod qvædam inseruit decretis, qvæ Pontificis summæ potestati derogant, qvæ illum imprudenter è schismaticis Scriptoribus petiisse conqveruntur. *Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis*, qvi eodem tempore, qvo Gratianus canones, Theologorum *sententias* collegit, *libru qvatuor*, qvorum *primus* continet *sententias Patrum de Trinitate & unitate Dei. Secundus, de creatione mundi, & præcipuè Angelorum & hominum, item de gratia Dei. Tertius, de incarnatione Verbi, de qj; Virtutibus & vitiis. Qvartus, de Sacramentis & novissimis.* Præter hos sententiarum libros, *Glossas* qvoqve scripsit *in Psalmos & Epistolas.* Et qvamvis *Magister* passim apud scholasticos Doctores audiat, *Theologiæ qvippe scholasticæ Pater*, ut *Gratianus Canonistarum*, nihilominus rarum articuli 26. notantur, in qvibus Magister à scholasticis Doctoribus rejici solet. Qvin imò hæreseos cum accusatum, ejusqve sententiam in Concilio aliqvo Parisiensi sub Alexandro Papa III. damnatam fuisse tentatur *Matth. Parisiensis*, qvâ docuerat, Christum ut hominem non esse aliqvid. Deniqve *Petrus Comestor* autor *Historia scholastica, è Pentateucho ceterisq; historicis Scripturæ Veteris & Novi Testam. tàm Apocryphis, qvàm Canonicis libris consarcinata.* Multa autem sacro textui partim ex glossis, partim Scriptoribus profanis inserta, qvæ non rarò incerta aut falsa sunt.

II. *Anastasius* autem *Papa*, posteqvam non toto biennio Romanam Sedem tenuisset,

tenuisset, moritur, electusque ejus loco *Hadrianus IV.* Imperatori Friderico multum facessit negotii. Cum enim Mediolanensibus ad pacem adactis, Romam Imperator contendisset, petiturus coronationem, atque inter ipsa solennia ascendente in equum Pontifice sinistrum Imperator stapedem tenuisset, cùm dextrum, ut teneret, mos esset, adeò ille exarsit, ut coronationem denegaret: & quamvis Imperator sibi petiisset ignosci, quod ex errore hoc fecisset, stratoris quippe officio nunquam anteà functus; pernegavit tamen, nisi novâ solennitate instituta, quod moris esset, ab Imperatore præstaretur. Paulò post, publicè quidam exustus est, quod sensisset, regnum Sacerdotio præferendum. Cùm inde Fridericus in Germaniam rediisset, & Polonos domuisset, mox iterum in Italiam reverti necesse habuit, ob motus Mediolanensium, qui rursum obsessi se dedunt, inque gratiam recipiuntur. At verò Hadrianus Imperatoris in Italia potentiam ægrè ferens, iisdem ut denuò rebellarent, auctor fuit; cumque illis difficulter id persuaderet, nullam cansam seditioni prætexere scientibus, ana-

An. Chr. 1154.

An. Chr. 1155.

the-

An. Chr. 1159. themate Imperatorem feriit, sed paulò pòst, musca in os involans Papam necavit.

Negant *Baronius* cum *Spondano ad ann. 1159.* ab Hadriano Fridericum tùm excommunicatum esse, deqve musca fabulam esse contendunt, à schismaticis confictam, licet utrumqve tradat *Ursspergensis*. Discordiarum verò novam semina fuisse fatentur ista, qvod Imperator pactis cum Eugenio stare nollet, & ab Episcopis non solùm fidelitatem, sed & homagium, poscceret, inqve epistolis suum nomen Pontificis nomini præponeret, & dictionibus singularis numeri eum alloqveretur. Videndus est de his *Radvicus*. Apud qvem & literas hinc inde missas reperire licet, inter qvas illæ sunt Hadriani, qvæ priori offensæ causam dederunt, qvibus, beneficio sedis Apostolicæ, coronam Friderico collatam scripsit. Qvo utroqve verbo gravissime ille commotus, legatos ignominiosè dimisit, & religionis causa Romam profici sci concessit nemini: steteruntqve tunc ipsi etiam Germani Episcopi pro Imperatore, imperiiqve libertatem scripta ad Hadrianum epistola asseruerunt, qvâ re ille coactus interpretatione verba epistolæ suæ mitigravit. *vid. Radevic. libr. 1. à cap. 15. usqve 43.* Extat ejusdem *Hadriani Diploma* ad Henricum Angliæ Regem,

Regem, de concessa illi qvam petierat, licentia intrandi Hiberniam Insulam, ad corrigendos barbaros illius populi mores, eandemqve pro Christianæ religionis augmento tanqvam dominio possidendi: salvo tamen Ecclesiastico jure, & sub conditione pensionis unius denarii annui de singulis domibus, solvendæ SS. Romanæ Ecclesiæ, *ad cujus*, ut ait, *jus eam Insulam, aliasqve omnes, qvæ documenta fidei Christianæ cepissent, pertinere, nemini dubium esset. vid. Baron. anno citato.*

12 Morte Adriani duo electi sunt Pontifices *Octavianus*, qvi *Victor VI.* & *Rolandus*, qvi *Alexander III.* nuncupari voluit. *Victorem* Imperator, *Alexandrum* Galliæ & Angliæ Reges foverunt, & pleriqve alii. Legatos enim hac illâc dimisit, qvi suam causam apud omnes Principes agerent. Et narrat Tyrius, adventu ejusce modi legati Concilium habi- An. Chr. tum esse Nazarethi in Palæstina, in qvo 1160. Alexander pro Pontifice agnitus est. Imperator autem seqventi anno, qvi est a nato Christo 1160. Papiæ Synodum convocavit, ut schismati mederetur, in qva unà cum Germaniæ Italiæqve Epi-

scopis *Victor* comparuit, & confirmatus est : *Alexander* comparere nolens, damnatus : ideoqve in Galliam ad Clarum montem profugit, ibiqve Concilio indicto in Victorem pariter & Fridericum Excommunicationis sententiam pro-
An. Chr. 1162. nunciavit. Multa interim Fridericus pro concilianda pace tentavit, Avenionem secum adducens *Victorem* Pontificem, qvo Rex Galliæ ex pacto perducere Alexandrum qvoqve debuerat, sed is judicium omne detrectans, Romani Pontificis potestatem nulli subjectam hominum judicio allegabat. Moritur paulò post Victor, qvem *Otto Morena* ejus temporis Scriptor miraculis claruisse jactitat, *Baronius* verò cum
An. Chr. 1164. *Spondano*, tanqvam in schismate sine pœnitentia mortuum in inferno collocant. Suffecerunt ei qvidam Cardinales, Alexandro communicare detrectantes, de suo numero *Gvidonem Cremensem*, eumqve *Paschalem III.* nominârunt; missis eâ de re nunciis ad Imperatorem tum in Germania degentem, *à qvo electio rata habita est.*

est. Qvo audito Alexander Turoni iterum fulmen excommunicationis in Paschalem pariter & Imperatorem contorqvet. Atqve is freqventibus inter hæc Mediolanensium rebellionibus aliqvoties in Italiam tractus, noviſſimè urbem excidio propè deleverat, populo expulſo, & per Italiam diſperſo. Qvo tempore corpora trium, ut vocant, Regum inde Coloniam deportata ſunt. Ubitamen in Germaniam rediiſſet Cæſar, populus ſe iterum colligere, Urbem reſtaurare, & aliam præterea de Pontificis nomine Alexandriam condere, Alexander etiam Romam è Gallia ad preces Romanorum reverti. Redit igitur in Italiam Fridericus, & captâ Urbe Romanos ſeditioſos domat, cæſis 12000. Alexander autem non expectato ejus adventu profugerat prius, ſed mox Imperatore Germaniam repetente, cum Longobardis Venetisqve contra eum fœdus inivit: qvo in bello, cùm filius Cæſaris Otto Venetias obſideret, àqve Venetis captus eſſet, de pace agi cœptum eſt, qvæ ubi convenit,

An. Chr. 1166.

An. Chr. 1167.

cessit. Is rursum cum Rogerio belligerans denuò capitur, & paulò post dimittitur, cum Regem cum Apuliæ & Calabriæ appellàsset, Sedis Romanæ beneficio. Sic qvæ Imperii erant, alienata sunt. Mortuus Innocentius *Cœlestinum*, hic post qvinqve menses
An. Chr. 1143. *Lucium* successorem habet, qvem per seditionem lapide percussum Romani occiderunt. *Otto Frising. Urspergensis, Nauclerus, Sigeberti continuator, &c.*

7. Ludovicum Galliæ Regem, anathemati subjectum ab Innocentio, prædiximus, ab eo ut liberaretur per Eugenium III. Pontificem Bernhardi discipulum, Lucii successorem, iter suscepit in Palæstinam, rebus Christianorum subsidio venturus. Idem ut faceret Conradus Imperator, auctor & ipsi fuit Bernhardus. Instru-
An. Chr. 1147. ctus igitur exercitibus in Orientem contendunt ambo: & prior qvidem Conradus: uterqve tamen clade haud mediocri à Turcis in Asia affectus est, proditione *Emanuelis Comneni*, Græci Imperatoris, qvi post Calo Johannem parentem an. 1143. extinctum imperavit. Sineqve magno aliqvo operæ precio, Damasco obsessa nec expugnata, in Europam reversi sunt. Rex tum fuit Hierosolymis *Balduinus III.* qvi Fulconi, genero Balduini à Burgo, successerat;

qvo

Qvo tempore, cum res Christianorum periclitarentur, à Pontifice & Bernhardo aliqvot in Gallia *Synodi* actæ sunt, de mittendis in Palæstinam auxiliis. Id qvod Cistertienses Monachi populo dissvaserunt, Bernhardo obtrectantes, qvi priorem expeditionem tàm infelicem svaserat. Eâdemq; propè ætate Angli, Flandri & Lotharingi, classe in Hispaniam advecti, Saracenos Ulyssipone, & aliis in eo littore urbibus expulerunt Alphonsi IIX. Hispaniæ Regis auxilio, & Portugalliæ regno originem fecerunt. *Matth. Paris. Aventinus.*

8. Fuêre etiam, qvi hoc tempore Romana sacra, & Pontificis imprimis Dominatum, impugnare aggressi sunt.

Huc referendus est *Arnoldus de Brixia* cum *Petro Abaslardo* præceptore suo: cujus dogma fuit, Pontifici & Prælatis nullam politici regiminis competere potestatem, sed sacrorum duntaxat curam; neqve ex tributis alio qvovis nomine pendi solitis, sed solis oblationibus illis victitandum. Ejus Sectatores Arnoldistæ vocati sunt, pluresq; in sua opinione commoverunt: unde accidit, ut Romani, Lucio Pontifici rebelles facti, jura Reipublicæ ab illo repeterent, Senatum novum & patritium crearent; ad qvem Reipublicæ negotia solum pertinerent. In qva seditione Lucium lapide ab incerto auctore percussum esse, supra innuimus. Alter est *Gilbertus Porretanus*, qvi, cum subtiliter ad Philosophiæ Aristotelicæ præcepta Theologicas causas exigeret, dubitare cœpit, utrum rectè dicatur, divinam essentiam esse Deum: proprietates personarum esse ipsas personas: personas divinitatis fieri prædicata propositionum: divinam naturam factam esse carnem; alium posse mereri,

ri, præter solum Christum: non salvandos vere baptizari, &c. cui ab Eugenio Papa & Bernhardo obviam itum est, habitæq; sunt ejus rei causâ *Synodi, Antissiodori, Parisius, Rhemis*: in qva postrema contra Gilbertum, *Symbolum* Bernhardus edidit, conqverentibus apud hujus genium Cardinalibus, qvod is tale qvid inconsulto pontifice ausus esset. Tertia Hæresis Henricum qvendam auctorem habet, dicta *Petrobrusianorum*, a Petro Bruis, Henrici doctore negante, Baptismum infantum esse validum, templaqve dirui oportere, asserente; qvæ frustrà in honorem Dei conderentur: suffragia vivorum pro defunctis his nihil prodesse, corpus & sangvinem Domini in Eucharistia non verè esse præsentia; Cantica Ecclesiastica canonicorum, irrisiones esse Dei. Qvibus dogmatibus Petrus Cluniacensis Abbas, hæc recensens, sese opposuit, nec minùs etiam Bernhardus, qvem miracula hæresibus opposuisse, Godefridus Claravallensis Monachus in ipsius vita testatur. Non videntur ab his dissimiles esse, qvi se tùm *Apostolicos* vocabant, de qvibus *Bernhardus in Canticum sermone 66.* memorat, qvod irriserint Catholicos, qvi baptizent infantes, orent pro mortuis, sanctorum suffragia postulent, ignemqve purgatorium formident: qvodqve dixerint, Pontifices, Archiepiscopos, Episcopos, Sacerdotes malos esse, nec dandis, nec recipiendis Sacramentis idoneos. Iisdem tribuit Bernhardus Manichæorum impuritates, nimium fortè crudulus famæ, talia ex odio confingenti. Addit enim, castitatem perpetuam, abstinentiam à carnibus atqve omnibus juramentis illos esse professos, neq; dignosci ab aliis potuisse, qvod moribus ritibusqve similes Catholicis, eadem in conventibus Ecclesiasticis præstarent. His multum absimilis est planè ille, *Brito*, nomine *Eon*, magiæ peritus, qvi magnam secum multitudinè præstigiis magicis dementatam traxit, cum nominis sui similitudine ne fatuos induxisset, ut crederent, se esse *Eum*, qvi venturus est ad judicandum vivos & mortuos, & seculum per ignem;

ignem; sicut in Exorcismis Ecclesiasticis confiteri Ecclesiam noverant. Is in eodem, de qvo prædiximus, Rhenensi Concilio captivus oblatus est Eugenio Papæ. Floruit tunc qvoq; in Gallia *Hildegardis* nobilis monialis, ad qvam Pontifex literas dedit, monens eam, ut qvæ vaticinia, Spiritu sancto dictante, concepisset, literis mandaret, monituq; Bernhardi, ejus jam editas divinationes perlegit & approbavit. Vaticinata est autem inter alia, qvod magna olim religionis futura sit mutatio. Tulit etiam hæc ætas *Wilhelmum* Aqvitaniæ Ducem, qvi Ducatu relicto ad loca sancta profectus, tandemqve Monachus factus est, Patriarcha Wilhelmitarum, qvibus novam regulam præscripsit à Pontificibus postea approbatam. Consulantur *Bernhardus*, *Otto Frisingensis*, *Wilhelmus Neubrigiensis*, *Robertus de monte in appendice ad Sigebert.*

9. Anno 1152. Conradus Imp. fatis concessit, & seqvente anno Eugenius Papa. Huic *Anastasius IV.* illi *Fridericus Svevia Dux*, ex fratre nepos, cognomento *Barbarossa*, succesSêre. Eodem anno Bernhardum qvoqve mori contigit, monasteriorum ultra 150. auctorem: qvem Alexander Papa post novem annos in *Sanctorum* Catalogum retulit.

Scripta ejus indubitata sunt, *qva Godefridus* recensuit, nimirum: *Homilia 4. in laudem Virginis Mariæ: de gradibus humilitatis. De diligendo Deo. Liber Apologeticus ad Gvilielmum Abbatem. De præcepto & dispensatione. Exhortatorius ad milites templi. De gratia & libero arbitrio. Libri 5. de consideratione ad Eugenium. In Cantica Sermones 86. Epistolæ 351. Vita S. Malachiæ Episcopi Hiberniæ. Medio in censu habentur:*

Sermones majores 177. *de Variis argumentis, & minores* 66. His adde *Hymnum* qui incipit, *Jesu dulcis memoria.* In tertio ordine recensentur opera, quæ Bernhardo supposita sunt, quorum catalogum *Bellarm. de Scr. Eccles.* exhibet.

Quantæ is fuerit apud Reges, Principes, ipsosque Pontifices auctoritatis, res ejus gestæ, & Scripta loquuntur, eamque sibi pietate vitæ, & doctrina non vulgari cum eloquentia conjunctâ conciliavit, multis tamen, ut tunc seculum fuit, superstitionibus apud se locum concedens.

10. Atque, ut ætatis ejus alios etiam Scriptores commemoremus, in hoc numero merito ponimus *Algerum* Scholasticum Leodiensem, qui scripsit varia opuscula, nempe, *de gratia & libero arbitrio: de misericordia & justitia: de corpore & sanguine Domini contra Berengarium libros* 3. in quibus dicere & ipse veretur, quod species panis & vini corrumpi, aut à muribus rodi possint, uti idem supra de aliis annotavimus: *Petrum Cluniacensem* Abbatem, autorem libri *adversus errores Petri de Bruis* scripti: nec non *epistolarum plurium* aliquot voluminibus comprehensarum: *Hugonem de S. Victore* Monachum Anglo-Saxonem, cujus Scripta *tribus tomis* contenta hæc sunt: *In primo Tomo de Scriptoribus sacris prænotationes; Annotationes in Pentateuchum, libros Judicum, Regum, aliquot Psalmos; in Ecclesiasten Homilias* 19. *Annotationes in Threnos, Joëlem, Abdiam. Annotationes Allegoriarum in totum Vetus Testamentum, exceptis Prophetis & libris sapientiæ. Annotationes Allegoriarum in IV. Evangelistas. Annotationes & quæstiones literales in Epistolas Paulinas. Annotationes in Dionysium Areopagitam. Secundi Tomi* sunt ista: *Institutiones Decalogicæ. Expositio Regulæ S. Augustini: de institutione novitiorum libri* 4. *De medicina animæ. De*

clau-

claustro anima, qvi tamen aliis videtur esse *Hugonis de Folieto*. *De laude charitatis. De modo orandi. De fructu carnis & spiritus. De nuptiis carnalibus & spiritualibus*, l. 2. *De Vanitate mundi libri* 4. *De meditatione, de Arca mystica, de Arca Noë libri* 4. *Sermones* 102. variorum argumentorum. *Tertii Tomi* illa: *Didascalii libri* 7. *de potestate & voluntate Dei. De qvadruplici voluntate in Christo. De sapientia anima Christi. De unione corporis & spiritus. De Verbi Dei efficacia. Apologia de Verbo incarnato. De eadem materia Disputationes tres. De perpetua Virginitate S. Mariæ. Miscellaneorum libri* 5. *De filia Jephthæ. Speculum de mysteriis Ecclesiæ. De Ceremoniis, Sacramentis & officiis Ecclesiasticis*, l. 3. *De canone mystici libaminis libellus. Dialogus de Sacramentis legis naturalis & scriptæ. Summa sententiarum*, 7. *tractatibus comprehensa. De Sacramentis Christianæ fidei libri* 2. Non pauca tamen sunt in Hugonis operibus, qvæ germana non sunt, in *editione Veneta* notata. Æqvalis illi fuit *Richardus de S. Victore*, ejusdem Cœnobii S. Victoris incola, nationę Scotus, qvi non pauciora Hugone elucubravit in *duos Tomos* digesta, qvibus cum *variis Tractatuum libris*, tùm *in S. Scripturam explicationes* istæ continentur: *Explanatio difficultatum ex tabernaculo fœderis. De templo Salomonis ad literam. De concordia temporum in libros Regum. Explanatio variorum locorum in Psalmos. Explanatio Cantici Canticorum. De Visione Ezechielis. De templo Ezechielis. Decisio dubiorum in Apostolo, & in Apocalypsin Johannis libri* 7. Addendi sunt his Historici tres, *Wilhelmus Malmesburiensis*, Monachus Anglus, à qvo supersunt *libri* 5. *de rebus gestis Regum Anglorum. Libri duo historiæ novellæ, & libri qvatuor de rebus gestis Pontificum Anglorum Henrico Huntingdoniensis*, qvi *libros* 8. *Historiæ Anglicanæ, pertingentis ad annum* 1153. post se reliqvit. Et *Otto Frisingensis Episcopus*, uterinus frater Conradi Imperatoris, cui debemus *libros septem Chronicorum ab Orbe condi-*

to, usq; ad annum 1146 qvibus addidit *librum octavum de fine mundi, Anti-Christi persecutione & novissimo.* Scripsit præterea *de rebus gestis Friderici I. Imperatoris libros duos*, qvibus adjecit alios duos *Radevicus Canonicus Frisingensis.* Hic deniqve laudandi sunt: *Gratianus Decreti compilator*, qvod è Scripturis sacris, responsis Pontificum, Canonibus Synodorum, sententiisqve Patrum collegit. Malè audit apud Pontificios, qvod qvædam inseruit decretis, qvæ Pontificis summæ potestati derogant, qvæ illum imprudenter è schismaticis Scriptoribus petiisse conqveruntur. *Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis*, qvi eodem tempore, qvo Gratianus canones, Theologorum *sententias* collegit, *libris qvatuor*, qvorum *primus* continet *sententias Patrum de Trinitate & unitate Dei. Secundus, de creatione mundi, & præcipuè Angelorum & hominum, item de gratia Dei. Tertius, de incarnatione Verbi, deq; virtutibus & vitiis. Qvartus, de Sacramentis & novissimis.* Præter hos sententiarum libros, *Glossas* qvoqve scripsit *in Psalmos & Epistolas.* Et qvamvis *Magister* passim apud scholasticos Doctores audiat, *Theologiæ qvippe scholasticæ Pater*, ut *Gratianus Canonistarum*, nihilominus tamen articuli 26. notantur, in qvibus Magister à scholasticis Doctoribus rejici solet. Qvin imò hæreseos cum accusatum, ejusqve sententiam in Concilio aliqvo Parisiensi sub Alexandro Papa III. damnatam fuisse testatur *Matth. Parisiensis*, qvâ docuerat, Christum ut hominem non esse aliqvid. Deniqve *Petrus Comestor* autor *Historiæ scholasticæ, è Pentateucho ceterisq; historicis S. Scripturæ Veteris & Novi Testam. tàm Apocryphis, qvam Canonicis libris consarcinata.* Multa autem sacro textui partim ex glossis, partim Scriptoribus profanis inseruit, qvæ non rarò incerta aut falsa sunt.

11. *Anastasius* autem *Papa*, postqvam non toto biennio Romanam Sedem tenuisset

tenuisset, moritur, electusque ejus loco *Hadrianus IV.* Imperatori Friderico multum facessit negotii. Cum enim Mediolanensibus ad pacem adactis, Romam Imperator contendisset, petiturus coronationem, atque inter ipsa solennia ascendente in equum Pontifice sinistrum Imperator stapedem tenuisset, cùm dextrum, ut teneret, mos esset, adeò ille exarsit, ut coronationem denegaret: & quamvis Imperator sibi petiisset ignosci, quod ex errore hoc fecisset, stratoris quippe officio nunquam anteà functus; pernegavit tamen, nisi novâ solennitate instituta, quod moris esset, ab Imperatore præstaretur. Paulò post, publicè quidam exustus est, quod sensisset, regnum Sacerdotio præferendum. Cùm inde Fridericus in Germaniam rediisset, & Polonos domuisset, mox iterum in Italiam reverti necesse habuit, ob motus Mediolanensium, qui rursum obsessi se dedunt, inque gratiam recipiuntur. At verò Hadrianus Imperatoris in Italia potentiam ægrè ferens, iisdem ut denuò rebellarent, auctor fuit; cumque illis difficulter id persuaderet, nullam causam seditioni prætexere scientibus, ana-

An. Chr. 1154.

An. Chr. 1155.

the-

An. Chr. 1159. themate Imperatorem ferit, sed paulò pòst, musca in os involans Papam necavit.

Negant *Baronius* cum *Spondano ad ann. 1159.* ab Hadriano Fridericum tùm excommunicatum esse, deqve musca fabulam esse contendunt, à schismaticis confictam, licet utrumqve tradat *Urspergensis*. Discordiarum verò novas semina fuisse fatentur ista, qvod Imperator pactis cum Eugenio stare nollet, & ab Episcopis non solùm fidelitatem, sed & homagium posceret, inqve epistolis suum nomen Pontificis nomini præponeret, & dictionibus singularis numeri eum alloqveretur. Videndus est de his *Radvicus*. Apud qvem & literas hinc inde missas reperire licet, inter qvas illæ sunt Hadriani, qvæ priori offensæ causam dederunt, qvibus, beneficio sedis Apostolicæ, coronam Friderico collatam scripsit. Qvo utroqve verbo gravissime ille commotus, legatos ignominiosè dimisit, & religionis causa Romam proficisci concessit nemini: steteruntqve tunc ipsi etiam Germani Episcopi pro Imperatore, imperiiqve libertatem scripta ad Hadrianum epistola asseruerunt, qvâ re ille coactus interpretatione verba epistolæ suæ mitigravit. *vid. Radevic. libr. 1. à cap. 15. usque 43.* Extat ejusdem *Hadriani Diploma* ad Henricum Angliæ Regem,

Regem, de concessa illi qvam petierat, licentia intrandi Hiberniam Insulam, ad corrigendos barbaros illius populi mores, eandemqve pro Christianæ religionis augmento tanqvam dominio possidendi : salvo tamen Ecclesiastico jure, & sub conditione pensionis unius denarii annui de singulis domibus, solvendæ SS. Romanæ Ecclesiæ, *ad cujus*, ut ait, *jus eam Insulam, aliasqve omnes, qvæ documenta fidei Christianæ cepissent, pertinere, nemini dubium esset. vid. Baron. anno citato.*

12. Morte Adriani duo electi sunt Pontifices *Octavianus*, qvi *Victor VI.* & *Rolandus*, qvi *Alexander III.* nuncupari voluit. *Victorem* Imperator, *Alexandrum* Galliæ & Angliæ Reges foverunt, & pleriqve alii. Legatos enim hac illâc dimisit, qvi suam causam apud omnes Principes agerent. Et narrat Tyrius, adventu ejuscemodi legati Concilium habitum esse Nazarethi in Palæstina, in qvo Alexander pro Pontifice agnitus est. Imperator autem seqventi anno, qvi est à nato Christo 1160. Papiæ Synodum convocavit, ut schismati mederetur, in qva unà cum Germaniæ Italiæqve Epi- An. Chr. 1160.

scopis *Victor* comparuit, & confirmatus est : *Alexander* comparere nolens, damnatus : ideoqve in Galliam ad Clarum montem profugit, ibiqve Concilio indicto in Victorem pariter & Fridericum Excommunicationis sententiam pro-
An. Chr. 1162. nunciavit. Multa interim Fridericus pro conciliandâ pace tentavit, Avenionem secum adducens *Victorem* Pontificem, qvo Rex Galliæ ex pacto perducere Alexandrum qvoqve debuerat, sed is judicium omne detrectans, Romani Pontificis potestatem nulli subjectam hominum judicio allegabat. Moritur pau-
An. Chr. 1164. lò post Victor, qvem *Otto Morena* ejus temporis Scriptor miraculis claruisse jactitat, *Baronius* verò cum *Spondano*, tanqvam in schismate sine pœnitentia mortuum in inferno collocant. Suffecerunt ei qvidam Cardinales, Alexandro communicare detrectantes, de suo numero *Gvidonem Cremensem*, cumqve *Paschalem III.* nominârunt; missis eâ de re nunciis ad Imperatorem tum in Germania degentem, *à qvo electio rata habita est.*

est. Qvo audito Alexander Turoni iterum fulmen excommunicationis in Paschalem pariter & Imperatorem contorqvet. Atqve is freqventibus inter hæc Mediolanensium rebellionibus aliqvoties in Italiam tractus, noviſſimè urbem excidio propè deleverat, populo expulſo, & per Italiam diſperſo. Qvo tempore corpora trium, ut vocant, Regum inde Coloniam deportata ſunt. Ubi tamen in Germaniam rediiſſet Cæſar, populus ſe iterum colligere, Urbem reſtaurare, & aliam præterea de Pontificis nomine Alexandriam condere, Alexander etiam Romam è Gallia ad preces Romanorum reverti. Redit igitur in Italiam Fridericus, & captâ Urbe Romanos ſeditioſos domat, cæſis 12000. Alexander autem non expectato ejus adventu profugerat prius, ſed mox Imperatore Germaniam repetente, cum Longobardis Venetisqve contra eum fœdus inivit: qvo in bello, cùm filius Cæſaris Otto Venetias obſideret, àqve Venetis captus eſſet, de pace agi cœptum eſt, qvæ ubi convenit,

An. Chr. 1166.

An. Chr. 1167.

venit, Imperator Venetias ingressus & Alexandro supplex factus esset, absolvi cupiens anathemate. An. Chr. 1177.

Narrat *Matthæus Parisiensis*, aliiqve plures, qvod cùm humi stratus ante fores D. Marci Pontificem adorâsset, ille pedibus cervicem prostrati calcans, Psalmi ea verba usurpârit: *super aspidem & Basiliscum ambulabis, & calcabis leones atque dracones.* Qvod qvidem insolens factum negare *Baronius* instituit: cui ex nostratibus adstipulantur non pauci viri docti, agitqve hoc ex professo *Georgius Remus Juris-Consultus Noricus peculiari dissertatione*, qvâ ab hac ignominia Fridericum non perfunctoriè liberat. Conferantur *Ruperti observ. in Synopsin Besoldi cap. 18. pag. 663. & seqq.* Sic pax orbi reddita, & qvi interim post mortem Paschalis, pro Pontifice se gesserat, Johannes Abbas Strumensis, & *Callistus* vocari voluerat, ab omnibus deseri cœpit. Ex *Radevico, Günthero Ligurino, Crantzio, Sabellico, &c.* Ab eodem Alexandro Wilhelmus qvoqve Scotiæ Rex excommunicatus, totumqve ejus regnum interdicto subjectum est, qvod Johannem Scotum S. Andreanum Episcopum ferre nollet: ut *Rogerius in Annali. Anglicis* testatur. In *Concilio* verò *Generali Laterano*, qvod sub eo est habitum,

tum, Episcopi, qvi in schismate Imperatori adhæserant, in gratiam sunt recepti.

Damnata ibi etiam est *Lombardi* qvædam enunciatio, qvâ scripserat, SS. *Trinitatem esse unam summam rem*, ab ipso Pontifice non intellecta. Qvapropter ab Innocentio III. 36. annis post restitutus est. Synodo interfuit *Wilhelmus Tyrius ex Oriente illuc profectus.*

13 Idem Papa Alexander Henricum Angliæ Regem durissimè habuit. Interceßere enim Regi longæ contentiones cum *Thoma*, qvam ille è Cancellario suo Archi-Episcopum Cantuariensem fecerat: is autem promotionem illam à manu Laica, ut vocant, parvi faciens, occultè Episcopatum in manus Alexandri I ontificis deposuit, aqve eodem mox recepit, qvod ægerrimè Regem habuit, contemni se existimantem. Idem Thomas prædia illa, qvæ olim ad Ecclesias pertinebant, & Laicis vendita erant, reposcens, tribunalia emtoribus ea adjudicantia contemsit; ususfructus vacantium Ecclesiarum, qvæ fiscus sibi vendicabat, retinuit, exactionem tributi à Rege impositi, tanqvam injustam prohibuit, homicidam Presbyterum damnatum tradi vetuit curiæ, sed exauctoratum inclusit monasterio, pariterqve alium qvendam canonicum facinorosum, qvem Rex ad pœnam poscebat, satis habuit censuris Ecclesiasticis cohibuisse, reliqvosq; regni Episcopos totumq; Clerum in hoc, ut sibi consentirent, perpulit. Hinc Regis adversus illum justissima indignatio, qvam inde auxit, qvod nollet confiteri, fidelitatem se Regi aliter jurâsse, qvàm salvo ordine suo, neq; hanc formulam admitteret, juratam esse Regi fidelitatem bonâ fide. Qvin imò, cùm tandem imperiis regiis adactus, hanc de bona fide interpretationem admisisset, tanqvam de gravi lapsu pœnituit, & à Pontifice absolutionem petiit. *Concilio* igitur *Nordhamtonia* collecto Rex damnari illum à Clero Anglicano curavit: Ille vero ex Anglia profugus à Rege pariter & Episcopis ad-

ad Alexandrum Papam provocavit. Cujus violentia effectum esset tandem, post longa dissidia & contraria utriusqve partis edicta, cum Pontifex interdicto Ecclesiastico & anathematis intento fulmine Regem terruisset, ut Thomas Ecclesiæ suæ post septennium fuerit restitutus; ubi tamen qvietem ferre nescius, aliisq; se opponens Episcopis, qvi Regi adhæserant, per sicarios in Ecclesia sua eodem, qvo in Angliam redierat, anno interfectus est An. Chr. 1170. & qvanqvam cædis prorsq; inscium se esse Rex jurásset, durissimam tamen subire pœnitentiam coactus est, Pontifice interdicto & excommunicatione rursus illum terrente. Neq; enim jejuniis solùm & Eleemosynis, sed & concessione totius regni in feudum ab Apostolica recipiendum sede, aliisq; ejuscemodi conditionibus absolutionem redemit. Memorant *Neubrigiensis* & *Matth. Paris.* Regem cum nudis pedibus peregrinatus esset, mox deinde in Sacrario, tanqvam in schola puerum, virgis pœnam dedisse, à singulis religiosis, qvorum multitudo magna convenerat, ictus ternos aut qvinos excipientem. Thomam triennio post, ut martyrem coli Alexander præcepit, eumqve in divorum numerum retulit. vid. *Wilhelm. Neubrigiensis, Rogerius in Annalibus Anglic. Joh. Sarisberiensis in Epist.* & qvi *Gestam Thomæ scripserunt apud Surium.*

14. Accessêre circa hoc tempus ad Christianam fidem *Rugii*, à Woldemaro Daniæ Rege vi coacti: *Livoni* item, qvantum ejus gentis adibatur mercimoniorum causa, à mercatoribus Lubecensibus & Bremensibus, à qvibus sacra Christiana primum genti illata sunt, qvæ deinde propagárunt milites Teutonici, qvorum ordo sub finem duo-

duodecimi hujus seculi à Pontifice Cœlestino confirmatus est. Cùm enim amissâ terrâ sanctâ in Asia adversus infideles pugnandi occasio illis esset erepta, in Livoniam adversum Barbaros, à Christiana religione alienos, arma verterunt. Et ne Monachorum propagines ullatenus deficerent, *Humiliatorum* ordo in Italia, *Carmelitarum* in Palæstina adinventi sunt. Cetérùm Christianorum in Palæstina res indies pessum ire & diminui cœperunt. Cùm enim anno 1163. *Balduinus IV.* hoc nomine, Hierosolymorum Rex fatis cessisset, *Almarius* frater ejus loco regnavit, qvi aliqvot in Ægyptum expeditionibus arma Saladini Ducis excivit, qvibus ipse tandem impar fuit. Moriens reliqvit Successorem *Balduinum* puerum tredecennem, qvi nepotem ex sorore & ipsum Balduinum nomine, Regem post se esse jussit: sed vix 7. mensibus superstitem: unde ad prioris Balduini privignum *Guidonem* summa rerum pervenit, sub qvo Saladinus Ægypti & Syriæ Dominus bellum Christianis fecit, ita post infelicem pugnam hi Galilæâ totâ, Ptolemai-

maide, Byblo, Beryto cesserunt, ipsamqve urbem sanctam post 18. dierum obsidionem dediderunt. In prælio Gvido Rex unà cum sancta cruce captus est: neqve ullæ urbes in Christianorum potestate remanserunt, præter Tripolin, Tyrum & Antiochiam. Obierat jam Alexander Papa, inqve ejus locum creatus erat *Lucius III.* qvi & ipse in *Concilio Veronæ*, qvod contra Romanos, à qvibus Urbe ejectus est, congregaverat, decessit. Urbanus itaqve tertius, Papa, ubi de captis Hierosolymis certior factus est, & auxilia, qvæ cò mittenda erant, tardius convenirent, & ipse animi mœrore extingvitur, & *Gregorius IX.* qvi successit, eodem moritur anno, qvo ipso & Urbs capta fuit, à nato Christo 1187. Seqventi anno *Clemens III.* Sedem Romanam occupavit. Ad cujus exhortationem *Fridericus Imp.* cum Philippo Galliæ, & Richardo Henrici filio, Angliæ Regibus expeditionem in Palæstinam susceperunt. Et Imperator qvidem exercitatissimis instructus copiis primus iter in-

An. Chr. 1181.

An. Chr. 1185.

An. Chr. 1187.

ingreditur, in qvo multa passus est ab *Isacio Angelo* Imperatore Græco; postqvam enim Emanuel decesserat, Anno Chr. 1180. filium ejus tutelæ specie oppressit Andronicus patruelis Emanuelis, An Chr. 1183. hunc Isacius iste sustulerat An. 1185. infido, ut dicere cœpimus in Europæos animo. Feliciter tamen Fridericus in Asiam pervenit, sed cùm Ciliciam totam jam occupâsset, resqve in Armenia prosperè gessisset, Saracenos profligâsset, & Saladini filium cum copiis adventantem vicisset, ab eqvo improvidè in flumen Saphet vel Saphar ingresso præcipitatur, dum hostes persequi vellet, & paulò post, cum adhuc spirans è flumine tractus esset, decessit, tanto omnium mœrore, ut vix illi ulli Principum plus lachrymarum datum sit. Conradus filius ejus, parente Tyri magnificè sepulto, ad obsidionem Ptolemaidis cum exercitu accessit, qvo etiam venerunt sequenti Anno Angliæ Galliæqve Reges: capta est urbs ope classium Genuensis & Venetæ. Sed mox orta inter Principes dissensio effecit, ut in Europam An. Chr. 1190.

ropam omnes redirent, facta cum Saladino pace ferè ignominiosâ: Imperatoris tamen filius in obsidione Acconitana diem suprem um obiit. *Tyrius, Appendix ad Radevicum. Petrus Blesensis in Epistol. 169.*

15. Inter viros doctos hoc seculò nominandus est *Petrus Blesensis* Archi-Diaconus Bathonienſis, sub Alexandro Papa floruit, & multa scripsit, nimirum *Tractatum de transfiguratione Domini: alium de conversione Pauli: Compendium in Jobum: Tractatum de Hierosolymitana peregrinatione: institutionem fidei ad Soldanum Iconii*; qvam scripsit nomine Alexandri Pontificis, à qvo Soldanus ille, svasu matris, feminæ Christianæ, instrui petierat: *Librum* item *de confessione Sacramentali*: item *de satisfactione à Sacerdote injungendâ: Canonem Episcopalem: invectivam contra depravatorem: Tractatum de amicitia Christiana*: adde *Epistolas*, qvarum multas *Baronius Tom.* 12. *Annalium* exhibet. Hujus ætatis qvoqve est *Johannes Sarisberiensis*, Episcopus Carnotensis, qvi scripsit *Vitam Thomæ Cantuariensis, opus pœnitentiale, objurgationem Cleri; Policratici libros* 8. *De nugis curialium*; *Epistolas ad diversos*. Porrò *Wilhelmus* ille *Tyri Archi-Episcopus*, de cujus *Historia* 23. *libris* bellum sacrum complexa, suprà injecta est mentio. Continuavit eam *Johannes Heroldus* additis *libris* 6. *ad annum usqve* 1521. Nec non *Helmoldus Buthonienſis* Canonicus, autor *historiæ Henetorum à Carolo M. usqve ad annum Domini* 1168. Adjiciendi sunt his *Gothefridus Viterbiensis*, Notarius Conradi III. & Friderici Imperatorum: à qvo scriptum est *Chronicon*, qvod *Pantheon* vocat, prosâ & ligata oratione confectum, divisitqve opus suum in partes viginti, idqve dedicavit Urbano III. summo Pontifici, cui nimium adulatus est, iniqvior propterea

reà Friderico Imperatori suo. *Gvilelmus Neubrigiensis* Anglicanæ historiæ conditor, qvam in *libros* 5. divisit, incipiens ab anno 1066. & desinens in annum 1197. *Rogerius de Hovedem*, qvi pariter Annales Anglicanos conscripsit, & pervenit usqve ad annum 1199. Sub finem seculi *Joachimus* ille *Abbas* divinus, natione Calaber, cujus vaticinia adhuc multorum sunt in ore, vixit. Scripsitqve *in Esaiam, Hieremiam & Apocalypsin*, nec non *concordiam Testamenti Veteris & Novi*. De Pontificibus Romanis qvædam prædixit, qvæ non usqveqvaqve Pontificiis grata sunt: idem cum interrogatus esset de expeditione Regum Galliæ Angliæqve, ad recuperanda Hierosolyma, respondit, nondum id temporis advenisse, qvo terra sancta possit recuperari, & alia ejusmodi. In Græcia claruit *Theodorus Balsamon* Antiochenus, Græcorum Episcopus nominetenus tantùm. Nam à Latinis Antiochia tenebatur. Cujus extant *Commentarii in Nomocanonem Photii*, item *in Canones Sanctorum Conciliorum & Patrum*, à Pontificiis non valdè laudati, qvoniam non minùs ac Photius Romanæ Ecclesiæ se opposuit. Dedicavit opus suum *Georgio Xiphilino Patriarchæ Constantinopolitano*.

16. Friderico Imperatori laudatissimo succedit *filius Henricus*, hoc nomine *IV*. Imperator, cui pater adhuc vivens Constantiam qvæ dotis loco Siciliæ, Calabriæ & Apuliæ regnum ei attulit. Illud occupaturus in Italiam cum exercitu venit Henricus, &. feliciter dotales conjugis suæ provincias sibi subjicit. Qvod ægrè habuit Romanos Pontifices, qvi adversus Im-

peratores illinc sibi præsidia parare consveverant. Sedem Romanam tunc *Cœlestinus III.* tenebat in *Clementis* locum
An. Chr. 1191. sufficetus. A qvo statim post parentis mortem Henricus coronatus est. Misit hic Imperator copias sexaginta millium in Palæstinam sub Ducibus, cùm ipse impediretur negotiis, à qvibus Berytus expugnata, & Saraceni prælio victi sunt, pleraqve tamen dissensionibus impedita, totusqve mox exercitus dilapsus est, postqvam fama percrebuit ob Henrici obitum, qvem uxor Constantia veneno sustulit, imperium dissensionibus laborare. Mortuus est Henricus anno 1198. sub anathemate Ecclesiastico constitutus, qvo eum Cœlestinus perculerat ob detentum, nec sine lytro dimissum, Richardum Angliæ Regem, qvi in expeditione sacra res Christianorum in discrimen adduxerat ambitione sua; & propterea à Leopoldo Austriaco, cùm per Germaniam in Angliam reverti vellet, captus, adqve Imperatorem missus erat. Sic nihil in ullis usqvam regnis negotiorum ge-

rc-

rebatur, qvibus non interveniret Romanus Pontifex, & ad qvæ Jurisdictionem Ecclesiasticam non extenderet, formidabilis Principibus cunctis, qvi in suis partibus, si Sacrorum hunc Regem haberent, vicerant; sin minùs, nullos adeò validos comparare poterant exercitus, qvibus adversus horribilem illam potestatem claudendi cœlum, qvibus vellent, & ex qvibuscunqve causis vellent, setutarentur, omnium animis tanti metu periculi, cum ubiqve superstitio regnaret, perculsis. *Ex Wilhelmo Neubrigensi, Rogerio, Matth. Paris. &c.*

CAPIT. IV.

SECTIO V.

De rebus Seculi decimi tertii.

SUMMARIA:

Philippi Svevi Imp. & Innocentii III. Pontific. item Græcorum res, n. 1. *Waldensium sive Albigensium Secta & persecutiones*, n. 2. 3. *Ordines Monastici. Ottonis IV. Imper. & pone*

Pontificum gesta, n. 4. *Scriptores hujus temporis*, n. 5. *Honorii III. Gregorii IX. PP. Friderici II. Imp. res*, n. 6. *Palæstina, Tartarica*, n. 7. *Conradus Imper. De Monachis quædam*, n. 8. *Scriptores alii*, n. 9. *Interregnum. Pontificum successiones*, n. 10. *Superstitiones hujus seculi*, n. 11. *Gregorius X. P. Concilium Lugdunense. Rudolphus Habspurgensis Imper.* n. 12. *Pontificum res*, n. 13. *Adolfus & Albertus Impp. Bonifacius VIII. P.* n. 14.

1.

FIne præcedentis seculi An. C. 1198. Regnum & Sacerdotium [ut stylo utar Pontificum assectis usitato] capitibus eodem anno privata sunt. In locum igitur Cœlestini successit *Innocentius III.* Cæsarem Germaniæ proceres elegerunt *Philippum* Henrici fratrem, Sveviæ Ducem. Adversus qvem alia Principum factio *Ottonem* Henrici Leonis F. Saxoniæ Ducem Imperatorem creavit, Pontifici probatum, Svevis ob Siciliæ regnum, qvod occuparverant, infenso: aliudqve bellum Pontifex, anathema intentans imperii Statibus, qvi Philippum reciperent: donec ita res com-

Pontificum gesta, n. 4. Scriptores hujus
peris, n. 5. Honorii III. Gregorii IX.
Friderici II. Imp. res, n. 6. Palaestina,
rarica, n. 7. Conradus Imper. De Hen
quadam, n. 8. Scriptores alii, n. 9.
gnum. Pontificum successiones, n. 10.
stiones hujus seculi, n. 11. Gregorii
Concilium Lugdunense. Rudolphus
gensis Imper. n. 12. Pontificum res, n.
dolfus & Albertus Impp. Bonifacius
n. 14.

I.

Fine præcedentis seculi An. C. 1198
gnum & Sacerdotium [ut fere
Pontificum assectis usitato] capitis
dem anno privata sunt. In locum
tur Cœlestini successit *Innocentius*
Cæsarem Germaniæ proceres elegere
lippum Henrici fratrem, Sveviæ
Adversus quem alia Principum fac
tonem Henrici Leonis F. Saxoniæ
Imperatorem creavit, Pontifici probe
Svevis ob Siciliæ regnum, quod
verant, infenso: aliudque bellum
fex, anathemia intentansium
qui Philippum reciperent

composita est, ut qvamdiu superstes Philippus esset, titulo Regis Otto abstineret. Nec diu post interfectus ille scelere Palatini Witelspachii, locum Ottoni vacuum fecit. Accidit Philippi cædes anno seculi octavo: Hic qvoqve Cæsar sub excommunicationis pœna jacuit, nec reconciliari potuit ante mortem. Innocentius enim, qvamvis pacem ille Ecclesiæ poscceret, aliter tamen concedere noluit, qvàm si Cæsar filiam suam filio Pontificis notho uxorem daret, & dotis loco Marchionatum Anconæ, Thusciæ & Spoleti: qvod ille facere renuebat. An. Chr. 1208.

Hoc tempore Constantinopolis à Venetis & Francis capta est, *Alexioque* Duca Imperatore interemto, constitutus est à Francis Imperator *Balduinus* Flandriæ Comes, An. C. 1204. post qvem miserabili modo à Walachis interemtum, *Henricus Flandrus*, An. Chr. 1206. inde *Petrus Comes* Altisiodorensis, Henrici gener, An. Chr. 1216 & mox capto & occiso parente, *Robertus* ejus filius, An. Chr. 1221. deniqve *Balduinus* Roberti filius, An. Chr. 1229. Imperatores fuêre. Et habuêre interim Græci qvoqve suos Augustos Adrianopoli: qvo se *Theo-*

dorus Lascaris à Græcis, post captam à Francis Urbem electus contulerat. Intercessêre anni 58. ad *Michaëlem Palæologum*, à qvo Constantinopolis An. Chr. 1262. iterum Venetorum ope recepta est, Francis pulsis, qvo totius temporis spacio Patriarchas Constantinopolis habuit Romano Pontifici subjectos. *Nicetas Chron. Urspergensis, Palmerius.*

2. Circa hoc porrò tempus celebrari Valdæ cœpit *Albigensium* nomen, doctrinaqve, ab Albio Septimaniæ oppido sic dictorum, qvi alio nomine *Waldenses, pauperes de Lugduno* & *Leonistæ* dicti sunt, à *Petro* qvodam *Valdo* Lugdunensi: non qvod is sectæ autor esset, sed qvoniam nemine uno autore existente, eximius qviqve magis sermonibus vulgi designabatur. Videntur autem propago eorum esse, qvos superiore seculo *Apostolicorum* nomine aut *Petrobrusianorum* appellatos fuisse, commemoravimus. Nam & eadem illis afficta sunt dogmata, qvæ Waldensibus, & doctrina, mores, locus, conveniunt utrisqve.

Produnt autem seipsas calumniæ de his Pontificiorum; multum inter se pugnantes, dum Manichæos alii, alii Catharos, nonnulli Arrianos eos vocant: cumqve vitæ turpitudines iis tribuunt, pares illis, qvas in *Minutii Felicis Octavo* Cæcilius homo gentilis Christianorum cœtibus affingit. Ipsorum etiam adversariorum in eo non sunt paria testimonia: qvæ inter se committit *Jacobus Usserius*, egregiè vindicans Waldensium cœtus ab absurdis illis hæresibus, morumqve flagitiis, qvas *Orida*

Ber-

dorus Lascaris à Græcis, post captam à ...
Urbem electus consulerat. Interea ...
58. ad *Michaelem Palæologum*, à quo C...
tinopolis An. Chr. 1262. iterum Vene...
ope recepta est, Francis pulsis, quo te...
poris spacio Patriarchas Constantinop...
bunt Romano Pontifici subjectos. *Nicet...*
Urspergensis, Palmerius.

2. Circa hoc porrò tempus celebr...
dæ cœpit *Albigensium* nomen, doctrina...
Albio Septimaniæ oppido sic dictorum ...
alio nomine *Waldenses, pauperes de Lug...*
Leonistæ dicti sunt, à Petro quodam Wa...
dunensi: non qvod is sectæ autor ...
qvoniam nemine uno autore exsistente ...
qviqve magis sermonibus vulgi deli...
Videntur autem propago eorum esse, q...
periore seculo *Apostolicorum* nomine ...
brusianorum appellatos fuisse, comm...
mus. Nam & eadem illis afficta sunt de...
qvæ Waldensibus, & doctrina, mores ...
conveniunt utrisqve.

Produnt autem seipsas calumniæ de ...
ciorum: multum inter se pugnantes, dum ...
alii, alii Catharos, nonnulli Arrianos eos ...
vitæ turpitudines iis tribuunt, pares illis ...
tus Felix Octavo Cæcilius homo gentilis ...
cætibus affingit. Ipsorum etiam adversar...
non sunt paria testimonia: qvæ inter se ...
bum Usserius, egregiè vindicans Waldenses ...
absurdis illis hæresibus, morumqve flagitiis ...

Perpinianus in summâ, titulo de hæres. Waldens. *Antoninus 4. parte summæ, tit. 11. c. 7.* nec non *Gabriel Prateolus* & *Bernhardus Lutzenburgius*, postq; hoc alii his attribuerunt. Consulatur *Usserii liber de Christianarum Ecclesiarum successione & statu, c. 6. p. 193.* & deinceps. Ceterùm qvàm latè hæc secta propagata fuerit, *Remerius* Italus inqvisitor, qvi vixit circa annum 1254. testatur, inter *rerum Bohemicarum Scriptores à Marqvardo Frehero editus, p. 222. seq.* nullam enim ferè terrarum esse fatetur, in qva hæc secta non serpat; & in Hispania qvidem peculiare nomen nacta est *Insabbatatorum*, à Zabbata, qvod est pedis indumentum. Nam ut est apud *Nicol. Eymericum 2. parte Directorii inqvisitorum*, Insabbatati dicuntur, qvod in sotulari, qvod Zabbato Hispanis dicitur, signum singulare deferebant, unde à complicibus suis noscerentur. Non enim apertè profitebantur Sectam suam, nec, nisi ubi confessio reqvirebatur, propalabant qvi essent, metu persecutionis, qvæ gravissima illis incumbebat; ipsi verò inter se sibi invicem noscebantur, pauperes plerumq; & patria extorres, bonosqve homines seipsos vocabant.

Eorum dogmata recenset, qvi suprà laudatus est *Reinerius* & *Æneas Sylvius*, magis integrâ fide, qvam alii, *Histor. Bohem. c. 35.* qvæ ista sunt: *Romanum Præsulem reliquis Episcopis parem esse. Inter Sacerdotes nullum discrimen: Presbyterum non dignitatem, sed vitæ meritum, efficere potiorem. Purgatorium ignem nullum esse, sed animas statim aut in Cœlum, aut ad supplicia æterna dimitti: vanum igitur esse orare pro mortuis, & avaritiæ sacerdotalis inventum: Dei & Sanctorum imagines delendas, Aqvarum palmarumq; benedictiones irridendas, liberam cuiq; prædicationem Verbi Dei patere.* Qvi-

Qui mortalis culpæ reus sit, eum neque seculari, neque Ecclesiasticâ dignitate potiri. Confirmationem & extremam unctionem non esse Sacramenta, sed figmenta. Auricularem confessionem nugacem esse. Aquam baptismalem oleo non miscendam : cœmeteriorum usum inanem esse, & quæstus causa repertum. Deum non magis propitium esse in Dominicis & templis, peculiari modo consecratis, quam alibi. Sacerdotales vestes, ornamenta altarium, corporalia, calices, patinas, &c. nihil habere momenti. Missam, ut vulgò solet celebrari, à Christo non esse institutam. Sacerdotem quocunq; loco & tempore S. Christi corpus conficere posse, petentibusq; ministrare, & sufficere ad hoc, si verba sacramentalia tantùm dicat. Suffragia Sanctorum cœlitum frustra impetrari. Canonicis horis cantandis frustra tempus teri. Nulla die ab opere cessandum, nisi Dominica. Celebritates Sanctorum Idololatricas esse. Jejuniis nihil inesse meriti. Confer Magdeburg. Cent. 12. cap. 8. imprimis verò scelerum gravissimorum Romanam Ecclesiam arguebant, palàm *meretricem Babylonicam & Anti-Christi sponsam* vocantes. vid. *monumenta ab Usserio, citato libro, magno numero invenienda.*

3. Hos igitur, sive Albigenses, sive Waldenses, Innocentius Pontifex extirpandos decrevit, postqvam audivisset in Comitatu Tholosano Galliæ freqventiores eorum cœtus fieri, eosqve pa-

patrocinium nactos esse ipsius Tholosani Comitis Raimundi, qvi sectæ nomen dederat, magnaqve instructus erat potentia. Sustulit igitur adversus illos, non minus atq; Saracenos, Turcasve, crucis signum, propositisq; multis indulgentiis, Philippum Galliæ Regem adversus eos stimulavit: qvi monitis parens Simonem Montfortium mittit cum paucis copiis, qvibus cruce signati sese junxerunt ut Raimundum compesceret. Is verò suæ partim ditionis hominibus instructus, partim auxiliabus copiis Arragoniæ Regis affinis sui, validum comparavit exercitum. Nec defuit periclitantibus Angliæ Rex, non Religionis ipsorum studio, sed ne Gallus Tholosano Comitatu potiretur, cujus progressibus invidebat. Meruit autem hoc facto Pontificis indignationem, à qvo propter hanc & nonnullas alias offensas excommunicatus est: & qvamvis Rex sese opponeret, Clericorũ omnia bona in fiscum redigens, iisq; necessaria tantum subministrans, exacto etiam à subditis novo juramento fidelitatis, & acceptis obsidibus, cò tamen redactus est tandem Pontificis violentia, ut si pacem Ecclesiæ vellet, regnum suum coactus fuerit feudum agnoscere Ecclesiæ, solvereq; qvotannis, præter denarium Petri ex antiqvo usitatum, mille marcas sterlinorum, ut *Parisiensis* testis est, & restituere Ecclesiis abũdanter omnia, qvæ abstulerat. qvod verò Albigenses attinet, nõ illi An. Chr. 1213.

illi hoc bello deleri potuerunt, qvod protractũ est ad annum 1229. qvò sub Rege Galliæ Ludovico sancto Philippi Augusti nepote, Raimundus, Senioris Raimundi filius diutina militia fessus, cum Rege & Ecclesia Romana pacem composuit, & excommunicatione liberari petiit, utqve interdicto ditio universa solveretur, impetravit. Habita tunc sunt varia *Concilia* Tholosæ, *Narbone*, *Biterris*, in qvibus omnibus deliberatum est, qvo pacto Hæresis ex infectis regionibus extirpari posset, & qvomodo cum Hæreticis agendum. Anteqvam religionis causâ hoc bellum susceptum fuerat, tentabant primò Episcopi Gallicani, eorumqve monitu Innocentius Pontifex, disputationibus Albigenses vincere, adqve Ecclesiæ obedientiæ pertrahere, variaqve eâ causâ instituta sunt colloqvia, qvorum aliqvibus *Dominicus* Prædicatorum ordinis ille Patriarcha interfuit. Sed postqvam eo pacto nihil profici potuit, & vis deniq; successit, variè illi exagitari cœperunt, inqvisitionis judicio adversus eos decreto: inde factum, ut in alias terras exulatum plurimi sint profecti, pars in Arragoniam, ubi pridem socios habebant; pars in Illyricum, alii in Germaniam, atqve imprimis Bohemiæ sylvas se conferrent, ubi ad Hussitica usqve tempora latuerunt, *Piccardi* à terris, unde digressi erant, appellati. Qvosdam etiam in Britanniam venisse, &

Fri-

illi hoc bello deleri potuerunt, quod pro-
est ad annum 1229. qvò sub Rege Gal-
dovico sancto Philippi Augusti nepote
mundus, Senioris Raimundi filius duc-
ta sessus, cum Rege & Ecclesia Romana
compositi, & excommunicatione liber-
tiit, utqve interdicto ditio universa sol-
impetravit. Habita tunc sunt varia
Tholosæ, *Narbonæ*, *Biterris*, in qvibus
deliberatum est, qvo pacto Hæresis ex
regionibus extirpari posset, & qvomodo
Hæreticis agendum. Anteqvam reliqua
si hoc bellum susceptum fuerat, tenuis-
mò Episcopi Gallicani, eorumqve
nocentius Pontifex, disputationibus
vincere, adqve Ecclesiæ obedientiæ
re, variaqve eâ causâ instituta sunt
qvorum aliqvibus *Dominicus* Prædicat
dinis ille Patriarcha interfuit. Sed
eo pacto nihil profici potuit, & vis
cessit, variè illi exagitari cœperunt, in
judicio adversus eos decreto: inde fu
in alias terras exulatum plurimi fu
pars in Arragoniam, ubi pridem
bant; pars in Illyricum, alii in Ger
atqve imprimis Bohemiæ sylvas se
ubi ad Hussitica usqve tempora latu
erati à terris, unde digressi erant.
Qvosdam etiam in Britanniam

Frisiam, ubi anno seculi 34. jubente Pontifice, bello petitos à vicinis Comitibus & funditùs excisos esse, idem, qvi pleraqve hæc consignavit, *Matthæus Parisiensis* testatur: & reliqvias eorum in Alpinis Galliæ Sabaudiæqve regionibus, qvo pleriq; profugerant, hodieq; superesse novimus, Deo ita rem adgubernante, ut saniora Evangelii qvædam dogmata eorum dispersione latius propagarentur, animiq; multorum populorum inde qvasi præparati, Evangelii præconio facilius olim apud se locum concederent. Consulatur de his, præter eos, qvi suprà laudati sunt, *Thuanus Præfat. in historiam sui temporis*, ubi de totius negotii eventu summatim qvidem, sed accuratè disserit.

4. *Dominicus*, de qvo facta mentio est, hoc tempore ex *Humiliatorum* ordine novum alium fabricavit, ab *Honorio* successore Innocentii anno 1216. confirmatum: qvo professus est Romanæ Ecclesiæ contra Hæreticos qvosvis defensionem & doctrinæ prædicationem gratuitam, unde ordini nomen *Prædicatorum*, impositum est. Imitatus id est paulò post *Franciscus Assisias*, ordinis *Minorum* autor, qvi & ipse novum fœtum, mendicantes Monachos, & nihil neqve in proprio, neqve in communi possi-

Ann. Chr. 1216.

de-

dere professos, excluſit, & propagationi doctrinæ Pontificiæ mancipavit. Unde utriusqve à Pontificibus privilegia ſunt conceſſa ubiqve locorum, qvo perveniſſent, habendi conciones & populos docendi, invitis licet loci Epiſcopis atqve Sacerdotibus: qvod magnis contentionibus inter Monachos & Clerum occaſionem præbuit.

In Livonia eodem propè tempore *Albertus* Rigenſis Epiſcopus *ordinem militiæ Chriſti* inſtituit, cujus ſocii adverſus infideles militare cogebantur; qvibus ſe *Teutonici milites*, anno 1220. conjunxerunt.

Ut verò ad Innocentium Pontificem redeamus, ad res ejus geſtas imprimis videtur pertinere contentio, Pontificibus adverſus Imperatores jam ferè hæreditaria; qvâ & ipſe non Philippo ſolum, ſed & ſucceſſori *Ottoni IV.* multum moleſtiæ creavit. Vix enim coronam Romæ Otto acceperat, cum ortis qvibusdam inter ipſum & Pontificem diſſenſionibus per ſeditionem Urbe ejicitur, mox etiam, ubi qvæ ad Imperium ſpectabant, & à Pontificiis poſſidebantur, rurſum vendicaret, excommu-

municatur, imperioqve abdicatur, Fridericus Barbarossæ nepos, Henrici Imperatoris filius eligitur, pœnas interim hujus electionis dantibus Moguntino & Magdeburgensi Episcopis: qvâ tamen effectum est, ut Otto nunqvam cum pace imperium possideret, sed desertus paulatim ab imperii Statibus inglorius mœrore animi tandem extingveretur Brunswigæ, qvod accidit anno 1218. Sed paulò antè, anno 1216. idem Papa Innocentius in Laterano *Concilium* celebraverat generale, cui interfuerunt Patriarchæ Hierosolymitanus & Constantinopolitanus; Metropolitani 70. Episcopi 400. Abbates 12. Priores conventuales 800. Græci & Romani Imperatorum, Regumqve Hierosolymitani, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ & Cypri Oratores: in qvo *Transsubstantiationis* dogma primùm publicè stabilitum, cúm jam pridem ubiqve ferè obtineret.

Restitutus est qvoqve *P. Lombardus*, ne hereticus audiret propter dogma de Trinitate, ab Alexandro Papâ malè intellectum: decreta deniq; est in Asiam expeditio, qvæ tamen susci-

pi-

pi non potuit, qvod Pisani & Genuenses matitimo, & Cisalpini terrestri bello inter se certabant. Damnavit idem Pontifex *Almerici* dogma, qvi postea Parisiis cum Sectatoribus suis librisq; Metaphysicorum Aristotelis publicè exustus est, qvod doceret *Ideas in mente divina creare & creari.* Mortuus est Innocentius anno 1216. Pontificatûs sui decimo nono nondum expleto.

Qvædam post se reliqvit scripta, *duobus Tomis* comprehensa. In *priore* sermones & qvidam tractatus Theologici, una cum actis Concilii Lateranensis sub Alexandro habiti; in *posteriore*, duo libri Epistolarum & constitutionum Decretalium volumina qvinqve: qvi Decreto, qvod Gratianus compilavit, additi publicam mox autoritatem acceperunt, postqvam à Gregorio in unum corpus redacti sunt. Adjecit Innocentius IV. authenticas; & Bonifacius VIII. sextum librum Decretalium, in qvo Clementinæ continentur, & extravagantes variorum Pontificum Epistolæ; atqve ita circa annum 1300. *Canonici Juris universum systema* absolutum est. *Urspergensis, Palatina*, &c.

5. Sunt præterea hujus ætatis Scriptores, *Guntherus Parisiensis Monachus*, à qvo Historia Constantinopolitana eorum temporum, qvibus Franci Urbe potiti sunt, est conscripta, qvæ extat apud *Henr. Canisium Tom. 3. part. 2. antiqvæ lect. Helinandus* Monachus Gallus, qvi historiam ab Orbe condito, usqve ad annum 1212. qvadraginta octo libris complexus est. *Nicetas Choniates*, Historicus Græcus, qvi res à tempore Johannis Comneni, Alexii F. usqve ad annum 1205. qvo Balduinus primus ex Francis Imperator Orientis mortuus est, literis cõsignavit. *Abbas Urspergensis Conradus*, autor Chronici, qvod à primo Assyriorum Rege Belo exorditur, adqve nonum annum Friderici II. Imperatoris perduxit, qvi est annus

Chri-

Christi 1229. Displicet hic autor Pontificiis, qvod minus honorificè de Innocentio III. & Gregorio IX. scripserit, idq; tribuunt singulari studio erga Imperatores suæ nationis, qvibus hi Pontifices adversati sunt. *Honorius* denique *Augustodunensis* Presbyter, cujus extat *Chronicon magnum*, sive *Summa Historiarum*: *Commentarius item in libros Salomonis, & liber, qvi inscribitur gemma animæ.* Inter Franciscí primos assecias *Antonius de Padua* hic celebris fuit, cujus extant *Concliones de tempore & de Sanctis.* Inter socios Dominici, *Raimundus de penna forti*, qvi *summam Theologiæ* edidit. Ambo inter Sanctos relati, juxtà cum sui ordinis autoribus: & Raimundus qvidem superiore demum seculo.

6. Qvi Innocentio successit *Honorius Papa III. Fridericum*, Ottone mortuo, Romæ coronavit, utqve expeditionem qvantocyùs contra Saracenos moveret, pro autoritate Papali injunxit: qvam cum absolvere non posset Cæsar, impeditus Longobardorum motibus, iram Pontificis meruit, qvi hostibus ejus se adjungens, summo scelere in eum conjurat.

Interim in Oriente res Legati Pontificii consiliis in irritum cadunt. Qvæ enim Germanorum copiæ, Duce Andreâ Rege Hungariæ, in subsidium Hierosolymitani Regis convenerant, & Damiatam in Ægypto ceperant, validissimum propugnaculum, reddere id Suldano Ægyptio coacti sunt, postqvam contra qvam alii svaserant, in bellum profecti locorum

ini-

iniqvitatibus circumventi, inqve Niloticis æqvis medii deprehensi essent.

Cùm post decem annos, in Pontificatu exactos, mortuus esset Honorius, *Gregorius IX.* electus est, qvi statim fulmen excommunicationis in Fridericum torsit, tanqvam votum exsolvere negligentem: maturat ergò ille profectionem in Terram sanctam etiam Augusto anni 1228. Sed antevenit Papæ nuncius, qvi sub pœna excommunicationis edicit, ne qvisqvam cum Imperatore communicet: Apuliam duce Hierosolymitano Rege Johanne Brenno, conductisqve Saracenorum auxiliis, Pontifex eidem conatur extorqvere; sumtibus belli sacri in id negotium impensis. Custodit præterea omnes portus, ne nuncius de rebus gestis Friderici in Germaniam pervenire possit, Imperatorem fingens obiisse, autor Principibus, ut alium eligerent: coqve malitiæ progreditur, ut Suldano Ægyptio scriberet, ne Friderico credat, aut qvicqvam ei concedat, qvas literas Suldanus ipse Friderico transmisit. Is nihilominus feliciter rem in Palæstina ge-

An. Chr. 1227.

gerens Suldano extorqvet, qvicqvid Saladinus olim Christianis eripuerat; nihil Hierosolymæ Saracenis reliqvum faciens, qvam facultatem templi sui, qvod ibidem habebant, sine armis adeundi: cumqve aliqvot loca muniisset, relicto in Palæstina Præside Reinholdo Bavaro in Italiam revertitur, recipitqve omnia loca à Johanne illo Rege erepta; pacem etiam Pontificis magna pecunia redimit, non diu duraturam. Eum enim Pontifex, cum potuit, in omnibus æqvis conatibus impedivit, & cum Sardiniam ab antiqvo Siculis Regibus parentem, subegisset, Ecclesiæ ut illam redderet, jussit, recusantem denuò diris devovit. Tunc exorti magni tumultus passim in Italia inter *Gibellinos* & *Gvuelphos*, factionum ejus seculi nomina, qvorum illi Cæsarum, Pontificum hi rebus studebant. Imperator autem fortunâ usus, omnes Pontificis molitiones aut elusit, aut oppressit, eòqve desperationis adegit, ut morbo, ex animi ægritudine contradicto, brevi extingveretur. Successor ejus *Cœlestinus*, non ultra octode- An. Chr. 1241.

cim dies Papalem thronum tenuit: inde sedes plusqvam annuo spacio vacua perstitit, cum Cardinales aliqvos Fridericus captivos secum haberet: hos igitur, ne electio differretur, libertati restituit.

An. Chr. 1243. Electus est *Innocentius IV.* qvo ante Pontificatum familiariter usus erat; at verò acerrimum mox hostem expertus est. Nam profectus in Galliam Lugduni Concilium generale convocavit, àqve Episcopis sententiam excommunicationis in Imperatorem decerni fecit, qvi tali judicio pronunciatur imperio indignus. Tunc qvi novis in Germania rebus studebant, Henricum Landgravium Thuringiæ & Hassiæ, & mox extincto, *Wilhelmum* Hollandiæ Comitem eligunt, ad qvem Innocentius multos thesauros misit, à Conrado filio Imp. interceptos, tantaqve fuêre odia, ut crucem adversus Imperatorem, ceu Ecclesiæ hostem apertum, Papa prædicaret, cœlumqve his promitteret, qvi in illum arma ferrent. Victor tamen omnium

An. Chr. 1250. Cæsar, mortuus est, cum imperâsset annos 38.

ejus

Ejus auſpiciis *Ariſtoteles, Galenus, Ptolomæus, Avicenna, aliiqve autores* in Latinam lingvam translati ſunt, ut ſtudia diſcentium adjuvarentur. Tunc imperatoriam autoritatem contra Pontifices Scripto defendit *Petrus de Vineis*, cujus libro Innocentius alio Scripto reſpondit, qvod *Apologeticum* appellavit. Ex *Abbate Urſpergenſi, Matth. Pariſienſi, Placina.*

7. Inter has rerum perturbationes munita in Palæſtinâ loca, & tandem ipſa Hieroſolyma iterum amiſſa ſunt, & qvanqvam Ludovicus Galliæ Rex, cognomento Sanctus, illuc cum exercitu profectus eſſet, Colonienſes etiam & Hollandi claſſe in Orientem contendiſſent, nihil tamen, qvod operæ pretium eſſet, peragi potuit, diſſenſionibus adeò ubiqve negotia turbantibus, ut & Templarii Teutonicos milites perſeqverentur Friderici odio; & Ludovicus poſt ſex annorum in Palæſtinâ militiam, Flandrorum incurſionibus in Galliam revocaretur. Ad malorum cumulum acceſſit Tartarorum ex Orientis & Septentrionis extremo angulo in univerſum penè terrarum Orbem effuſa multitudo, qvo Aſia omnis & Græcia aliaq; parte Poloni, Ungari, Sileſii oppreſſi ſunt, vix ſe Germanis bello ab illorum rabie defendentibus. Eorum illi, qvi in Aſia Tauricaqve Cherſonneſo ſedes occuparunt, perſvaſi à Perſarum Suldano, religionem Saracenorum ſuſceperunt, qvamvis eo-

rum legati, in Concilio Lugduni, ab Innocentio habito, ſpem facerent, totam gentem Chriſtianis ſacris initiatum iri. Aliâ parte Ferdinandus Hiſpaniæ Rex, hoc nomine Tertius, ex Inſulis Balearibus majorem, pulſis inde Saracenis, Chriſto iterum lucrifecit: & in Italia Fridericus Saracenorum reliqvias, cum Nuceriam Civitatem iis conceſſiſſet, Chriſtianos reddidit.

8. Poſt Friderici II. mortem *Conradus Filius* imperatoriam ſuſtinuit dignitatem, nunqvam licet à Pontifice approbatus, imò excommunicatus, & veneno inſuper appetitus, qvod facinus medicorum induſtria tùm qvidem prohibitum fuit. Promiſit illi Pontifex abſolutionem, ſi Henricus ejus frater, neptem ſuam uxorem duceret: ſed cùm conditionem hanc Conradus reſpuiſſet, odia recruduerunt, belloqve Conradus Victor extitit. Sublatus tamen eſt paulò poſt veneno, qvod Manfredus frater, Friderici ſpurius, ei paravit. Pater erat infelicis illius *Conradini*, qvem Carolus Andegavenſis, Pontificis favore Rex Siciliæ ſalutatus in Urbe Neapolitana, unà cum Friderico Auſtrio carnificis gladio ſubjecit.

An. Chr. 1254.

Qvod

rum legati, in Concilio Lugduni, ab Innoc
tio habito, spem facerent, totam gentem
stianis sacris initiatum iri. Alii parte
nandus Hispaniæ Rex, hoc nomine
ex Insulis Balearibus majorem, pulsis
racenis, Christo iterum lucrifecit:
la Fridericus Saracenorum reliqvias
ceriam Civitatem ius concessisset,
reddidit.

8. Post Friderici II. mortem Con
Filius imperatoriam sustinuit dign
nunqvam licet à Pontifice approba
excommunicatus, & veneno in
titus, qvod facinus medicorum
tùm qvidem prohibitum fuit.
illi Pontifex absolutionem,
ejus frater, neptem suam uxorem
sed cùm conditionem hanc Con
spuisset, odia recruduerunt, belloq
radus Victor exitit. Sublatus tamen
lò post veneno, qvod Manfredus fra
derici spurius, ei paravit. Pater era
illius *Conradini*, qvem Carolus Andeg
sis, Pontificis favore Rex Siciliæ
in Urbe Neapolitana, unà cum
ico Austrio carnificis gladio

Qvod accidit posteà anno 1268. Qviescere enim Præsules sanctissimi neqviverunt, donec Germanos Siculo & Neapolitano regno exturbarent, cùm eosdem & Imperatores & vicinos ferre nollent. Eodem; qvo Conradus, anno Innocentius etiam decessit. ***Matth. Paris.*** adde ***Ruium.***

Qvod jam, dicere occupavimus, Clero cum Monachis mendicantibus non exiguam intercessisse controversiam, propter licentiam docendi in publicis congressibus, confessiones audiendi, celebrandi missas in qvacunq; vellent diœcesi, à Pontificibus his concessam: id mox etiam in scholis fieri cœpit; in qvorum jura hoc genus hominum statim etiam involavit. Anno enim 1253. Parisiensis Academia graviter hanc ob rem concussa est. Victoria tamen penes Monachos fuit, cùm enim certus alioqvi Professorum in Theologia numerus esset, hi obtinuerunt, ut, qvot vellent, Theologiā profiteri possent. Nata hinc sunt ingentia odia, cùmqve inter hæc liber à Monachis divulgatus esset, cui titulus erat, *Evangelium æternum*, qvo multa continebātur ad extollendos mendicantium ordines idonea & qvædam etiam è damnatis Joachimi Abbatis vaticiniis, inprimis illud, qvod aliqvis de ordine religiosorum futurus sit, qvi præferatur omnibus dignitate & gloria, & qvod hoc tunc sit eventurum, qvando ordo Clericorum destruatur: prætereàqve in eo libro Clericorum in Ecclesia regimen variè perstringeretur; tùm ex parte Academiæ à qvatuor Magistris Parisiensibus, qvorum præcipuus fuit *Gvilielmus de Sancto Amore*, liber alius ei est oppositus, hoc titulo: *de periculis novissimorum temporum*, eoq; hæreseos novæ fratres rei facti sunt. Enumerantqve ipsi Scriptores Pontificii multas non minùs impias, qvàm absurdas opiniones, qvæ in Evangelio illo æterno, qvod Fratrum Al-

coranum vocant, fuere comprehensæ. Lis ad *Alexandrum IV.* qvi post Innocentium Pontifex fuit, delata, hunc finem habuit, ut liber uterq; fuerit combustus, Academiæ qvidem in publico Scholarium cœtu pariter & Curia Papali, Monachorum verò in occulto, qvi suis in Papalem sedem officiis omnem gratiam præoccupaverant. Consulatur, qvi sæpe laudatus est, *Jac. Usserius libro citato c. 9.* ubi ex *Matth. Paris. aliisq; ejus ævi Scriptoribus* fusiùs totam controversiam deducit. Hoc eodem tempore Parisiis *Sorbona Collegium à Roberto* qvodam *Sorbona* institutum est, cujus qvidam *libelli Theologici* extant *in Bibliothec. Patrum.*

9. Inter Theologiæ scholasticæ Doctores insignes ea ætas tulit *GVilhelmum Antisiodorensem*, qvi *summam* scripsit *distinctam in libros, tractatus, capita & qvæstiones.* Notatur à *Bellarmino l. 5. de Justificat. c.* 15. qvod docuerit, merita hominum justorum priùs & principaliùs à fide, qvàm à charitate dependere. *Alexandrum ab Ales Ordinis Minorum*, à qvo similiter *Theologiæ Summa* edita est celebratissima: *Summa* item *Virtutum*, & *Postilla*, qvibus universa Biblia interpretatur. *GVilielmum Episcopum Parisiensem*, qvi scripsit *in Hexaëmeron, Psalmos, Proverbia Salomonis, Ecclesiasten, Canticum Canticorum, Evangelium Matthæi*, & præterea *tractatus viginti & unum* Theologicos aut morales diversorum argumentorum. *Hugonem de S. Caro*, Ordinis Prædicatorum & Cardinalem, qvi *commentatus est in universa Biblia*, & seorsim etiam *in Psalmos.* Idem inventor est *Concordantiarum Biblicarum*, primusqve *sacrorum Bibliorum libros in capita divisit*, qvod deinde imitati sunt Judæi in textu Hebræo, qvem priùs in Parascheas solùm dispescuerant, initio facto à Judæis illis, qvi ad sacra Christiana accesserant. Obiit autem Hugo Anno 1264. Historiam circa hanc ætatem illustrârunt, pro Seculi illius genio, *Jacobus à Vitriaco*, cujus supersunt *libri duo Historia Orientalis & Occidentalis.* Et *Volumen*

cornum vocant, fuere comprehensæ. Istud ...
drum IV. qvi post Innocentium Pontifex fuit, ...
hunc finem habeuit, ut liber utero; fuerit ...
cademiæ qvidem in publico Scholarium ...
Curia Papali, Monachorum verò in occulto, ...
Papalem sedem officiis omnem gratiam ...
rant. Consulatur, qvi sæpe laudatus est, *Jac. Usser* ...
bro citato c. 9. ubi ex *Matth. Paris.* ...
ptoribus fusius totam controversiam ...
dem tempore Parisiis *Sorbona Collegium* ...
qvodam *Sorbona* institutum est, cujus ...
Theologus extant in *Bibliothec. Patrum.*

9. Inter Theologiæ scholasticæ Doctores ...
ætas tulit *Gvilielmum Antisiodorensem*, ...
scripsit *digestam in libros, tractatus, capita* ...
nes. Notatur à *Bellarmino l. 5. de Justific.* ...
docuerit, merita hominum justorum ...
liùs à fide, qvam à charitate dependere. ...
ab Ales Ordinis Minorum, à qvo similiter ...
ma edita est celebratissima: *Summa* item ...
Postilla, qvibus universa Biblia interpretatur ...
num Episcopum Parisiensem, qvi scripsit ...
ram, Psalmos, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes ...
Canticorum, Evangelium Matthæi, & ...
Vegetii & *novum* Theologicos aut morales ...
argumentorum. *Hugonem de S. Caro*, ...
catorum & Cardinalem, qvi *commentatus* ...
Versa Biblia, & seorsim etiam *in Psalmos* ...
ventor est *Concordantiarum Bibliorum* ...
crorum Bibliorum libros in capita divisit, ...
imitati sunt Judæi in textu Hebræo, ...
schas solùm dispescuerant, initio ...
ad sacra Christiana accesserant. Obiit ...
1264. Historiam circa hanc ætatem ...
culi illius genio, *Jacobus à Vitriaco*, cujus ...
duo Historia Orientalis & *Occidentalis* ...

contra Saracenos. *Matthæus Parisiensis* Albanensis in Anglia Monachus, qvi summâ fide Historiam Anglicanam à temporibus Wilhelmi I. usqve ad annum 30. Henrici III. qvi est annus Christi 1250. perduxit, sic tamen, ut aliorum regnorum negotia, Ecclesiastica imprimis, non omitteret: Pontificiis haud ex merito laudatus. Displicet enim ejus in Pontificum fraudibus commemorandis ingenua libertas. *Martinus Polonus* Archi-Episcopus & pœnitentiarius Innocentii IV. qvi *Chronicon* conscripsit, in qvo breviter Imperatorum & Pontificum vitas perseqvitur, usqve ad sua tempora, i.e. annum Domini 1285. *Vincentius Belovacensis, autor qvatuor speculorum, Doctrinalis,* qvod omnium scientiarum rudimenta complectitur; *Historialis,* qvod tradit historias ab origine mundi ad annum 1244. *Naturalis,* in qvo libris 32. de rebus omnibus naturalibus disserit, &c. *Moralis,* in qvo tractat de passionibus animi, legibus, vitiis, virtutibus, &c. *Henricus Stero*, Monachus, qvi composuit *Chronicon ab anno primo Friderici I. usq; ad Rudolphum Habspurgium:* qvod exhibet *H. Canisius T. 1. antiqv. Lect.* & *Pistorius inter Scriptores Germanicos.* *Juris Canonici summam* celebrem edidit *Henricus Cardinalis Episcopus Ostiensis*, juxtà cum *Expositione in Epistolas Decretales*: idem fecit *Gvido Grossus* Minorita, posteà Clemens IV. Papa, *commentatus in primum & secundum librum Decretalium.* Summam verò inter doctos ejus temporis laudem meruit *Albertus*, cognomento *Magnus*, Episcopus Ratisbonensis, professione Monachus Dominicanus, cujus opera Theologica ista sunt: *Commentaria in 12. Prophetas minores: in qvatuor Evangelia: in libros Sententiarum: Liber de qvatuor Coævis: de Virtutibus: de adhærendo Deo: Compendii Theologica Veritatis libri septem. Enchiridion de veris perfectisq; virtutibus: Summa Theologia*, præter *Philosophicos tractatus*, qvos plurimos elucubravit, qvos inter *liber de mirabilibus*, & alter, qvi est *de Secretis mulierum*, ejus ingenio & celebritate

 sunt

sunt indigni. Discipulus Alberti fuit *Thomas Aquinas*, Dominicanus & ipse, natus illustri loco, cujus Scripta in omnium versantur manibus; quæ ipse *Tomis* 17. dispescuit, quorum *priores quinq; Commentaria continent in Aristotelem: Sextus & septimus, Commentaria in libros Sententiarum: Sextus quæstiones quotlibetarias: Nonus libros contra gentes: Decimus partem primam Summæ, ut & expositionem Dionysii de divinis nominibus: Undecimus, primam secundæ, & secundam secundæ: Duodecimus, partem tertiam Summæ Theologicæ: Decimus tertius Commentaria in Psalmos aliquot, Canticum Canticorum, Jesaiam, Jeremiam & Threnos: Decimus quartus Commentaria in Matthæum & Johannem: Decimus quintus Catenam auream in Evangelia: Decimus sextus Commentaria in Epistolas Paulinas, & sermones de tempore & Sanctis: Decimus septimus Commentarios alios à prioribus in libros Sententiarum, & præterea opuscula* 73. quorum quædam vix sunt Thomæ genuina. Ipse inter sanctos relatus est, tantæque apud posteros auctoritatis, ut *Secta Thomistarum* nomen dederit. Porrò ex ordine Minorum occurrit *Bonaventura*, qui & ipse Pontificius sanctus est & Cardinalis, Discipulus Alensis, multorum etiam librorum autor, qui *octo Tomis* distributi sunt: in *primo* sunt, *Expositiones in Hexaëmeron, Psalterium Ecclesiasten, Sapientiam, Threnos. Secundo* continentur *Expositio in c. 6. Matthæi, in Evangelium Lucæ, Postilla in Johannem, & Collationes in eundem. Tertio, Sermones de tempore & de Sanctis. Quarto & quinto, Commentaria in quatuor libros Sententiarum. Sextus, septimus & octavus opuscula* continent *septuaginta tria*, pleraque institutæ ad pietatis studium excitandum, sed monasticæ, & ut plurimùm superstitiosæ, qualia sunt *speculum Mariæ, corona Mariæ: Psalterium Mariæ, majus & minus: laudatio S. Crucis & similia.* Horum servaverunt institutum

tum commentando, cùm in Sententiarum libros, tùm in Aristotelem, & conscribendo *Quodlibeta*, nonnullaqve Theologica opuscula, *Petrus Taranasiensis* Dominicanus & Cardinalis Hostiensis, posteà Papa Innocentius V. *Udalricus de Argentina* Dominicanus Alberti auditor, *Rupertus de Russia* Franciscanus, *Ægidius Romanus* ex Columnensium Romanorum familia, Prior Ordinis Augustiniani: *Richardus de media Villa* Franciscanus, *Henricus à Gandavo* Archi-Diaconus Tornacensis, *Johannes Parisiensis* Dominicanus, aliiqve, à qvibus Scholastica cùm Theologia, tùm Philosophia hoc seculo propagata est, hominibus sanè diligentissimis, sed qvibus ad eruditionem defuit melioris literaturæ, lingvarum & antiqvitatis notitia: & qvanqvam judicii plerumqve acumine valerent, desiderari tamen potuit libertas sentiendi, nimis superstitiosè, vel sensum Romanæ Ecclesiæ, vel Magistri, in qvem jurarunt, sententiam deserere reformidantium: qvi, dum Theologiam Philosophiæ suæ, & hanc illi conciliant, utramqve contaminaverunt. Ad calcem addimus *Jacobum de Voragine*, auctorem *Historiæ Lombardicæ* de Sanctis: qvi circa finem seculi decimi tertii vixit, hominem, ut verè qvidam judicabat, *ferrei oris & plumbei cordis*: alioqvi vix dignum, qvi inter Scriptores locum inveniat.

10. Conrado Imperatore, ut diximus, vivis exempto, cùm & *Wilhelmus* Hollandiæ Comes, Pontificius Cæsar, privatam fortunam sponte iterum arripuisset, & bello adversum Frisios non diu pòst occisus esset, Principes aliqvi *Richardum* Angliæ Regis filium, Cornubiæ Ducem, alii *Alfonsum*,

Arragoniæ Regem elegerunt : qvorum iſte Francofurtum veniens, imperium rite auſpicatus eſt, & mox in Angliam rediit, hic verò ex Hiſpania pedem non movit. Unde factum eſt, cùm neqve Richardus in Germaniam rediret, ut Principes, fœdere inter ſe uniti ſub interregno, ſeipſos tutarentur. Romanam interim Sedem poſt Innocentii mortem *Alexander IV.* occupavit, qvi Manfredo, Siciliæ regnum poſt Conradi mortem vindicanti, totis viribus ſe oppoſuit, & factionem Gibellinam, qvam inde Manfredus in Apulia : hinc Eccelinus per Thuſciam & Inſubriam tuebantur, armis extingvere conatus eſt, ſuis partim ſtipendiis milites alens, partim crucis prædicatione, & propoſitis indulgentiis, ex Gallia exercitum adducens : miſſis etiam Monachis mendicantibus per Italicas urbes, qvi concionibus ſuis adverſum Gibellinos populum exſtimularent. Poſtqvam his artibus ſex annos & menſes aliqvot Patrimonium Petri adminiſtrâſſet, mortuus eſt, locum cedens *Urbano IV.* qvi prædeceſſoris veſtigiis inſiſtens, Gvelphicæ factionis patrocinium ſuſcepit,

An. Chr. 1261.

Man-

Manfredum excommunicavit, Carolum Andegavensem è Galliis in regnum Apuliæ & Siciliæ vocavit, qvi tamen ante Urbani mortem, in Italiam non venit. Triennium enim solùm præfuit, successorem nactus post aliqvot mensium interregnum *Clementem IV.* conjugatum anteâ & Consiliarium Ludovici Regis Galliæ, qvi adventantem Carolum excepit, eumqve Senatorem primùm Romanum, mox utriusqve Siciliæ & Hierosolymorum Regem & Vicarium Hetruriæ creavit, hâc tamen additâ conditione, ne Imperium Romanum etiam oblatum unqvam reciperet; ne eundem Imperatorem Germaniæ viribus instructum, & Dominum Italiæ ferre cogeretur, qvod Pontificii status jam ex longo tempore arcanum consilium fuit. Carolus Manfredum prælio victum occidit, Conradinum Conradi Imp. filium è Germania cum exercitu paternum repetentem regnum unà cum Duce Austriæ alterâ in pugna captum, Clementis svasu Neapoli carnificis, ut diximus, subjecit gladio. Sic stemma Sveviæ Ducum funditùs excisum est. *Ritius, Appendix Paris. Platina.* An. Chr. 1265. An. Chr. 1268.

II. Su-

11. Superstitio qvantum profecerit hâc ætate, documenta ostendunt, qvæ seqvuntur. *Festum corporis Christi*, hortatu Thomæ Aqvinatis, Urbanus Papa instituit, celebrandum feria 5. post Trinitatis: Bulla data est die 8. Sept. anno 1264. *Flagellantium Secta* ex Italia in Galliam Germaniamqve progressa, qvorum bini ac bini incedentes per plateas ferales rythmos canebant, & disciplinæ statuto tempore flagris immanem in modum semetipsos concidebant, pro peccatis ut Deo satisfacerent: de qvorum disciplinæ instituto videnda sunt *supplementa Chronici Urspergensis Abbatis*. Clara Virgo, Franciſci æmula, inter Sanctas posteà relata, *Virginum ordinem* inchoavit, *eâdem sub regulâ*, qvâ Franciscus virorum. In Gallia *pueri*, qvasi furiis acti, nullis vel feris, vel custodiis retineri potuerunt, qvin socios alios secuti ad repetendam S. crucem molirentur expeditionem in Palæstinam, sed ubi ad mare pervenerunt, dissipati iterum sunt, & ferè omnes perierunt. Eadem *superstitio* Ludovicum sanctum Galliæ Regem adegit, ut Clementis svasionibus locum concederet, & secundam ad suppetias Christianis in Asia ferendas moveret expeditionem, adscito socio Eduardo Angliæ Regis primogenito filio: Verùm Ludovicus, cùm Tunetum classe perveniſſet, peste, qvæ in exercitu ejus grassari cœpit, absumtus est: Eduardus in Asiam tra-

trajiciens Ptolemaidis obsidionem solvit, qvam Ægypti Suldanus oppugnabat. *Appendix Paris. & Urspergensis.*

12. Anno 1269. Clemens Papa moritur, atqve inde in tertium, vel, ut alii tradunt, qvartum usqve annum sedes vacavit, dum Cardinales in eligendo Papa dissentiunt. Electus postmodum est absens Gregorius X. cum in Asia apud Eduardum degeret. Ab eo celebratum est Concilium Lugdunense, cui interfuêre Episcopi 400. Abbates & Prælati 1000. ferè, qvos inter Bonaventura, qvi in Concilio obiit, Thomas autem in itinere defunctus est. Actum est in *Concilio* de Pontificum electione, de bello contra Saracenos, de pace inter Christianos Principes constituenda, de unienda Græca Ecclesia cum Latina. An. Chr. 1272.

Nam Michaël Palæologus Imperator Constantinopolitanus Legatos suos hâc de re miserat, fore promittens, ut Ecclesiæ sui Imperii Romano Pontifici se subjiciant, si Balduinus Imperator, qvem Constantinopoli ab ipso pulsum esse, supra diximus, nullis ex Occidente auxiliis juvaretur.

Rit-

Rudolphus interim Habsburgi
mes ab Electoribus Imperator creatus
An. Chr. est, hâc lege, ut seqventi anno Romæ
1273. coronam reciperet. Sed Rudolphus
Italicam expeditionem recusans, publi-
cè qvidem negotia regni causatus est,
qvo minus Romam profisceretur, ad
amicos autem non dissimulavit, exem-
plis priorum Imperatorum se se deter-
teri, cùm vestigia Italiam ingredien-
tium conspiciat multa, nulla tamen fe-
liciter egredientium: unde factum est,
ut ne vocatus qvidem ab Hadriano V.
ad fastum Caroli Siciliæ Regis com-
primendum, in Italiam iter susciperé
voluerit. Sed bellum cum Ottocaro
Bohemiæ Rege prætexens, mansérit
in Germania. Gregorius autem Papa
post exactos in Pontificatu annos duos
& menses tres obiit: successit *Innocen-
tius V.* dictus antè Petrus de Taranta-
sia, *de qvo suprà meminimus*, in cujus
Scriptis plusqvam 100. Propositiones er-
roneas ejus temporis Doctores anno-
târunt. Sexto autem Pontificatus sui
An. Chr. mense defunctus est: atqve sic *Adria-*
1276. *nus*

nus V. qvi, ut prædiximus, Rudolphum in Italiam vocavit, ad Pontificatum evectus est: sed post diem qvadragesimum *Johanni XXI.* sedem iterum vacuam morte suâ reliqvit, octo mensium Pontifici; nam & hic, oppressus ruina cameræ, qvam moliebatur, statim Nicolao III. locum cessit. Huic Pontifici Rudolphus Exarchatum Ravennatem & Romandiolam concessit, ut suo sumtu bellum in Palæstina persequeretur, qvod cupidè qvidem ille arripuit, sed bellum interim neglectum est. Civitatibus etiam Italis libertatem vendidit, sic tamen, ut imperii Majestatem venerari non desinerent. Adeò nihil cum rebus Italorum commune habere voluit, ut mallet Italiam admittere, qvàm seditionibus ejus, qvibus ob Gvelphorum & Gibellinorum factiones adhuc turbabatur, misceri: utilis, alioqvi Germaniæ Princeps & humanitatis eam laudem obtinens, ut vix ullus alius Imperatorum magis omnium ore celebratus sit. Mortuus est anno 1291. cùm annos fere 18. imperâsset. An. Chr. 1277. An. Chr. 1291.

Ali-

Aliqvot annis ante decesserat qvoqve Michaël Palæologus, Imp. Constantinopolitanus, excommunicatus à Martino Papa, qvod pacta unionis non servâsset, Andronicum Palæologum habens Successorem. *Nicephorus, Platina, Sigonius de regn. Ital.*

13. In Pontificum successione post Nicolai mortem, qvi non toto triennio sedem tenuit, *Martinus IV.* ab anno 1281. commemorandus est, Gallus natione, adeoqve fautor Caroli Siciliæ Regis, contra qvem Antecessor Nicolaus Petrum Arragoniæ Regem suscitaverat, ad qvem propter Constantiam uxorem, è Ducum Svevicorum familia oriundam, & Conradini morientis, ultimam voluntatem Siculi regni vindicatio alioqvi pertinebat. Impedire tamen haud potuit Martinus, qvin Siculi, odio Gallorum, qvorum libidines ferre amplius neqviverunt, cum Petro conspirantes, *vesperis Siculis*, omnes, qvi in Insula erant, Gallos occiderent, & Arragonibus regnum traderent. Meruit qvidem hoc facto Petrus Martini iram, cui anteà qvoqve per Legatum sciscitanti, qvò bellici ipsius apparatus pertinerent? huic responsum dederat; interiorem se tunicam laceraturum, si illam arbitraretur, suarum cogitationum conscium fieri posse, reqve infectâ Legatum dimiserat. Excommunicatur igitur, regnumq; Arragoniæ in prædam datur occupanti, subditi à fidelitatis juramento

ex-

exsolvuntur, cruciati milites adversus illum sub ligna vocantur. Terreri se tamen haud passus est, sed bello victor ad conditiones tandem tùm Carolum, tum Pontificem *Honorium* (Martinus enim interim An. Chr. 1285. decesserat) adegit, qvibus conventum est, ut Arragonii Siciliam, Sardiniamqve retinerent; Carolus Neapolim, Calabriam, Apuliam cum Tarento haberet. Idem Honorius *Eremitarum Augustinianorum* ordinem ratum habuit, & *Carmelitis* novum habitum dedit. Legitur etiam *Servorum Mariæ* ordo circa hoc tempus à Pontificibus privilegia accepisse. Cum autem duos annos in Pontificatu Honorius exegisset, moritur, postqve undecim menses *Nicolaus IV.* An. Chr. 1288. eligitur.

Cujus ætate res Christianorum in Asia planè conciderunt: nam Tripolin, Berytum, Sidona, Tyrum cum expugnâssent Saraceni, & mox nostris inducias concessissent, his isti violatis Suldani Babylonii regiones vastare cœperunt: hinc novum bellum, qvo Ptolemais, incommodo maximè tempore obsessa est, cum Philippus Pulcher Galliæ Rex ab Eduardo Angliæ Rege bellum pateretur; & Arragonum Rex Jacobus, cum Carolo, Pisani cum Genuensibus inimicitias exerceret Italiaq; factionibus adhuc arderet: unde factum est, ut suppetiæ nullæ laborantibus in Asia ferri possent, sedulam licet operam navante Nicolao, ut dissentientes uniret. Captâ Ptolemaide, nihil in Asia Christianorum amplius fuit præter Armeniam minorem & Cyprum Insulam, unde Chaganus Tartarorum Princeps Christianus, qvi anno 1298. Palæstinam è Saracenorum manibus eripuit, colonias Christianas eò reduxit: qvæ aliqvot annis post iterato expulsæ sunt. *Platina, Blondus.*

14. Mortuo Rudolpho Imperatore, ab Electoribus qvibusdam *Adolphus* Nassoviæ Comes electus est, cui dignitati sustinendæ cum impar reliqvis videretur, Bohemiæ Rex, communicatis consiliis cum ceteris Electoribus, *Albertum* Austriæ Ducem Imperatorem proclamavit, natumqve est civile in Germania bellum: Adolpho annitente, ut imperium retineret: qvod retinuit etiam, dum vixit,: in prælio enim
An. Chr. 1298. propè Spiram commisso cecidit, anno 1298. & imperavit Albertus sine cujusqvam contradictione.

Nisi qvod *Bonifacius VIII. Papa*, petenti ter, ut pro Imperatore ipsum agnosceret, ter denegavit: Bonifacius enim tunc Petri solium tenuit, *Cœlestino* suffectus, qvem post biennii moram à morte Nicolai An. Chr. 1294. Cardinales elegerant, cùm pridem esset eremita, & vitæ consvetudinem illam ægrè cum Pontificio habitu permutaverat, vir simplex & sine literis, qvod cùm Bonifacius probè sciret, abuti per ambitionem simplicitate ejus cœpit, eiqve persvadere, ut Pontificatu se abdicaret. Qvod cùm facere promtus esset Cœlestinus, dummodo id licere sibi sciret, subornavit qvosdam Bonifacius, qvi per canalem noctu in cubiculum Cœ-

le-

lestini vocem immitterent, tanqvam cœlitus delapsam, qva is moneretur, ut Pontificatu cederet, si salvus esse vellet. Paruit is, & se abdicavit, elegitur Bonifacius, Cœlestinus in Eremum reversurus ab illo retrahitur, carceri includitur & mœrore animi citò extingvitur. Inter Sanctos postea relatus à *Clemente V.* propter opinionem severioris vitæ, qvæ causa etiam fuit, ut novus Monachorum *Cœlestinorum* ordo ab ipso denominaretur. Inde Bonifacius Columnenses Gibellinis addictos persequi statuens aliqvot ex ea familia Cardinales Urbe, Latio, ipsisqve Columnis, avito oppido expellit, conducto adversus illos milite, & promissis indulgentiis, si qvis cruce contra illos signaretur. Notum est, qvod Procheto fecit Archi-Episcopo Genuensi, ad pedes ejus die cinerum prodeunti: nam cùm dici à Sacerdote tùm soleat: memento homo, qvia cinis es, & in cinerem reverteris; dixit ille mutatis qvibusdam verbis: memento homo, qvia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem converteris, inqve oculos ejus cineres conjecit, non in caput, ut mos est. Interim Italia bellis ardebat, Arragonlorum & Gallorum, Genuensium & Pisanorum, nec tamen cura Bonifacio fuit pacem conciliare, sed visus est potiùs flammis oleum infundere: serò tamen ei in mentem venit, novas *Alborum* & *Nigrorum* discordias (his enim nominibus tum cœpêre

Gibellini & Gvelphi inter se dignosci) in Hetruria componere, & in terram sanctam exercitus Christianorum mittere. Atqve ideò Apameensem Episcopum ad Philippum Pulchrum Galliæ Regem ablegavit, qvo svasore ille ad expeditionem cruciatam animaretur. Sed res aliter cecidit, atqve Bonifacius putabat: Rex enim obstinatius renuens, increpatur ab Episcopo durius, qvod ille ægrè ferens hunc in carcerem conjicit. Papa, compertâ re, mittit legatum alium, qvi dimitti Episcopum postularet, ni id fieret, pronunciaret, regnum Franciæ ad Ecclesiam esse devolutum, Regem anathemate feriret, & ab obedientia subditos exsolveret. Hac violentiâ coactus Philippus, Episcopum dimisit qvidem, sed ut Pontificis injurias vindicaret, Pragmaticam edidit sanctionem, qvâ vetabat è Gallia qvenqvam Romam proficisci, aut pecunias eò conferre, appellationem interponens à Pontificis judicio ad Concilium universale. Factum hoc est in conventu Cleri Gallicani, Parisiis jussu Regis congregati, anno 1296. in qvo Bonifacius declaratus est, malis artibus Romanam Sedem invasisse, adeoqve illegitimus Papa esse, in cujus locum à generali Concilio alius qvispiam substituendus sit. Ejus electionem vituperabant tùm etiam qvidam, qvos vocârunt *Fratricellos*, qvod in cellis noctu conventus celebrarent, haud dubiè periculi metu, qvorum

rum anteſignanus Hermannus, Ferrariæ vigeſimo poſt ſepulturam anno effoſſus flammis abſumtus eſt, Bonifacio acriter in ſectam inqvirente, nec minora illis flagitia tribuunt Scriptores, qvàm olim Chriſtianis per calumniam gentiles affingebant, verène, an falſo, non ſatis liqvet, cùm ea tùm fuerint tempora, qvibus veritas à mendacio victa, qvamdiu ſic Deo, juſto judici, viſum fuit, ſuccubuit. Eorum fortè ex numero *Dulcinus* fuit & *Margaretha* ejus uxor, qvi ſub *Clemente V.* ſeqventis ſeculi anno 7. unà cùm aſſeclis propè mille circà Novariam exagitati ſunt: & conjuges iſti qvidem lacerati, cremati, eorumqve cineres in aëra diſperſi; Sectatores verò in montana fugati, ubi frigore & inedia perierunt. Sed ad Bonifacium ut redeatur, mortuus ille eſt animi mœrore, poſtqvam à familiaribus qvibusdam ſuis, cum Philippo Rege ſentientibus, Anagniæ captus, & in vinculis detentus eſt, anno ſeculi decimi qvarti tertio. De eo dictum propterea eſt, qvod Pontificatum invaſerit ut vulpes, regnaverit ut leo, mortuus ſit ut canis. Primus inſignem pecuniis aucupandis rationem excogitavit, publicato anno Jubilæo, qvo ſeculum à nato Chriſto decimum tertium finiit, centeſimo qvoqve anno deinceps repetendum, cujo tale eſt inſtitutum, ut peccatorum venia indulgeatur omnibus, qvi circa feſtum Nativitatis Chriſti Romæ ſancta loca, ſi trans-

alpini fuerint, octiduo, si cisalpini per dies 15. viserent. Utilitas tamen, qvam inde Romana curia percepit, effecit, ut contraheretur postea Jubilæorum tempus, primum ad 50. mox ad 25. annos, ut suo loco dicendum erit.

CAPIT. IV.

SECTIO VI.

De rebus Seculi decimi qvarti.

SUMMARIA:

Bonifacii VIII. P. & Alberti Imperatoris gesta reliqva, n. 1. *Benedictus & Clemens V. PP. Henricus VII. Imperator*, n. 2. *Scriptores qvidam*, n. 3. *Ludovicus IV. Imperator, & gesta ejus cum Pontific.* n. 4. *Heresis. Turcica qvædam & Græca. De Academiis & ordinibus monasticis aliqva*, n. 5. *Carolus. IV. Imperator. Pontificum Successio*, n. 6. *Progressus Turcici. Ordines Monachorum, Secta dealbatorum*, n. 7. *Wenceslaus Imperator. Pontificum Successio & schisma. Joh. Wiclefi dogma*, n. 8. *Scriptores*, n. 9. *Bonifacius IX. P. Græca quædam & Turcica.* n. 10.

1. Qvod

I.

QVod nunc enarraturi sumus Seculum Ecclesiæ Christianę decimum qvartum, signari solet notabili characterе augescentis potentiæ, cùm inter Barbaros Turciæ, tùm in Europa Austriacæ. Etsi enim *Turcarum* nomen diu anteà cognitum, & non contemnendum eorum in Asia regnum fuit, à parvis initiis ad summa progressum, duce præsertim Aladino Selzuccio, qvod, à regia Principum, Iconiense vocatum est; qvoniam tamen sub Aladino II. iterum defecit, in varias dissipatum provincias sub multis Ducibus, ideòqve non nostri solum Scriptores, sed Turcarum qvoqve libri, primum Turcorum Imperatorem *Osmanem* faciunt, qvi oppressis reliqvis, cum initio soli Bithyniæ præesset, novum hoc tempore imperium orsus est, qvod in hunc usqve diem in familia ejus perdurat. Sedes imperii fuit Prusa Bithyniæ, vixitqve ad annum usqve 1336. Ex *Austriaca* gente, qvæ & ipsa in hodiernum diem rerum summæ præest, *Alber-*

tus imperavit, à Bonifacio, ut diximus, initio non approbatus, qvod se insciо electio facta esset: qvo tempore dum Jubilæum celebrat, [sanctissimus Papa, accinctus ense, coronâqve imperiali ornatus, in publicum prodiens exclamavit: *Ego sum Cæsar ac Pontifex*] postmodum tamen ultrò non approbatus solùm, sed & Franciæ regno ab eodem Pontifice donatus, nova bella inter Germanos & Gallos serere conante. Qvod idem Albertus recusavit, initâ cum Philippo pace, & junctâ affinitate matrimonio utriusqve liberorum. Ipse Albertus à filio fratris sui Johanne, cujus ditionem detinuerat, postqvam imperâsset annos 10. occisus est propè Reinfeldam, anno 1308. consulantur *Cuspinianus*, *Paralipomena Ursperg. Chalcondylas*, *Leunclavius*, *de rebus Turc.*

An. Chr. 1306.

An. Chr. 1308.

2. In Papalem igitur thronum morte Bonifacii [An. Chr. 1303.] vacuum, eligitur à Cardinalibus *Benedictus IX.* anteà Cardinalis Hostiensis, à qvo regnum Galliæ & Rex ipse Philippus anathemate liberantur; Columnenses etiam

etiam restituuntur in integrum, nisi qvod duo Cardinales Columnii abstinere jussi sunt à Pileo ad breve tempus: qvem illis *Clemens V.* Benedicti successor, deinde restituit. Præruit autem Benedictus solùm mensibus 8. *Clemente* in demortui locum, ut diximus, suffecto, postqvam sedes 13. mensibus vacâsset. An. Chr. 1305.

Hic, cùm in Gallia sub electionis suæ tempus versaretur, Cardinales ad se Lugdunum evocavit, ex qvo tempore, ab anno nimirùm 1305. & deinceps per 70. & qvod excedit, annos, Romana Curia in Gallia fuit Avenione potissimùm, qvàm inde urbem sibi Pontifices propriam in hunc usq; diem vendicârunt, nonnullis emtione, aliis donatione à Johanna Neapolitana ad sedem Pontificiam sub Clemente VI. pervenisse, commemorantibus. Ceterùm, dum coronatur Clemens V. & pompâ per Urbem ducitur, ruinâ muri magna hominum multitudo, & in his Johannes Britanniæ Dux oppressus, & Philippus Gallorum Rex debilitatus est. Ipse Pontifex inter turbam ingentis precii carbunculum à corona amisit. Sub hoc Pontifice *Avenione* celebratum est *Concilium*, in qvo constitutiones corpori Juris Canonici annexæ, qvæ *Clementinæ* vocantur, promulgatæ sunt, & confirmata corporis Christi solennitas. An. Chr. 1312.

Ordo qvoqve *Equitum Templariorum*, qvi ingentes opes, maximè in Gallia, possidebat, svasu Philippi Regis condemnatur, qvi bonis illorum creditus est inhiâsse: qvod enim crimen iis tribuunt defectionis à Christianis, & conspirationis cum Saracenis, difficilem habuit probationem, qviqve eâ de causa in Galliis necabantur, magna animi constantia mortem tulerunt, nec, licet torti, qvicqvàm tale de suo ordine confessi sunt. Fundi eorum pleriqve *Hospitalariis S Johannis* attributi, à qvibus paulo antè Rhodus Insula Turcis erepta erat. Auxit Philippus opinionem cupiditatis alienorum locorum, cùm Judæos totâ Gallia expulit, jussos, ut contenti essent unâ veste & exiguo viatico, in qvorum possessiones ipse deinde involvit. Fuitqve eo tempore ista etiam luis calamitas, qvod dicebantur per leprosos pecuniâ conducti, puteos in Germania infeciisse, ut homines inde victitantes necarentur: ingens enim pestilentia eo anno, qvi erat 1312. in Germania grassabatur, qvâ solùm Coloniæ Agrippinæ ad 30000. absumti sunt: cremantur itaqve Judæi multis in urbibus unà cum leprosis, non satis ubiqve de scelere admisso convicti. Plebs enim furibunda à Clero adversus illos concionibus exstimulabatur, qvi furor aliqvoties hoc seculo adversùm eos repetitus est.

Clemens interim multos creavit Cardinales, Gallicæ nationis omnes, ut jam tùm appareret, non alios imposterum, qvàm Gallos Pontifices futuros esse. Adjiciens tamen animum rebus qvoqve Urbis & Italiæ, tres eò misit Cardinales cum potestate Senatoria, à qvibus Roma atqve Italia gubernaretur. Ipse etiam Venetos, Florentinos, Lucenses, ad mandata sua nolentes ar-

ma

ma deponere, interdicto subjecit Ecclesiastico, & *Imperatorem Henricum VII.* ex Lucelburgensium Comitum familia oriundum, qvi in Alberti locum nuper ab Electoribus erat constitutus, in Italiam evocavit, ut per illum factiones compescerentur. Qvod dum Henricus egregiè præstat, & cisalpinas Urbes compressis seditionibus imperio vindicat, Romæ insidiis excipitur, populiqve rebellione ad Robertum Apulum spectantis, & paulò pòst Monachi cujusdam à Florentinis, uti ferunt, conducti scelere, interimitur: tùm in Eucharistia venenatam ei hostiam porrexisset. Accidit hoc parricidium anno 1313. Consulantur *Nauclerus*, *Platina*, *Chronicon Norimbergense*, *&c.* An. Chr. 1313.

3. Sub initium hujus seculi floruit *Johannes Duns* Scotus, cui *Doctoris subtilis* elogium fuit, ex ordine Minorum. Theologiæ & Philosophiæ scholasticæ propagator insignis, à qvo Sectæ Scotistarum origo data est, Thomistis in pluribus adversans; maximè tamen in qvæstione de concursu causæ primæ cum actionibus secundarum, qvem illi *antecedaneum & irresistibilem impulsum*, Thomistæ *concomitantem cooperationem* interpretantur. Occasionem etiam ejus Scripta dederunt qvæstioni, de *immaculata conceptione B. Virginis*, qvæ ex eo tempore ingentibus studiis inter partes agitari cœpit. In eodē scholasticæ Theologię versati tūc sūt institutō, *Augu-*

gustinus Triumphus Monachus Augustinianus, *Petrus Aureolus* Minorita, *Durandus* & *Herveus*; Dominicani, *Franciscus Mayronis* & *Gvilielmus Occam*, Franciscani è Britannia, qvorum posterior propter Scripta qvædam, *opus*, scilicet, *nonaginta dierum* & *Dialogos*, meruit in indice librorum prohibitorum poni, qvod contra *Johannem XXII.* Pontificem, Ludovico Imperatori favisset, & ejus causam defendisset. Ei se opposuit alius è Franciscì familia, *Pelagius Alvarus* Hispanus, in libro de *planctu Ecclesiæ & Apologiâ*, qvibus Johannes Papa contra Imperatorem acriter defenditur. Floruit tùm qvoq; *Sifridus Presbyter* Misnensis historiæ Scriptor, qvam orsus est ab anno 458. & perduxit ad annum 1077. *Eberhardus* item Archi-Diaconus Ratisbonensis Chronographus ab anno 1273. ad annum 1305. Vixisse qvoqve hoc tempore *Nicephorum Callistum* Historicum Græcum, patet ex operis ejus dedicatione facta Andronico seniori, Imperatori. Ejus historia continetur *libris* 18. sed probabile est, plures fuisse; pertingit enim solùm ad annum Chr. 625. paulò posterior fuit *Nicephorus Gregoras*, qvi contexuit res imperii Orientales, ab eo tempore orsus, qvo Franci isto potiti sunt, finiens historiam cum obitu Andronici junioris, qvi contingit anno Domini 1344. Memorandus etiam est *Nicolaus Lyranus, Glossator Bibliorum universorum*, qvod opus notissimum unà cum aliis qvibusdam elucubravit, postqvam à Judaismo ad Christi fidem conversus esset. Jurisprudentiam *Bartolus*, & mox *Baldus*; *Poësin Italicam* & *Latinam*, *Dantes Aligerius*, & post annos aliqvot, *Franciscus Petrarcha* uterqve Florentinus, excoluere. Primi *Poëseos* insignia titulumqve receperunt, multaqve alia scripsit Petrarcha *qvatuor comprehensa Tomis*, qvæ in omnium manibus sunt.

An. Chr. 1314. 4. Post mortem Henrici Imperatoris *Ludovicus IV.* Bavariæ Dux ab Electoribus qvin-

qvinqve creatur Imperator : *Fridericus Astriacus* duorum reliqvorum suffragia obtinet. Hinc civile natum est in Germania bellum, in qvod demùm post annos septem Victor Ludovicus Fridericum cepit. eoqve tandem pacto captivitate solvit, si imperium abjuraret. *Johannes* interim *XXII.* in Clementis locum Pontifex factus erat, ab eoqve Ludovicus imperii confirmationem cùm petiisset, non obtinuit, qvod in discordia electum causaretur. Nihilominus tamen imperii jura Ludovicus exercuit, non in Germania solùm, sed Italia qvoqve, vicarios, qvos Capitaneos vocant, urbibus imperii imponens, & Gibellinis Mediolanensibus auxilia submittens. Qvod factum tàm impatienter Pontifex tulit, ut solenni die Imperatorem excommunicaverit. Imperator contra ad generale Concilium appellavit, edoctus à viris divini humaniqve Jurisperitissimis, in rebus temporalibus non Imperatorem Pontifici, sed hunc illi subjectum esse. Præter Occamum, qvi & ipse est excommunicatus, *Marsilius* qvoq; *Patavinus* librum ad Ludovicum scri-

scripsit ejusdem argumenti. Et Romani, improbantes Acta Johannis, Imperatorem in Italiam acciverunt. Qvo ille profectus, Mediolani & Romæ coronas Italicas recepit, constituitqve novum Pontificem Johannem Petrum Corbariensem, hominem olim conjugatum, sed qvi, relicta uxore in vita, Franciscanum ordinem ingressus erat: Hic se *Nicolaum V.* vocabat, & Viterbii relictus à Cæsare, postqvam is in Germaniam rediisset, factione eorum, qvi cum Johanne sentiebant, capitur, & Avenionem perducitur, ubi in carcere periit. Cum in Germaniam reversus esset Cæsar, Francofurti anno 1329. Comitia celebravit: in qvibus statutum est, nihil juris Pontificem habere in constituendo Imperatore. Sexennio post Johannes vivis ereptus, *Benedictus XII.* in Papam electus est, à qvo antecessoris in Imperatorem confirmata sententia & Ludovicus omni dignitate & Bavariæ qvoqve Ducatu indignus pronunciatus est. Romani qvoqve ab eo alienati, Pontifice Senatorium jus in

An. Chr. 1328.

An. Chr. 1337.

se

se transferente. Benedictum ubi excepit *Clemens VI.* anno seculi 42. non desiit, sed magis exarsit Pontificius furor. Præscripsit hic Imperator triduí tempus, qvo satisfaceret Ecclesiæ, severissimas comminatus pœnas, omniumqve templorum valvis diplomata sua curavit affigi. Exacto triduo cum nemo compareret, contumacem declaravit. Supplicanti postea per Oratores, obtulit hanc reconciliationis formulam: ut in solidum omnes hæreses confiteatur, resignet imperium, nec id, nisi de sua gratia resumat, se, filios, bona ac statum omnem in manus & arbitrium Papæ tradat: acceptavit ille conditiones, qvamvis injustissimas, tantùm ut Papæ mitigaret contumaciam, nihil tamen proficere potuit: Pontifex enim vicisse putans, graviora addit: ut decreta contra Johannem facta rescindat, opprobria recantet, edicto perpetuo sanciat, imperium beneficium esse Pontificis, nec ante qvenqvam Cæsarem esse aut vocari, qvàm ille auctor fieret. Id verò An. Ch. 1342.

in-

indignati Principes Germaniæ iterum conveniunt Francofurti, decernunt, articulos iniqvos esse, & ad imperii everſionem ſpectare, unoqve tollunt decreto omne jus, qvod ex antiqvo Papæ ſibi in confirmationibus Imperatorum conabantur vindicare. Qvidam tamen ex Archi-Epiſcopis, magis qvippe obnoxii Pontifici, deſerto Ludovico, *Carolum* Bohemiæ Regem, Henrici VII. nepotem [nam Johannes Henrici F. Bohemiæ Regis filiam uxorem habuit, è qva Carolus natus eſt] ad imperium vocârunt. Ludovicus contra ordines Spiram evocat, qvi tuendum eum omnes ſuſcipiunt, donec tandem veneno ex Clementis inſidiis interceptus, beatâ morte Pontificiam
An. Chr. 1347. Tyrannidem victor evaſit. Videantur *Crantzius in Saxonia l. 9. Aventinus, Platina, Blondus, &c.*

5. Exorta erat, vivente adhuc Johanne XXII. inter Scholaſticos diſputatio de paupertate Chriſti & Apoſtolorum, contendentibus qvibusdam, qvod Salvator & Apoſtoli ejus nihil in privato vel proprio poſſederint, qvodq; adhuc omnes Chriſti Diſcipuli vendendi, donâdi, teſtandi, acqvirendi ſuopte ingenio jus non habeant: qvos Johannes pertinaces atqve hæreticos declaravit, miſitq; ea de re literas Apoſtolicas ad omnia Gymnaſia & Univer-

versitatis, ne in qvæstionem amplius deduceretur. Damnavit præterea *Glossam Petri ex ordine Minorum*, qvâ Monachos animaverat ad imitandam Christi paupertatem, eorumqve ex numero multi exusti damnatiqve sunt.

Dum Johannes Papatum administrat, *Ottomannus* Turcarum Rex moritur, succedit filius *Urchanes*, qvi plerasqve ad Hellespontum provincias suæ ditioni subjecit, dum Græci inter se ipsi digladiantur de imperio. Nam post Andronici junioris obitum, qvi cognominem Avum anno 1328. dejecerat, Johannes Palæologus factus est Imperator, An. Chr. 1341. sed sub Johannis Cantacuzeni tutela, qvi posteà imperium ipse affectavit. Urchanes Turcorum Imperator vixit ad annum usqve 1359. superstes *Solymanno* filio, à qvo primùm in Europam paucis cum copiis transitus factus est, maximo cum Christiani populi damno. Accidunt hæc, dum Clemens Pontifex, cum qvinqvagesimus seculi annus ageretur, non expectato termino, qvem Bonifacius præfixerat, Jubilæum promulgat, qvinqvagesimo deinceps anno repetendum. Per eadem hæc tempora *Academiæ* fundatæ sunt plurimæ, utpote *Ferrariensis, Aurelianensis, Pisana, Heidelbergensis, Andegavensis, Erfurdensis, Pragensis, Cracoviensis, Coloniensis*, qvæ qvatuor postremæ seqventium Pontificum autoritate confirmatæ sunt. Qvod verò propagandæ religionis studium attinet, fuit id qvidem aliqvod,

Uu sed

sed subleſtum,& cum injuria conjunctum. Nam in Pruſſia & Livonia Teutonici milites; ex altera parte in Beticâ Hiſpaniæ provincia novus militum ordo à Johanne XXII. inſtitutus, armatâ vi populos ad fidem cogebant. Utqve intelligere poſſit, qvam graves Reipublicæ fuiſſe neceſſe ſit, tot ordines Mônachorum, locuſtisqve Apocalyptibis non immeritò comparandi, ecce unius Carthuſianorum ordinis, (ut è *Spangenbergio* refert *Calviſius* in an. 1349.) peſtis tempore, qvæ per omnem Europam graviſſima fuit, mortui ſunt Monachorum 124434.

6. A morte Ludovici Imperatoris, *Carolus* Bohemiæ Rex imperium retinuit, non tamen absqve contradictione illorum
An. Chr. 1350. Principum Electorum, qvi Ludovico conſtanter adhæſerant. Nam ab his primùm *Eduardo* Regi Angliæ imperium eſt oblatum; deinde, cum is ſe Germaniæ turbis immiſcere nollet, *Friderico* Miſniæ Marchioni, qvem Carolus pecunia ſubmovit; *Güntbero* deniqve *Swartzenburgico Comiti*, qvi tamen paulò pòſt decceſſit hauſto veneno, qvod Medicus ab adverſariis conductus, ei propinavit. Sic ad Carolum favor rediit, qvi tendens in Ita-

Italiam, Mediolanensem & Romanam recepit coronas, sed eâ à Pontifice dicta lege, ne post coronationem diutius in Italiâ subsisteret, qvod & ne faceret, sedulò cavit. Ubi verò in Germaniam rediisset, constitutionem illam, qvam *Auream Bullam* vocant, de eligendo Imperatore, & Electorum præeminentia promulgavit in Comitiis Noribergensibus, qvæ habita sunt anno 1356. Triennio ante mortuus erat Clemens, successeratqve *Innocentius VI.* cujus rebelles Imperator in Italia ad obedientiam Pontificis reduxit: novem autem annis & uno cum præfuisset mense, *Urbanum V.* habuit successorem, anno 1362. qvem post octo annos *Gregorius XI.* secutus est, anno 1370. qvi Italiæ motibus coactus Avenione solvens, sedem Pontificiam Romam iterum transtulit, postqvam septuaginta annis & ultra in Gallia fuisset.

Florentinis enim autoribus plurimæ Urbes ad Romanam Ecclesiam pertinentes defecerunt, neq; armata vis, Gregorio primùm tentata, processit, cum insolentia Gallorum, qvibus militibus usus est, omnium animos alienaret. Idem etiam interdicti & anathematis fulmina frustra adversus Florentinos consumsit, cum illi

hæc contemnentes, Sacerdotes adhibita vi cogerent ad sacra more solito peragenda. *Scaligeri* Veronæ Principes urbe illâ expulsi sunt. Ex *Platina & Chron. Manuel.*

7. Dum Carolus imperat, & hi tres, qvos diximus, Pontifices, sedem occupant, Turcarum Princeps *Amurathes*, ad qvem, Parente Orchane, anno 1358. vivis exemto, per ordinem successionis imperium descendit, rem Turcarum magnis accessionibus auxit: in auxilium advocatus à Palæologo Imperatore, contra Marcum Bulgariæ Despotam. Qvo bello cum Græcorum sponte Adrianopolin & Calliopolin occupâsset, illuc Asianas copias traducens, in Europa bellum propagat, in Servia, Thessalia, Macedonia multa loca expugnat. Dum tamen cum Serviæ Despota cõfligit, occiditur à Despotæ Servo, Despota contra ab Amurathis filio Bajazethe interemto: qvod *Wenceslao* imperante accidit. Per idem tempus *Brigitta* Sveciæ Princeps vidua Romam venit, qva autore Gregorius Romam aulam suam revocavit. Instituit illa duplicem ordinem virorum & muliebrium in distinctis tamen cœnobiis, uno inter se pariete cohærentibus: qvem ordinem Gregorius confirmavit. Ferunt, divinationis eam dono præditam fuisse. Non diu post *Catharina Senensis*, ordinem virginum sub Dominici regula cœpit, *Clara* æmula, qvæ Francisci institutum imitata erat. Urbanus qvoqve Papa Jesuatorum ordinem confirmavit, & peculiari veste privilegiisqve donavit, qvi Monachi manibus suis laborantes victum qværebant. Qvidam etiam *Canonici regulares Scopetini*, sub regula, qvam vocant Augustini, novas congregationes instituebant. Habentqve hi omnes ordines, excepto Brigittæ instituto, incunabula sua Senas Italiæ, in qva etiam aliqvanto post *Beghardorum seu dealbatorum* excitatus est furor, qvi anno 1389. cum universa Italia bellis arderet,

hæc contemnentes, Sacerdotes alibita vi
gerent ad sacra more solito peragenda. Sa
ri Veronæ Principes urbe illâ expulsum.
Platina & Cuspin. Manuel.

7. Dum Carolus imperat, & hi ens, gra
Pontifices sedem occupant, Turcarum Princeps
ibet, ad quem Parente Orchane, anno 1300. ex
per ordinem successionis imperium devenit,
caram magnis accessionibus auxit: in annis
carus à Paleologo Imperatore, contra Mysos
rix Despotam. Quo bello cum Græcorum Sym
nopolin & Callipolin occupâsse, illac Alpes
trajiciens, in Europa bellum propagat, in Serv
lia, Macedonia multa loca expugnat. Dum
Servæ Despota cõfligit, occiditur à Despota Serv
spota contra ab Amurathis filio Bajazete, cum
quod *Wenceslaus* imperante accidit. Per id
Brigitta Sveciæ Princeps vidua Romam venit
tore Gregorius Romam aulam suam revocat.
stituit illa duplicem ordinem virorum & mu
in distinctis tamen cœnobiis, uno inter se
haerentibus: quem ordinem Gregorius con
berunt, divinationis eam dono præditam. Ma
post *Catharina Senensis*, ordinem virginum ab
ci regula cœpit, *Clara* æmula, quæ Franciscum
imitata erat. Urbanus quoque Papa Jesuitarum
nem confirmavit, & peculiari veste privilegiavit
vit, qui Monachi manibus suis laborantes victum
bant. Quidam etiam *Canonici regulares* dicebantur
regula, quam vocant Augustini, novas congrega
instituebant. Habentque hi omnes ordines exempl
gietæ instituto incunabula sua Senas Italiæ, ut qui
aliquanto post *Bernardorum seu dealbatorum* ordi
ssit furor, qui anno 1589. cum universa Italia bella

ret, secuti sacerdotem forma corporis & eloqventia præstantem, albas induebantur vestes ad pedes demissas, viriqve pariter & feminæ, virgines & conjugati, interqve hos illustri genere nati, bini longo ordine ibant ad vicinas urbes, magno clamore pacem & misericordiam poscentes, totâ, qvæ intra Alpes est Italia, in peregrinationes istas effusâ: sic, ut ex una urbe Lucâ ad 3000. hominum turbæ isti se adjungerent, donec à Bonifacio Pontifice coërcerentur, & Sacerdos iste combustus esset. Scribit *Matthæus Palmerius*, adeò omnium animos religionem istam occupâsse, ut si qvis aliâ, qvàm albâ veste conspiceretur, pro contemtore Numinis fuerit habitus; duravitqve superstitio ista tres menses. Consulatur *Palmerius*, *Leuncla vius*, *Platina*, *Sabellicus*, &c.

8. Anno 1378. Carolus Imperator vivis exemtus est, regnavitqve post illum *Wenceslaus* filius, qvem triennio antè Pater Regem Romanorum eligi curaverat, vini & libidinum, qvàm imperii, studiosior, nullaqve re memorabilior ejus Principatus fuit, qvàm invento *bombardarum* in Germania: qvârum usum Bertholdus qvidam Monachus primus monstravit, Venetiqve eo bello, qvo sub hoc tempus adversum Genuenses occupati erant, primi usurpârunt. Eodem, qvo Carolus anno moritur etiam *Gregorius Papa XI.* substituiturqve in locum ejus à Cardinalibus *Urbanus VI.* Cum verò nimis severum An. Chr. 1378.

severum se Cardinalibus exhiberet, Gallicis præsertim, qvos sciebat in Italicæ nationis Pontificem malè affectos esse, neqve in suam electionem libenter consensisse, illi qvæsito æstivi caloris prætextu Urbe excessere, & novum Pontificem, qvem *Clementem VI.* appellârunt, elegêre, in cujus odium Urbanus qvinqve Cardinales, sacco inclusos, aqvis submersit. Clemens Italia excedens, Avenionem se contulit, duravitqve hoc schisma 39. annis, donec in Concilio Constantiensi sublatum est. Porrò Italia, Germania & Hungaria Urbano adhærebant; Gallia, Hispania, Britanniaqve Clementi.

Poloniæ regno tunc sub Principe Jagellone *Lithvania* accessit, qvæ gens simul Christiana sacra amplexa est. Urbanus autem, ne alius deinceps, qvàm Italus Pontifex creari posset, remotis eo qvo diximus pacto, veteribus Cardinalibus, unâ promotione 29. elegit novos, Italos omnes. Festum deinde Conceptionis B. Mariæ Virginis instituit, in qvo solennes fierent preces pro schismate ex ecclesia tollendo. Verùm *Johannes de Rupe scissa*, ordinis Francisci Theologus, sumta è schismate ansa cogitandide

Ec-

Ecclesiæ, qvalis tùm erat, statu, duos Anti-Christos, oppressionem Ecclesiæ, ordinum monasticorum corruptelas, aliaq; arguere cœpit. Propter qvæ carcerem meruit: de futuris etiam qvædam divinans, præsertim de universali qvâdam gentium conversione. Cœperat & ante annos aliqvot An. Chr. 1369. in Anglia *Johannes Wiclefus* Oxoniensis Professor, multa contra dogmata recepta disputare. Impugnabat præcipuè Pontificis autoritatem, qvem reliqvis Episcopis parem esse cupiebat; Sacerdotes reliqvos eleemosyna contentos esse debere asserens, luxum eorum impugnabat, monasticos ordines Dæmonum figmenta esse dicebat, nihili esse vota continentiæ, confessiones auriculares, satisfactiones, extremas langventium unctiones, preces pro defunctis ad solum qvæstum sacrificulorum pertinere, sacrarum verò vestium ornatum eorundem inservire ambitioni. Continebantur hæc in libello, cui ipse *Alethiæ* sive veritatis nomen fecit, è qvo Hussium qvoq; melius informari contigit, ut paulò pòst dicemus. Ipse Wiclefus in Oxoniensi Academia Anno 1375. damnatus, & à munere professorio depositus est: inde factus Ecclesiastes in Lutter-Woord placidâ morte ibidem decessit, nec nisi post multos annos effossus crematusqve est. Scripsit præter illum Alethiæ libellum, aliqvot etiam *libros de realibus universalibus*, in qvibus

Jus canonicum & civile ita explicat, ut qvid orthodoxæ fidei sit consentaneum, simul admonuerit. Multos eum in Anglia discipulos reliqviſſe, cùm testimonium ab Oxonienſi Academia anno 1403. de laudabili ejus vita doctrinâq; scriptum, tùm propagatio dogmatum ejus, facta à discipulis, qvaqvaversum & in Bohemiâ etiam delatis, satis indicat. Consulantur de prædictis *Platina, Palmerius, Chron. Norimb. Joh. Dubravii Histor. Bohem. vita Hussi à Theobaldo scripta, &c.*

9. Hâc posteriore seculi parte scribendis Commentariis in sacras literas, Magistrum sententiarum, Aristotelem, plurimi operâ suam collocârunt, qvos inter præcipui nominis sunt, *Johannes Baconus Anglus Carmelita, Simon de Cassia Italus Augustinianus, Robertus Holkot Anglo ordinis Dominicani, Thomas Argentinensis Augustinianus, Gregorius Ariminensis*, ejusdem ordinis prior Generalis; *Richardus Rhadulphus* Archi-Episcopus Armachanus, è cujus *libris adversus errores Armenorum*, item *adversus reliqviosos Mendicantes* Pro Parochis, Wiclefum multa sumsiſſe, *Thomas* Waldensis, qvi contra utrumqve scripsit, monet. Addatur his *Nicolaus Gorram Dominicanus è Gallia, Alphonsus Vargas Archi-Episcopus Hispalensis, Henricus de Hassia Carthusianus*, & qvi pietatis singulare habuit laudem, concionator egregius *Johannes Taulerus*, Argentinæ in collegio Dominicanorum vivens, qvem *Johannes Eckius* de fide habuit suspectum; ea enim aliqvando scripsit, qvæ Romanæ Ecclesiæ dogmatibus saniora sunt. Paulò his antiqviores sunt *Astesanus Astensis*, à qvo edita est *summa casuum conscientiæ, Lupoldus de Babenberg*, qvi scripsit librum *de juribus imperii, Nicolaus Cabasilas Graecus*, qvi præter alia multa scripsit *de processione Spiritûs sancti contra*

Jus canonicum & civile ita explicat, ut quæ theologo fidei sit consentaneum, semper inquirat. Multos eum in Anglia discipulos habuisse, quibus, cùm testimonium ab Oxoniensibus anno 1402. de laude bibliorum ejus virtutis scriptum, tum propagato dogmatum ejus à discipulis, quæ varie versum & in Bohemia delatis, satis indicat. Consulantur de eo *Platina, Palmerius, Ceron. Nauclerus, Hayton. Bohem. vita Hussi a Theobaldo* [illegible]

9. His posteriore seculi parte scriptoribus [illegible] rius in sacras literas, Magistrum sententiarum [illegible] lem, plurimi operâ suam collocarunt, quorum [illegible] Pius nominus sunt, *Johannes Baterus Augustanus, Simon de Cassia Italus Augustinianus, Jacobus Angelus ordinis Dominicani, Thomas Argentinensis, Gregorius Ariminensis*, ejusdem [illegible] Generalis, *Richardus Rhadulphus* Archiepiscopus [illegible] machinus, è cujus libris asserta errores [illegible] item *adversus religiosos Mendicantes* [illegible] clesum multa fumidè, *Thomas Waldensis*, [illegible] veramque scripsit, monet. Additur his [illegible] *nam Dominicanus e Gallia, Alphonsus Vargas* [illegible] *scipus Hispalensis, Henricus de Hassia Carmelita*, qui pietatis singulare habuit laudem, cognitionem [illegible] gius *Johannes Tauleras* Argentinæ in collegio [illegible] Prædicatorum virens, quem *Johannes Eckius* [illegible] suspectum; ea enim aliquando scripsisse [illegible] clesiæ dogmatibus faniora sunt. Paulo [illegible] sunt *Aschamum Astensis*, à quo edita est [illegible] *entia, Lupoldus de Babenberg*, qui [illegible] *de juribus imperii, Nicolaus Cabasilas Graecus*, [illegible] cer alii multa scripsit de processione Spiritus [illegible]

contra Latinos, & explicationem Liturgiæ, in qva judicat *Bellarminus*, expungenda esse *capita* 29. & 30. *Manuel Caleca*, qvi, qvamvis & ipse Græcus esset, pro Latinis tamen scripsit contra Græcos. Bonarum literarum post Petrarcham, Astronomiæ item & Philosophiæ restaurator Florentiæ fuit *Johannes Bocatius*, cujus secuti sunt vestigia *Poggius, Aretinus, Philelphus, & plures alii*, qvi seqventi seculo floruêre.

10. Anno 1389. moritur Romæ Urbanus VI. succedit *Bonifacius IX.* qvi cum Ladislao Hungariæ & Apuliæ Rege bellum gessit, Romamqve sibi adeò habuit obnoxiam, ut pro arbitrio novum constituere Senatum, primusqve omne jus populi Romani sibi usurparet, arcemqve S. Angeli egregiè muniret. Reditus Ecclesiæ in immensum auxit, dum *Annatas* instituit Pontifici pendendas. Sunt autem Annatæ omnes illi proventus, qvi Clericis novis primo anno obveniunt: consenseruntqve in hoc Bonifacii postulatum omnes totâ Europâ nationes, exceptis Anglis. Porrò Avenionensis Pontifex *Clemens* successorem habuit *Benedictum XIII.* An. Chr. 1389.

Bajazetes interim, qvi post mortem Amurathis parentis sui apud Turcas imperavit, omnes pene urbes Græco Imperatori Manueli Palæologo eripuit, præter ipsam Constantinopolim.

Manuel iſte anno 1392. ad imperium ſub tributi conditione Bajazethis opibus evectus erat, poſtqvam unà cum patre Joanne è fratris Andronici vinculis evaſiſſet. Sed cùm grave jugum non ferret Manuel, Bajazethes ipſum Conſtantinopoli diù obſedit, anno 1396. Eam ut conſervarent, Sigismundus, qvi poſt Ladislaum expulſum in Hungaria regnabat, poſteà Imperator, cum Johanne Burgundo expeditionem adverſus Bajazethem ſuſceperunt, ſed infelicem, cæſo Chriſtianorum exercitu, ob proterviam Gallorum, qvi non expectatis auxiliis in hoſtes ruebant. Poſt victoriam ad Conſtantinopolis obſidionem reverſus Bajazethes, à *Timure Lanco*, id eſt, claudo, qvem vulgò Tamerlanem vocant, in Aſiam revocatur, ejus enim auxilia Græci imploraverant, qvem ſciebant, viribus Turcis parem aut ſuperiorem eſſe. Nam è Scythia ante viginti annos egreſſus, Babyloniam, Perſiam, Ægyptum, Syriam perdomuerat, numeroſiſſimoqve exercitu inſtructus adventabat. Ab eo igitur Duces primùm Bajazethis, poſteà ipſe qvoqve victus captusqve, & caveæ ferreæ inclúſus, perqve ludibrium circumductus eſt, donec contumeliæ impatientiâ victus, caput illideret caveæ, & periret, anno ſecundo novi Seculi. *Platina, Leunclavius, aliique.*

An. Chr. 1268.

CA-

CAPIT. IV.

SECTIO VII.

De rebus Seculi decimi qvinti.

SUMMARIA:

Joh. Hussi dogma, n. 1. *Pontificum successio & schisma*, n. 2. *Ruperti Imp. mors. Jodoci & Sigismundi electio. Concilium Constantiense*, n. 3. *Bellum Bohemicum*, n. 4. *Turcica*, n. 5. *Schisma Pontificum sublatum*, n. 6. *Scriptores*, n. 7. *Basileense Concilium. Fridericus III. Imp.* n. 8. *Synodus Florentina, & tentata cum Græcis concordia, qvam nunqvam coaluisse ostenditur, cum enumeratione errorum Græcæ Ecclesiæ*, n. 9. n. 10. *Pontifices. Amissio Constantinopoleos. Successio & gesta quædam Pontificum. Maximilianus I. Imperator*, n. 11. *Corruptio Cleri, & frustraneus reformationis conatus*, n. 12. *Testes veritatis*, n. 13. *Academiæ & Scriptores*, n. 14. *Typographiæ inventum. Bibliothecæ*, n. 15.

I.

SPissas priorum seculorum tenebras, & qvoddam duntaxat gallicinium te-

testium veritatis, qvi rariores hactenus in Papatum voce calamoqve invecti sunt, præsenti hoc *seculo decimo qvinto* qvædam qvasi aurora seqvitur, restitutis non tantum melioribus literis ; sed & publica Ecclesiæ doctrinâ in Bohemia, cujus fulgor multorum latè oculos perstrinxit , in melius mutatâ. Cum enim Bonifacius Papa anno seculari Jubilæum & indulgentias publicaret , & Wenceslaus Rex à Pontifice impetrâsset, ut Pragæ iisdem ac Romæ ceremoniis & gratiæ ubertate Jubilæum celebrari posset , *M. Johannes Hussus* Sacerdos Pragæ , in Eccleſia Bethlehemi suis concionibus eas indulgentias contemnere , & mox in Cleri mores invehi , palàm deniqve Wiclefi & Waldensium dogmata commendare , & pro ea , qvâ pollebat facundia, propagare cœpit.

Erant tùm in Academia Pragensi qvidam ex Anglia Wiclefi discipuli , qvorum commendatione cùm Hussus , tùm alii Scripta ejus legere & amare cœperunt : proferebant iidem propositiones à Wiclefo positas in medium , qvoties locus illis concedebatur opponendi in disputationibus publicis, donec moniti de periculo,

lo, qvod imminebat, Pragam relinqverent, non sine monumento aliqvo picturæ in pariete ejus, in qvo diversati fuerant hospitii, relicto, Christi nimirum & Pontificis, illius asino vecti, hujus multa cum pompa & armato satellitio, sublimi in eqvo incedentis, ut ex comparatione utriusq; amborum indoles tantò facilius agnosceretur. Oritur interim controversia in Academia Pragensi de suffragiorum plurium privilegio, qvo Germani Bohemive gauderent in electionibus Academici Magistratûs; cùmqve pro Bohemis pronunciatum fuisset à Rege, ad qvem controversiam detulerant, Germani facta conjuratione Praga omnes discesserunt numero ad 5000. ut *Sylvius* habet, multò verò plures, ut *Dubravius* & *Hagecus*, Lipsiam petentes, eorumqve in gratiam Fridericus Elector Saxoniæ Academiam eo loci fundavit, anno 1409. Discessu igitur Germanorum factum est, ut Hussus in Rectorem Pragensis Academiæ fuerit electus, qvâ ille pollens autoritate, plurimos in sententiam suam pertraxit, eamqve nobilibus etiam illustribusq; persvasit non paucis.

Tum verò Pragensis Archi-Episcopus Svinco Hasenbergius evigilare, & Collegium Ecclesiasticorum convocare, citare Hussum, eumqve dehortari cœpit, ne vellet imposterum Wiclefi dog-

dogmatibus hæreticis Ecclesiam turbare. Hussus optima qvæqve pollicitus, si qvid contra fidem Christianam docuerit, se correcturum suscepit : Cumqve Archi-Episcopus liberos omnes Wiclefi, qvi Pragæ deprehensi sunt, combussisset, numero ad 200. qvi pleriqve auro & argento fibulati erant, Hussus Dominica proxima ad populum factum reprehendit, Tyrannidem vocans, qvâ eripiantur hominibus ea remedia, qvibus meliora edoceri possint. Episcopus igitur cum vidisset, Hussum sententiæ suæ insistere, eundem depoluit, Pragâqve excluſit, unde ille in pagum Hussinez, è qvo oriundus erat, se contulit & concedente loci Domino, illic sacros cœtus magno confluxu auditorum habuit. Episcopus verò ad Sigismundum Hungariæ Regem profectus, cùm nullum in Wenceslao auxilium reperisset, eum, ut periclitanti rei Ecclesiasticæ subveniret, rogavit. Sed ille promissis oneratum Præsulem Posonii tamdiu detinuit, donec is ibidem moreretur. Ab ejus morte revocatus à populo Hussus Pragam rediit, & voce

scri-

scriptisqve Pontificatum & Cleri imprimis vitia impugnavit adusqve Consilium Constantiense.

De communione calicis dubitant aliqvi, num Hussus qvæstionem moverit, qvando *Æneas Sylvius, aliiq́*, Petro Dresdano & M. Jacobello de Misa id tribuunt: qvicqvid tamen sit de primo qvæstionis ejus autore, certum nihilominus est, Hussum Scriptis suis & concionibus, communionem utriusqve speciei vehementer flagitâsse, & sententiam ipsam de necessitate calicis suam fecisse, unde asseclis ejus *Calixtinorum* nomen est natum. Collega ei fuit *M. Hieronymus Pragensis*, vir doctus & disertus, Academiæ Cracoviensis constituendæ gratia à Poloniæ Rege evocatus, deinde à Sigismundo in Hungariam accersitus, ubi publicis concionibus Wiclefum laudare ausus est: qva re odium Ecclesiasticorum conciliavit, à qvibus procuratur, ut Viennæ Rector Scholæ carceri eum includeret, unde non nisi Pragensis Academiæ intercessione liberatus est. *Æneas Sylvius, Dubravius, vita Hussi, &c.*

2. In Wenceslai locum ab Electoribus depositi *Rupertus* Palatinus imperator creatus est, qvo regnante Solymannus Bajazethis filius, morte parentis An. Chr. 1400.

tis audita, regnum initii Turcicum, & Tamerlanes brevi post obiit, hæredibus imperii relictis duobus filiis, à qvibus, dum inter se bello intestino digladiantur, tantæ opes pessundatæ sunt.

An. Chr. 1404. Moritur qvoqve anno seculi qvarto Bonifacius Papa, eiqve sufficitur *Innocentius VII.* qvi seditione populi Romani, à qvo Ladislaus Apuliæ & Ungariæ pridem Rex advocabatur, Româ expulsus, Viterbii sedem fixit, & crucem cum indulgentiis adversus illum evulgavit. Cujus præconii occasione, non secus atqve Jubilæi, Hussius in Bohemia multas Papales fraudes & pecuniarum aucupia detexit, ostenditqve Anti-Christum esse eum, qvi cruce Christi adversus Christianos militat. Cum vero biennio Innocentius Romanam administrâsset curiam, moritur:

An. Chr. 1406. creaturqve à Cardinalibus Italis Angelus Corrarius, Venetus, dictus Gregorius XII. hâc tamen lege, qvam servaturum se juravit, (sicut & fecerant omnes alii Cardinales, si fortè ipsi eligerentur) ut statim muncre se abdicaret,

ret, ut primum Benedictus, qvi Avenione Pontificem agebat, ad idem faciendum se offerret. Verum, postqvam electus esset *Gregorius*, deqve loco, ubi Pontifex uterqve conveniret, inter Gallos Italosqve Cardinales ageretur, [totus enim Christianus Orbis tolli schisma flagitabat] nullus reperiri locus potuit, in qvem Pontifices, [illic nimirum deponendi] consentirent, qvasi ex composito id agentes, ne conveniri posset. At verò Cardinales utriusqve partis, delectâ Pisanâ Urbe Concilium habuerunt, abrogatoqve Pontificatu tàm Gregorio, qvàm Benedicto, in papalem thronum evehunt Petrum qvendam Cretensem, Cardinalem, qvi *Alexander V.* postea vocatus est. Profugit igitur Gregorius Ariminum, Benedictus Parischolam in Catalonia, erat enim è Catalonia oriundus, dignitatemqve qvisqve pristinam tutatus est, creatis Cardinalibus, qvi â latere essent: Alexander verò Bononiam se contulit, ubi brevi pòst tempore fatis concessit: Successorqve ei Romæ fuit *Johannes XXIII.* Sic Ecclesia Romana triceps facta est. *Platina.*

An. Chr. 1410. 3. Anno 1410. Rupertus Imperator moritur, succedit *Jodocus* Marchio Moraviæ, qvem post 6. menses mors etiam abstulit. Creatur igitur *Sigismundus* Marchio Brandenburgensis & Hungariæ Rex, suometipsius suffragio ceterorumqve Electorum, vir prudens atqve probus, cui nihil antiqvius fuit, qvam schisma Pontificum tollere. Igitur cùm Johannes XXIII. consentiente Italiâ & Germaniâ anno 1414. *Concilium* eâ de re convocâsset, electâ, svalu Imperatoris, Constantiâ Sveviæ urbe; & ipse se eò contulisset, Sigismundus nulli parcens operæ ad Galliæ, Angliæ, Arragoniæqve Reges excurrit, iisqve præsens persvasit, ut Concilium juvare, suos eò mittere, decretisqve illic faciendis morem gerere vellent. Conveniunt igitur Germani, Galli, Itali, Angli, Hispani, qvorum qvinqve nationum suffragiis, qvicqvid decretum esset, ratum habebatur. Initio statim multæ in Johannem Papam accusationes audiuntur, qvibus cum non satisfaceret, sed fuga elabi conaretur, capitur, à-

An. Chr. 1414.

qve

3. Anno 1410. Rupertus [illegible]
Chr. 410. moritur, succedit *Judocus* Marchio [illegible]
raviæ, qvem post 6. menses [illegible]
iam abstulit. Creatur igitur [illegible]
dus Marchio Brandenburgensis & [illegible]
gariæ Rex, suometipsius suffragiis [illegible]
rorumqve Electorum, vir [illegible]
qve probus, cui nihil antiquius [illegible]
qvam schisma Pontificum tollere [illegible]
tur cùm Johannes XXIII. [illegible]
Chr. 414. Italiâ & Germaniâ anno 1414 [illegible]
eâ de re convocâsset, electâ, [illegible]
peratoris, Constantiâ Sveviæ [illegible]
pse se eò contulisset, Sigismundus [illegible]
li parcens operæ ad Galliæ, [illegible]
Arragoniæqve Reges excurrit, [illegible]
præsens persvasit, ut Concilium [illegible]
suos eò mittere, decretisqve [illegible]
dis morem gerere vellent. [illegible]
unt igitur Germani, Galli, [illegible]
gli, Hispani, qvorum qvinque [illegible]
num suffragiis, qvicqvid decretum [illegible]
ratum habebatur. Initio [illegible]
tæ in Johannem Papam accusationem [illegible]
diuntur, qvibus cum non [illegible]
sed fuga elabi conaretur, [illegible]

qve Concilio jubetur Pontificatu se abdicare, qvod, post brevem tergiversationem, cum videret omnes in id nationes consensisse, facit, indeqve mittitur sub custodia Imperatoris Heidelbergam ad Palatinum Rheni, carceri includendus tamdiu, donec aliter de eo statueretur.

Capita accusationis fuêre qvadraginta, & eò ampliùs, qvæ contra illum probata sunt, qvorum pars aliqva ad fidem, alia ad mores pertinebânt, ipso *Platina* teste. Utqve hujus sui facti Concilium rationem redderet, evulgato diplomate sancitum est, Concilium universale, statim atqve congregatum est, immediatè à Christo, non verò dependenter, à Pontifice, habere suam potestatem. Qvod decretum effecit, ut Georgius etiam coactus fuerit per Carolum Malatestam, Oratorem suum, Pontificium munus deponere, in cujus liberæ abdicationis gratiam, agri Piceni Legatus à Concilio creatur. Sed statim mortuus est ægritudine animi. Petrus verò Luna, qvi se Benedictum vocabat, non ideò cessit, sed in munitissimo Panischolæ castello conclusus, adhuc Scotos & Armoricos, & qvosdam Arragonum dictis audientes habuit, qvi

qvi tamen moniti à Concilio per literas & Oratores eum deseruêre, sic, ut solum nomen absqve autoritate ad finem vitæ sibi retineret.

In Concilio verò, cùm & Johannes & Benedictus ille depositi essent, Gregorius verò sponte cessisset, eligitur consentientibus nationum suffragiis Otto Columna Romanus, tantâ omnium lætitiâ, ut præ gaudio loqvi homines non pos-
An. Chr. 1417. sent: atqve is *Martinus V.* vocari voluit, qvod electio ejus in festum Martini diem incidisset: *fuit illa sessio Concilii 41.* Venerant qvoqve ad Concilium *Joh. Hussus & Hieronymus Pragensis*, jussu Sigismundi Imperatoris, ejusqve literis de securitate, qvas Salvum conductum vocant, muniti. Verùm cùm nollent ad mandatum Concilii Præsulum, dogmata sua recantare, ut hæresiarchæ damnati sunt, qvi igne supplicium luerent, traditiqve potestati seculari: à qva, qvod Concilium judicavit, executioni mandatum est, cavillantibus hodièqve Pontificiis, ut fidem Salvi conductus integram mansisse ostendant, promissam à Cæsare sic-

securitatem contra vim injustam, non contra juris executionem. Hieronymus tamen toto anno post crematum Hussum in carcere adhuc detentus est, qvod spes Patribus Concilii esset, fore, ut dogmata sua revocaret. Et revocavit etiam periculi metu, sed mox animo resumto, revocationem à se factam, petens admitti in publicum confessum, iterum damnavit, seqve ipsum veritati adversatum in eo esse, palàm professus: qvare & ipse flammis absumitur.

Articuli *Wiclefi* damnati sunt sessione octavâ, *Hussi* decima qvinta, *Hieronymus* decima nona recantavit, vigesima prima verò hanc ipsam recantationem revocavit. Decreta etiam sessione decimâ tertia communio sub una, ut vocant, specie jejunis dandâ, *non obstante* (ut decreti sonant verba) *facto Christi, qvi sub specie utrâqve vespertino tempore post cœnam Discipulis suis venerabile Sacramentum administravit, qvandoqvidem firmiter credendum, & nullatenus dubitandum sit, integrum Christi corpus & sangvinem, tàm sub specie panis, qvàm sub specie vini, veraciter contineri.* Decrevit etiam Martinus Papa unà cum Patribus, qvod post qvinqvennium aliud habendum sit Concilium, & deinde aliud post septennium, & qvod deinceps singulis decenniis genera-

le Concilium convocari debeat. Proximo Concilio Papia designatus est locus. Et qvamvis multa proposita essent, qvæ reformatione indigerent; nihil tamen tùm est definitum, qvod causaretur Martinus, uberiore illâ consilio indigere. Sic dissolutum est Concilium sessione 45. Sigismundo Cæsare & Martino Papâ omnibus abeundi licentiam impertiente, postqvam confirmâsset, & rata esse jussisset omnia, qvæ à Patribus conciliariter gesta essent.

In qvo vocabulo Pontificii cavillantur contendentes non approbata esse à Martino illa, qvæ de Concilii suprà Pontificem eminentiâ decreta sunt, qvod ea non sit conciliariter, sed à parte solùm Patrum, cùm reliqvi nondum præsentes essent, anticipando, statuta. Consulantur de his *Æneas Sylvius*, *Epistola Boggis ad Leonardum Aretinum*, *Vita Hussi*, *Platina*, *Cranza*, &c.

4. Finito Constantiensi Concilio, qvod in qvartum usqve annum duravit, Martinus Papa Romam properat: Johannes autem XXIII. qvondam Pontifex, diutinam captivitatem non ferens, Electori Palatino, sub cujus custodia adhuc erat, 30000. aureorum solvisse dicitur. Dimissus, inconsulto Martino, in Italiam venit, eumqve Florentiæ nactus est, à qvo in gratiam Cardinalium qve numerum receptus, brevi post moritur. At verò in Bohemia morte Hussi & Hieronymi magnis motibus occasio data est, plebe ob id passim tumultuante, cùm præsertim Regis Wenceslai nulla esset reverentia, & religionis

gionis causam etiam pessimi seditionum autores suis cupiditatibus prætenderent. Hussi enim asseclæ non solùm Johannis & Hieronymi memoriam qvotannis colendam instituerunt, sed & terram illam, in qva cineres eorum jacuerant, in Bohemiam devehentes in precio habuerunt: etiam sacris suis administrandis peculiaria templa obtinuerunt à Rege Wenceslao.

Trucidatur inter has turbas Senatus Uratislaviensis, idem Pragæ moliuntur seditiosi, & 7. Senatores è fenestris curiæ præcipitant: moritur seqvente anno Wenceslaus, cui succedit frater Sigismundus Imperator, à qvo, An. Chr. 1418.
cùm seditiosi Uratislavienses securi percussi essent, Pragenses metu ne similia paterentur, per omnem Bohemiã edicunt, ne Sigismundus recipiatur. Et cùm Hussitæ adversus Pontificis asseclas se defensuri oppidum Thabor An. Chr. 1419.
muniissent, Ducemq; Ziscam è Bohemica nobilitate nacti, vires suas seditiosis junxissent, bellum conflatum est, qvo penè tota Germania periclitata fuit: Sigismundus Imperator suis, & totius Imperii copiis, Bohemiam multis vicibus ingressus, turpi semper fuga retrocedere cogitur: nec profuit Juliani Cardinalis (qvem Martinus Papa eo nomine in Germaniam misit, ut crucem adversus Bohemos prædicaret) opera, qvandoqvidem Hussitæ, Ziscá jam mortuo, tres exercitus eodem tempore sibi oppositos fuderunt, Duce Procopio Raso, tantà omnium formidine, ut ne stare qvidem in prælió adversùs Bohemos Germani auderent. Illi inde Misniam, Franconiam, Voitlandiam, hinc Austriam Moraviamq; longè latèqve vastant, duravitqve bellum tredecim annos, donec in Basileensi Concilio & Egrano conventu cum Bohemis transactum est. *Ex Ænea Sylvio & Platina.*

5. Dum hæc in Occidentis regionibus geruntur, a-

trocius fatum Orientales Ecclesias pressit, qvanqvam & Turcæ post Bajazethis mortem bella civilia exercerent. Solymannum enim frater Moses, hunc Muhammed, tertius filiorum Bajazethis regno expulere, & Ciliciæ Princeps Ibraimus, ex Aladini familia oriundus, digladiantibus inter se Ottomanidis negotium faceſſebat, exusta Prusia Osmanidarum Regia: redactus tamen est in ordinem à Mahummede, qvi brevi pòst, relicto filio Amurathe, decessit. Is est Amurathes, cujus copias Genuenses accepto pro qvovis milite nummo aureo, navibus suis in Europam trans Hellespontum vexerunt: qvi Georgium Serviæ Despotam debellavit, Johannem Castriotum Epiri Principem coögit, obsides dare filios, inter qvos Scanderbeg fuit; Ladislaum Poloniæ & Hungariæ Regem fœdifragum (nam is svasu Juliani Cardinalis pactis non stetit, à qvo autoritate Pontificia juramento absolutus est, qvod prius per consecratam hostiam Amurathi pignori datam firmaverat) maxima ad Varnam clade affecit, An. Chr. 1444. qva Rex & Cardinalis cæsi sunt, invocato contra fœdifragos Christi Numine. Magnas tamen & ipse clades, cùm ab Hunniade, tùm à Georgio Castrioto sive Scanderbego sustinuit, à qvibus Serviæ Despotia rursum expulsus est. Sed hæc paulò pòst acciderunt. Regnavit Amurathes totos 31. annos mortuus nimirum anno Christi 1451.

6. Martinus Pontifex, cùm qvinqvennium à finito Constantiensi Concilio effluxisset, *Papiam* ad destinatum novo Concilio locum venit, sed id posteà Senas pestis causâ, traductum est, & statim dissolutum, cum Alphonsus Arragoniæ Rex *Benedictum* olim Papam, qvi adhuc in vivis

An. Chr. 1422.

erat,

erat per Oratores suos Concilii Patribus commendaret; erat enim Martino infensus propter Neapolitanum regnum alii, qvàm ipsi concessum. Benedictus verò statim mori- An. Chr.
tur, cujus in locum, qvasi legitimi Pontifi- 1485.
cis, duo illi Cardinales, qvi ejus partibus adhuc favebant, svasu Regis Alfonsi Ægidium Munionis, qvi *Clemens VII.* dici voluit, elegerunt. Sed postqvam Alphonsus in gratiam cum Martino rediisset, Ægidius qvoq; Pontificatū sponte deposuit, & schisma istud tandem sublatum fuit. In Concilio Senensi, anteqvam id dissolvèretur, Basileense indictum est, exacto septennio habendum. *Annales Turcici & Platina.*

7. Post *Hussum* & *Hieronymum*; qvorum ille multa scripsit *duobus Tomis* comprehensa, celebrioris nominis in Constantiensi Synodo fuêre *Johannes Gerson*, Academiæ Parisiensis Cancellarius, acris defensor eminentiæ Concilii supra Papam, & Ecclesiasticæ reformationis cupidissimus. Qvam dum vehementius in Concilio urget, iram Pontificis meretur, à qvo, finito Concilio, dignitatibus, domo, patria spoliatus, Lugduni cōsenuit, scripsitqve multa opuscula, qvæ in *tres Tomos* digesta sunt. Itē, *Petrus ab Araco* Episcopus Cameracensis & Cardinalis, insignis Astronomus, qvam disciplinam pluribꝰ Scriptis illustravit, reprehendendus tamen in eo, qvod nativitatem Salvatoris ex siderum positu præsciri potuisse asserit. Hic inter alia reformationis capita Constantiæ proposuit etiam Calendarii emendationē sic instituendam, ut dies aliqvi eximantur, & æqvinoctium ad pristinam

sedem restituatur: unde Gregorius XIII. postea correctionis modum sumsit. Scripsit Petrus alia qvoqve plura ad Theologiam spectantia. *Thomas* praeterea *Valdensis* Anglus Carmelita, qvi in opere, qvod inscripsit *Doctrinale fidei antiqvae, tribus Tomis* distincto, refutare conatus est Wiclefum & Hussum juxta pleraq; fidei capita. Vixerunt eodem hoc tempore *Johannes Capreolus* interpres doctrinae Thomisticae; *Franciscus Zabarella* Archi-Episcopus Florentinus & Cardinalis, qvi praeter alia, qvae in jus canonicum commentatus est, librum scripsit *de schismate*, qvem Tridentini Patres in indicem librorum prohibitorum collocarunt. *Paulus Burgensis* Episcopus, pridem Judaeus, à qvo Lirani glossae *additamento* aliqvo auctae sunt, cujusqve sunt *duo libri scrutinii Scripturarum Judaei oppositi*: *Augustinus de Roma*, Monachus Augustinianus, cujus habentur *Commentaria in primam Sententiarum, in Epistolas Paulinas, in Epistolas Canonicas, in Apocalypsin, & qvidam alii Tractatus, &c.*

8. *Basileense Concilium*, ut diximus, à Martino Senis jam indictum erat, in annum 1431. sub cujus initium ille decessit, electusqve est in locum ejus Gabriel Condelmarius Venetus, qvi *Eugenius IV.* appellari voluit. Convenit tamen concilium Basileae, qvod impedire volens Eugenius, à Patribus in eo praesentibus acriter redarguitur, qvod velit irrita facere, qvae jam olim ab universali concilio decreta essent. Cogitur igitur id ipsum suo calculo confirmare: sed poeniten-

An. Chr. 1431.

tentia facti ductus comparere in concilio noluit, licet aliqvoties à Patribus, sub depositionis etiam comminatione citatus. Nimia enim Synodi libertas, & semel iterumqve decreta independentia à Pontifice, nimis ei suspecta fuit: qvanqvam ipse ex adverso libertatis ecclesiasticæ oppressionem causabatur. Citantur etiam Bohemi, qvi comparent numero ferè 300. qvos inter fuit præcipui nominis Theologus *Johannes Rockezana*, Hussi discipulus, cum duobus aliis, qvibus salvo conductu amplissimè cautum est. Ubi, cum fidei suæ rationem proposuissent, disputâssentqve per multos dies cum Theologis ex ordine monastico in concilio præsentibus [qvorum *Johannes Ragusanus*, Dominicanus, per totos octo dies de communione sub utraqve contra Hussitum peroravit, *Henricus Kalteisen*, itidem Dominicanus triduo de libera prædicatione Verbi Dei, & *Johannes de Polemar* Archi-Diaconus Barcinonensis, triduo de civili dominio Clericorum] ita tandem inter partes convenit, ut concederetur Bohemis communio sub specie utraqve, illi de cetero Romanæ Ecclesiæ se

se subjicerent, additaque est declaratio, neminem fidelium ex institutione Christi ad communionem sub utraque obligari. Plures tamen Bohemorum fuêre, qui eâ conventione non contenti Romanam Ecclesiam damnare perseverârunt: Thaboritæ præsertim, & qui orphani & Orebitæ vocabantur, separatim cœtus habentes. Cæteri, qui communione sub utraque duntaxat à Pontificiis distabant, peculiari nomine *Calixtini*, & *Status sub utraque* dicti sunt. Dum adhuc Synodus durat, moritur Sigis-
An. Chr. 1437. mundus Imperator, anno nimirum Salvatoris 1437. eligitur ab Electoribus *Albertus Austriæ Dux*, ejus gener, qui simul in Hungariæ Bohemiæque regna succedit, nec tamen toto biennio superstes fuit, inque ejus locum *Ladislaus* Polonus in Hungariæ regnum, ut supra
An. Chr. 1440. meminimus, accersitus, ab Electoribus autem *Fridericus* Austriæ Dux Imperator creatus est. Indixerat quoque Papa Eugenius *Ferrariæ Synodum*, quæ postea ob infectionem aëris *Florentiam* est translata: Videntes igitur Basileenses Patres, desperatum esse

esse Eugenii adventum, judicant eum Pontificatu indignum, deponuntqve, suffecto in ejus locum Amadeo Sabaudiæ Duce olim conjugato, qvi *Felix V.* vocatus est, magnaqve pompa coronant.

Interfuit tùm Concilio *Æneas Sylvius*, magnoq; conatu Concilii actiones juvit, ut de se esse commemorat in *Commentariis, qvæ de Basileensi Concilio adornavit*, postea tamen revocavit. Scripsit is præter hæc *historiam Bohemicam*, & *Commentaria de rebus à se gestis*, & *multa alia, partim ad historiam, partim ad humanitatem & poësin pertinentia*; *Orationes* item & *Epistolas*. Qvorum, qvæ edita sunt, in omnium versantur manibus, Basileenses interim in Ecclesiæ reformatione multa tentarunt qvidem, sed pro legitima Synodo ea apud posteros habita non est, nisi qvod Nicolaus ea, qvæ de beneficiis censurisq; acta sunt, approbavit, pleraq; igitur executioni mandata non sunt. Inter hæc *annata* qvoq; ut solverentur, est prohibitum, damnatæq; sunt larvæ Bacchanaliorum: ausum etiam est Concilium, immaculatam B. Virginis conceptionem synodali decreto adstruere, & censuris suis damnare aliqvas propositiones, qvas Augustinus de Roma, qvem suprà laudavimus, Nazarenus Episcopus, in qvibusdam suis libris posuit. Acta hæc sunt 40. Sessionibus. Continuatumq; est Concilium in decimum sextum annum, qvamvis nihil non moliretur Eugenius ad illud disturbandum, cùm & Franciæ Delphinum, magno cum exercitu Armoriacorum in Alsatiam mitteret, eam, ut creditum est, ob causam, qvo belli metu Concilium dissolveretur. Videatur *Æneas Sylv. de Concil. Basil. Carranza, vita Hussi, Platina, &c.*

9. In

9. In *Florentina* autem *Synodo*, qvam œcumenicam nonam Pontificii numerare solent, nihil motus depositione Basileensium, Eugenius Papa interim perrexit, & paulatim potissimam Europæ partem, variis artibus sibi conciliavit, utqve Concilio se suo subjicerent, effecit. Affuit imprimis Anno Christi 1438. etiam *Johannes Palæologus* Imperator Græcus cum Josepho Patriarcha suo, & nonnullis Clericis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Episcopisqve Græcanicarum Ecclesiarum, à qvibus tentata qvidem est unio, Imperatore, ut auxilia Occidentalis imperii contra Turcas obtineret, operam in id sedulò conferente; sed fortiter contradicentibus Marco Ephesio, aliisqve, malè & in speciem consarcinata, nec à Patriarchâ [jam defuncto scilicet] subscripta unionis tentamenta, mox in irritum reciderunt.

Reprehensi enim ubiqve in Græca Ecclesia, qvi Concilio interfuerant, & speciem illam unionis probaverant, & cum ipsa unione repudiati sunt. Qvo factum est, ut Isidorus Russenus, & Bessario Nicenus, Episcopi, hanc ob causam Romam reversi, ibi Cardinalium honorem

&

& otium, excommunicationis solatium invenerint. Hæc tùm ex aliis *Scriptoribus*, tùm præsertim ex *Historia Græca Concilii Florentini à Sylvestro Sauropulo* Magno Ecclesiarchâ, qvi Concilio interfuit, omnibus ad fidem faciendam pertinentibus momentis abundantissimè adornata, & paucos ante annos singulari Dei beneficio in publicam lucem protracta, explanatæ sunt veritatis.

Ut mirum sit, *Leonem Allatium*, dum Romanensi Curiæ seculo hoc nostro adulatur, adversus meram rerum lucem, nescio, qvas nebularum formas effingere. Is scilicet toto *de consensu Orientalis & Occidentalis Ecclesia* opere, inani & sophistico studio, manifestum dissensum, neq; cum successu tentatas compositiones, Græcæ & Latinæ Ecclesiæ, occultare ac velare contendit: nemini, nisi erudito, fidem facturus. Schisma enim factum & Græcam Ecclesiam à Latina discerptam fuisse, cùm universalem seu œcumenicam potestatem Romanus Episcopus, absente Imperatore, solus rerum potitus, favore Phocæ parricidæ exambiisset: ceteri verò Patriarchæ eam agnoscere renuissent, indubitata historiarum monumenta testantur. Qvod auctum & confirmatum etiam est, magis magisq;, confirmatâ Romani Pontificis potestate, cum Leo III. Carolum M. publicâ voce Romanum Imperatorem proclamasset, & insignibus ab eodem mactatus provinciis, fimbrias jurisdictionis suæ extendere cœpisset, qvæ deniqve tota in politicam dominationem per dictatus arrogantissimos Hildebrandi, seculo undecimo degeneravit. Accedebat fovendo schismati controversia de Processione Spiritûs S. Græcis à Patre solum procedere Spiritum S. asserentibus; Latinis verò non modo à Patre & Filio procedere Spiritum S. è Scriptu-

ris

ris definientibus, sed, quod iniquissimè ferebant Græci, quodq; maximè distraxit Ecclesias, Symbolo Constantinopolitano, quod Spiritum S. à Patre procedere asserit, voculam *Filioq;* adjicientibus. Quam additionem eo etiam nomine reprobabant Græci, quod Romani suo arbitrio, non expectato generalis Concilii & Orientalis quoq; Ecclesiæ judicio illam προσθήκην Symbolo œcumenico addidissent, & quidem non obstante addicionis sub anathemate prohibitione. Insuper Græcam Ecclesiam in Sacramenti Eucharistici usu necessitatem utriusque speciei propugnare, purgatorium negare, clerogamiam admittere, testis omni exceptione major est *Jeremias Patriarcha, resp. 1. & Apol. Græc. Basil. Concilio exhibita.* Hinc nemini obscurum esse potest, totis castris dissidere à Romanis Græcos. Ipse etiam *Allatius de lib. Græc.* clarè hæreseos dicam Ecclesiæ Græcæ scripsit. Quid dicemus de mutuis anathematismis, quibus invicem quasi certarunt? cùm enim olim Photium Patriarcham Constantinopolitanum Nicolaus Romanus excommunicare auderet, non veritus fuit Photius vice versâ Nicolaum excommunicare. Rursus, ubi Leo IX. anno supra millesimum quinquagesimo quarto per Legatos in Michaëlem Constantinopolitanum anathema vibraret, Michael fulgur ex pelvi id æstimans, pariter ipsum fulmine percussit. Seculo verò decimo tertio, ut alia silentio prætereamus, Antiochenus Patriarcha consentiente Germano Constantinopolitano, Papam cum tota Curia Romana excommunicavit, cœperuntq; tùm Græci Latinos ita abominari, ut etiam, quod *Bzovius ex Actis Lateranensis Concilii* docet, sacrificare priùs super eorum altaria, quàm eadem lavissent, recusarint. Quæ *Nilus* Archi-Episcopus Thessalonicensis libris περὶ αἰτίων κτλ. Romano Papatui opposuit, in aperta sunt luce. Cetera errores Græcorum non leves sunt, sed quorum multi in fundamentum impingunt. Distinguenda enim est

sententia unius alteriusve à confessionibus universalibus. Confessio scil. Cyrilli Lucaris Patriarchæ Constantinopolitani nostro seculo edita ipsius fuit, non Ecclesiarum, sed damnata duabus Synodis an. 1626. 1639. At universalis est confessio, ut probat Vir. Cl. *Hermannus Conringius in Præfat.* Metrophanis Critopuli, Hieromonachi. Is enim homologiam sive confessionem Catholicæ & Apostolicæ in Oriente Ecclesiæ edidit, hoc seculo Helmstadianis typis impressam, & à D. Johanne Hornejo latinitate donatam. In illa de *processione Spiritûs S. p.* 11. ista leguntur: *Spiritus S. à solo Patre producitur,* προβλημα μόνῳ τῷ πατρὶς, *sed Spiritus Patri pariter & Filio est,* confer *p.* 14. 15. 26. *Psychopannychian* etiam adhuc tenent. Etenim *Auctor Synaxarii* (ita *Leo Allat. lib. de l. Græc. Diss. 2. p.* 136.) affirmat, justorum animas in certo loco detineri à peccatoribus separatas, ibiq; diem judicii expectare. *Mutabilitatem infernalis miseriæ* propugnant. vid. *Jer. Patriarch. in resp. I. p.* 94. *Differentiam realem operationum & proprietatum divinarum à substantia Dei* constituunt: qvam fusè proponit, eq; Græcis Auctoribus repetit *Dionys. Petavius T. 1. Theol. Dogmat. l. 1. c. 12. Fiduciam propriæ justitiæ ac operum merita,* præcipuè *eleemosynarum* docent. vid. *Jer. resp. I. p.* 90. *&c. Septenarium Sacramentorum numerum* agnoscunt *ib. p.* 77. *resp. II. p.* 239. *resp. III. p.* 368. ubi hunc numerum importunius defendit. Ἐξομολόγησιν καὶ εἶδος, seu *confessionem auricularem* admittunt. *Jer. p.* 87. *&* 130. *Transsubstantiationis* dogma defendunt. *Jerem. p.* 86. *p.* 100. 102. *&c.* Αὐτεξούσιον *liberi arbitrii in spiritualibus,* non tantùm *Jeremias* Patriarcha, *resp. II. p.* 224. tuetur, sed & *Synodi* à Patriarchis Cyrillo & Parthenio habitæ firmârunt. Qvid dicemus de *Angelorum & Sanctorum invocatione,* qvos, ut opitulatores, qvi auxilium miseris ferre possint, venerantur & adorant. *Jerem. pag.* 109. 243. *Metrophanes Critopulus*

Confess. p. 130. *de* λειψανολατρεία, ἀριολατρεία σταυρολατρεια, *Jer. p.* 254. præcipuè autem de *Mariolatria*, qvam *Simeon Wagnereccius* Jesuita in Mariana Græcorum pietate XX. divinorum officiorum Tomis operosè produxit, qvum eam non modò ceu πανάγιον celebrent, & in ordine sacri ministerii invocent, *Deipara super omnes sancta salva nos, in Euchologio*, sed eidem etiam particulam panis consecrati offerant in sacrificio Missatico, uti *Goar* ritum idololatricum prolixè opponit ad *Euchol. pag.* 865. Qvid de adoratione imaginum, qvæ maximè inter eos viget, vid. *Jerem. resp. l. p.* 128. *Goar ad Euchol. pag.* 28. 309. Accedit nimia *exaltatio traditionum Synodicarum*, VII. præsertim Synodor. & Patrum, *Ecclesiaqve infallibilitas. Jerem. p.* 56. *Cyrill. Berrh. & Parthen. Monopolium Episcopale in electione ministrorum Ecclesiæ*, excluso Magistratu civili & plebe *p.* 105. *Jerem.* Immane *vitæ monasticæ* Elogium, & *cetera*.

10. Eugenius Pontifex obiit Anno 1447. Synodis, Ferrariensi, Florentina & Laterana, dominatum suum, adversus Basileenses & Antipapam Felicem V. ad mortem usqve tutatus. Successorem habuit Nicolaum Qvintum; isti anno 1449. felix se submisit, Cardinalitio honore contentus, Friderici Imperatoris svasu. Ecclesia Orientis sive Græca, talis, qvalem paulò ante descripsimus sub hoc Pontifice, qvod restabat, decus amisit. Etenim regiam Urbem Constantinopolin ferro Turcico Mahometes II. Amura-

this

this filius delevit. Capta est urbs qvarto Calendas Junii, i. e. die Maji vigesimo nono, anno qvinqvagesimo tertio supra millesimum qvadringentesimum, die obsidionis qvinqvagesima qvarta. Constantinus Orientalium Imperatorum ultimus, cum reliqva fugientium turba salutem qvæsiturus, portaqve erupturus, prementium rabie elisus periit. Caput ejus hastæ longæ suffixum hostium castris jucundum spectaculum præbuit: atqve sic Orientale imperium Constantinopoli expugnata in Constantino Palæologo, postqvam annos CIↃ CXXIII. duraverat, exspiravit, sicut sub Constantino M. vivere cœpit. Ita divina Nemesis, pessima Græcorum Imperatorum facta, dissidiam, ignaviam, libidines, & corruptelam puræ doctrinæ, post longam patientiam ulta est, torpore ceteris Principibus Christianis, & ipsi, ut negari neqvit, Friderico Imperat. immisso; Pontificibus etiam sua, non qvæ Dei sunt, curantibus. Per qvæ vitia barbari hostis furor auctus est, ut ad pomeria usqve nostra armis ferè semper victricibus inde progrederetur.

II. Redacta in tàm ignobilem servitutem Orientali Ecclesia, *Nicolaus V.* dum impactam Pontificatui suo labem abolere, coactis in Turcas undiqve auxiliis, studet, articulari morbo exstinguitur, egregius bonarum literarum fautor.

An. Chr. 1455.

Sub hoc enim Mæcenate floruerunt clarissimi viri, *Georgius Trapezuntius*, *Georgius Valla*, *Nicolaus Perottus*, *alii*, qvorum operâ multi autores è tenebris eruti, luce illustrati, èqve Græco in Latinum sermonem conversi sunt. Celebravit idem Jubilæum anno 1450. in qvo homines circiter ducenti in Ponte S. Angeli congregati & oppressi, multi etiam in fluvium præcipitati magnâ clade perierunt.

Successit Nicolao Alfonsus Borgia Hispanus sive *Calixtus III.* belli adversus Turcas concitator. Is enim campanis in meridie, signum dari, ut orationibus juvarentur, qvi in Turcas dimicarent, additis indulgentiis magnis instituit. Hoc, anno potestatis tertio, mense qvarto, decedente, *Pius Secundus* pridem *Æneas Sylvius*, Piccolomineus Senensis, in thronum Papalem evectus est.

An. Chr. 1458.

Vir poëticis studiis, ut loqvitur *Massonius*, & amoribus deditus; ex furtivo enim concubitu naturalem filium habebat. Magnos in juventute viros secutus, per eos effecerat, ut Friderici III. Cæsaris Scriba ac Notarius fieret. Qvo in munere præstantes ingenii vires exeruit tam-

tamqve acceptus suo Principi fuit, ut ejus intercessione ex Senensi Episcopatu, ad purpureæ vestis honorem à Calixto Pontifice Max. eveheretur: suammet vitam & facta & ipse ad universitatem Colonienſem perſcriptis literis exposuit, repetitas à *Massonio*. In qvibus se purgat à prioribus suis contra Sedem Romanam dictis, qvibus in catalogum testium veritatis collocari meruerat. Fertur tamen, postqvam papalem bolum degustâsset, crebro in ore habuisse, *Sacerdotibus magnâ ratione sublatas nuptias, majori restituendas Gadeo*, multa ingenii reliqvit monumenta, in qvibus *historia Bohemica* & *Europæ status, alia*q; magnum volumen implentia. Silentio autem prætereunda non est illius *Oratio de Passagio*, qvam Episcopus tùm Senensis anno 1452. jussu & nomine Friderici III. Imperatoris in Italico itinere ex Neapoli Romam reducis, ad Nicolaum V. Pontificem habuit, in qva non modò exhortationibus ad propositum Cæsaris juvandum validè instigavit Nicolaum, sed totam simul Passagiorum declarationem, partitè diligenterqve executus est. Imo qvanta contentione, dum adhuc speciosi ministri apud Fridericum Cæs. locum tenerent, in Conventibus Ratisbonensi, Francofordiensi, itemqve in nova civitate; dum Legatus ad Calixtum Pontificem esset, negotium Passagii tractaverit; qvomodo deinceps Pontifex factus, nunqvam id propositum omiserit, imò in ipso conatu expeditionis talis, immortuus fuerit, *Platina*, *Stella*, *Campanus*, qvi vitam ejus condiderunt, abundè prædicant. Pertinet eò Concilii Mantuani convocatio anno 1459. Duriorem, qvàm meruerant, experti sunt Germani, atqve in iis Dieterus Archi-Episcopus Moguntinus, rapacitati Pontificiæ, Turcicorum subsidiorum specie exercitæ, & aliis adversus Electoris dignitatem tentatis, sese opponens. Ei itaqve Adolfum Nassovium suffecit, unde motuum causâ in Rhenanis partibus & Thuringia extitit.

Paulus II. Anno 1464. vero nomine Petrus Barbo Venetus thronum papalem conscendit, bibaciſſimus ſuperbiſſimusqve literarum oſor, inſolens Bonifacii IIX. dictum ſuum fecit; *Papam* ſcilicet *jura omnia in ſcrinio pectoris ſui geſtare*, Bohemos eorumqve Regem Georgium Podiebradium diris adortus, parum effecit, jubilæum ad XXV. annum contraxit, in actu venereo ſtrangulatus perhibetur. Huic anno 1471. ſucceſſit Franciſcus Roboreus, Franciſcanus Monachus, dictus *Sixtus IV.* An. Chr. 1471.

Hic & ipſe ſcortator, & ſcortis publicum lupanar erexit, tanto qvæſtu, ut cenſus inde annui viginti millia Ducatorum explerent. Bonaventuram in Canonem cœlitum retulit; de conceptione immaculata B. Virginis, Franciſcanos inter & Dominicanos agitata, decretum condidit, qvâ de re infra: inſignem aliàs ex Vaticana Bibliotheca, librisqve undiqve conqviſitis, aut ſi haberi non poterant, exemplaribus eorum undiqve petitis, miſſisq; qvi deſcriberent, laudem conſecutus eſt. Hæc *Maſſon.* Qvantâ autem impietate Papa hic Florentiæ Mediceos Principes, & qvidem in ipſa celebratione Miſſæ, conſtituto ſigno, cum Euchariſtia tolleretur, è medio tulerit,

Ra-

Raphaëlis Volaterrani verbis proponit *Brutum Fulmen Hotomanni.* Jubilæum ex instituto Antecessoris anno 1475. celebravit. Paulò antè Colonienſis Archi-Epiſcopatus ſchiſmate distractus fuit, Ruperto Palatino & Hermanno Hailo à diſſidentibus Canonicis electis. Dieterus Moguntinus, mortuo æmuló Adolfo, cum qvo pacto conciliatus fuerat, & privatim vixerat, ſuccedit denuò in ſedem Archi-Epiſcopalem. Tubingenſis Academia anno 1477. fundatur, auſpiciis Everhardi Comitis Würtembergici; confirmante Sixto IV. Pontifice.

Mortuo Sixto Joh. Baptiſta Cybo Genuenſis, ſive *Innocentius VIII.* electus eſt anno 1484. ob libidines verè Pater, annatarumqve ſub anathematis pœna ſeverus exactor. In cujus locum *Alexander VI.* ſucceſſit anno 1492. Calixti III. ex ſorore nepos, inde Borgiæ cognomen aſſumſit, cum Rodericus Lenzerolus diceretur: homo perfidia plusqvam Punica, ut teſtatur, qvi ejus vitam ſcripſit, *Onuphrius Panvinius*, ſævitiâ immani, avaritiâ immensâ ac rapacitate inexhauſtâ parandi filio Cæſari Borgiæ, [qvem unà cum tribus fratribus & duabus ſororibus vagâ libidine genuerat] imperii, per fas & nefas, cupi-

An. Chr. 1484.

An. Chr. 1492.

cupiditate, imò homo, in qvo non sinceritas, non pudor, non veritas, non fides, non religio; draco, qvi immoderatâ ambitione & pestiferâ perfidiâ, omnibusqve horrendæ crudelitatis, monstrosæ libidinis & inauditæ avaritiæ exemplis, sacris profanis rebus absqve discrimine venditis, universum orbem veneno infecerat, ceu de ipso loqvitur *l. 1. Franciscq Gvicciardinus Florentinus*, genere, prudentiâ, veracitate nemini secundus ejus ævi Historicus. Inter hæc anno 1493. Fridericus III. Imperator ætatis anno 78. decessit, successorem relinqvens filium Maximilianum, nuptiis Mariæ Burgundæ, ad Principatum amplissimarum Belgii provinciarum jam anteà evectum.

An. Chr. 1493.

12. De Monachorum totiusqve Cleri dominandi libidine, fraude, rapacitate, superbia, luxuria, negligentia, ignorantiâ & effrenâ peccandi licentiâ, multa dicenda essent. Ut & de scandalis in theatro Ecclesiæ à Franciscanis Dominicanisqve imprimis datis; mota summi cum vehementia & hæreseos notâ, controversia, de conceptione B. Virginis Mariæ, an communi mortalium sorte eximenda sit, nec ne? illis affirmantibus, his negantibus, Sixtus IV. *in Extrav. seu constitutione l. 3. extravagantium communium cap. 2. de religiosis & veneran. Sanctorum*, qvæ incipit *cum præexcelsa*, ecclesiam ad festum B. Virginis immaculatæ indulgentiarum promissis invitat, qvod factum est anno M. CD. LXXXIII. Neqve tamen hic contentionem finis, odiis inter duos

hosce

hosce Fratrum ordines magis magisq; intumescentibus, & qvotannis mense Decembri renovatis. Etsi etiam & Leo X. & Paulus V. Pontifices medicam manum huic malo admovere cupientes, litem determinandam censuerint, nihilominus tamen majores subinde in papalibus tenebris inter cæcutientes mentes acqvisivit vires, qvod Alexandri VII. solennis nuper admodum hujus erroris papali planè ausu, confirmatio testatur. Descripsit autem originem totius controversiæ *Pet. Soave Histor. Concil. Trident. l. 2.* certaminum istorum historias continuavit *Lucas Wading. Hibernus Minorita in l. de Legat. Philipp. III. & IV. Hisp. Reg. ad Paul. V. & Gregor. XV. pro definiend. controvers. de concept. B. Virginis.* Qvid de fidei implicitæ & cæcæ obedientiæ vinculis dicemus? qvibus populus Christianus sic obbrutuit, ut minores tanqvã asini ineqvitati adhærerent majoribus, tanqvam bobus, ut *Thomas Aqvinas loqvitur.* Hinc obviæ passim qverelæ in *Catal. Test. Verit.* hinc reformationem desiderantium suspiria. Ingenuam eorum habemus confessionem, qvi clamabant, componendos mores jam labefactos tàm Clericorum, qvàm Laicorum. *Onuphr. p. 298.* Extant vaticinia reformationis. vid. *Catal. Test. Verit. l. 19. p. 883.* Adsunt dicteria & proverbia vulgi, qvibus miseria Seculi graphicè depingitur. *Catal. Test. Verit.* Qvæ fortè desperata Ecclesiasticorum conditio, seqventibus etiam proverbiis occasionè dedit, qvæ *Platina* Pio II. tribuit: *corpora malos medicos, animas imperitos Sacerdotes occidere: Gagum Monachum Diaboli mancipium esse: Virtutes Clerum deserere. Vitia pauperem facere.* Multos etiam non solùm necessitatem, sed & modum reformandi præscripsisse, testis est *Dominicus* Brixiensis Episcopus, qvi libellum ad Pium II. titulo, *Reformatio Curiæ Romanæ*, scripsit, cujus epitomen habet *Catal. Test. Verit. l. 19. p. 854. Nicolaus Clemangii*, Archi-Diaconus Bajocensis, Doctor Parisiensis, non præter-

eundus, cujus *de corrupto Ecclesiæ statu* qverelam, Antistes Romanus admittere reculavit. Sic *Petri de Aliaco* Cardinalis Cameracensis de *reformatione Ecclesiæ* tractatus toti expositus est orbi. Qvid? Conciliorum etiam habemus calculum. Constantiæ & Sigismundus Imperator & Germaniæ Episcopi Reformationem Ecclesiæ Papæ electioni præmittendam censuerunt. Basileense Concilium anno 1439. scribit ad omnes ordines imperii, de promovenda reformatione Ecclesiæ in capite & in membris. Etsi autem tantæ operi injectæ fuissent moræ, ut longè invalescenti malo vel nihil, vel parum decesserit, nihilominus tamen Deus Ter-Optimus Maximus aliqvod semen, partim in pueris laudem Dei nunciantibus, partim in martyrib9, tum cruentis, tum incruentis, & in fine vitæ animam jam agentibus, tanqvam per ignem probatis servavit; sicut & sub Friderico III. aliqvod imperii corpus, lacera licet specie, imò totâ Europâ miserabiliter distracta, & civilium bellorum, qvorum præcipuè Pontifices auctores erant, collisione penè oppressâ ac perditâ, etiam contra violentiæ Turcicæ impetum servatum fuit. Ut enim Matthias Hunniades Hungariæ Rex violentiam Turcicam heroico planè spiritu, strenuaq; manu, fregit & avertit, qvi repulsis à Belgrado exercitibus Turcicis: ità Germania Albertum Saxoniæ Ducem, Fridericum victoriosum Comitem Palatinum ad Rhenum, & inter hos eminentem habuit, industriâ militari & bellicâ laude clarissimum, & Principem & Heroëm Albertum, Marchionem Brandenburgensem, Achillem Germaniæ dictum. vid. *Æneæ Sylvium*.

13. Qvod autem spectat *Testes veritatis*, qvos conscientia, Verbi cœlestis radio illustrata, ad crassiores illos Papatûs errores tacere nec utiqvam permisit, (etsi interdum veritatem fœno & stipulis permixtam tradant) fuêre, & qvidem cruenti illi Heroës, qvi veritati cœlesti suo sanguvi-

gvine subscripsêre, non duntaxat in Oriente sub tyrannide Turcica, sed & qvos Romana sangvinolentia victimas dedit, infinito ferè numero. Post Hussum & Hieronymum Pragensem Hussi Collegam, de qvibus supra, eminuit *Hieronymus Savonarola* Monachus Dominicanus, qvi ob abusus papales acerrimè castigatos, in odium Papæ Alexandri VI. & Cleri incurrens, gravissimo vivicomburii supplicio, unà cum duobus sociis, Sylvestro & Dominico, Florentiæ sublatus est, anno 1498. humani tamen multum in affectatis vaticiniis, & initâ cum adversariis temeraria sponsione, passus, ut legere licet apud *Francisc. Guicciardinum l. 3.* Conf. *Sixt. Senens. Biblioth. 5. l. 4. f. 300. Cat. Test. Verit.* Incruenti, ut ita loqvar, fuêre vel toti Ecclesiarum cœtus, ut reliqviæ Hussi, vel testes singuli: hi *vel* ex statu politico, ut Sigismundus Rex Ungariæ *Bzov. An. Chr. 1403.* Ladislaus Rex Neapolitanus, *Bzov. An. Chr. 1404. & An. Chr. 1406. 1412.* confer *Platin. in Gregor. XII.* Alphonsus Arragonum Rex, *Bzov. An. Chr. 1427. & 1455.* (qvid pro Petro Antipapa contra Martinum V. præstiterit, habet *Platina in Martin. V.*) Carolum Galliarum Regem, & Alexandri VI. infensissimum fuisse hostem, & Senatus Parisiensis pragmaticam sanctionem, qvâ approbantur & recipiuntur constitutiones Constantienses & Basileenses, defendisse, testis est idem *Bzov. An. Chr.* An. Chr. 1489.

Chr. 1438. Vel ex ſtatu Eccleſiaſtico, ut Patre: Synodici, in Conciliis congregati. Hinc non tantùm Concilium Conſtantienſe, ſed & Baſileenſe, palmariam in Eccleſia Romana controverſiam, de ἀναμαρτησία, abſolutoqve Papæ in Eccleſiam dominio, & ἀνυπευθύνῳ ejusdem in rebus ad fidem pertinentibus judicio, liberè perpendendo, declaravit, *Concilium eſſe ſupra Papam*, ringente & ſuccenſente licet Eugenio. vid. *Caranza Summ. Concil. Βχου. A. Chr. 1439.* Huc pertinent *Johann. Weſſelius*, Groningenſis anno 1470. vid. *Chemnit. part. 4. Exam. Conc. Trid. p. 139. & ſeqq. Johannes de Weſalia* anno 1479. conf. *Luther. Tom. 7. Jen. f. 254. Nicolaus Abbas Panormitanus, Petrus ab Alliaco*; hic vidit, qvod verba Chriſti de S. cœna ſtare poſſint, etiamſi nec Berengarii hæreſis, nec transſubſtantiatio Pontificia admittatur; *Baptiſta Mantuanus*, qvi vitia Romanenſium verſibus caſtigavit. *Joh. Geyler Keiſerſpergius*, Eccleſiæ cathedralis Argentinenſis Concionator celeberrimus, qvi ſæpè in ſuis concionibus de religionis corruptelis declamavit, (qvarũ multæ typis ſunt excuſæ) & prædixit, venturum qvendam divinitùs excitatum, qvi religionem ſit inſtauraturus, optavitqve diem illum videre; clarus fuit anno 1478. concionum & Theologiæ ipſius ſummam habet *Cat. Teſt. Verit. l. 19.* Ad ſummam, nihil hoc ſeculo multos intentatum reliqviſſe, qvod

qvod qvidem ad auctoritatem Papæ vel restringendam, vel abolendam facere potuit, sæpè *citatus est Catal. Test. Verit.* locuples testis est, qvi videatur.

14. Sicut autem Deus Ter-Optimus Maximus Ecclesiam, qvamqvis pressam sub tyrannide papali, instrumentis tamen salutiferis nunqvam omninò destitutam, clementer sibi conservavit: ita eandem eximiis ornamentis cœlitùs condecoravit, ut sunt & *Scholæ* & *Academiæ* non paucæ celeberrimæ, qvarum qvasdam jam commemoravimus. Præter illas *Lovaniensis* instituta fuit à Johanne Duce Brabantiæ An. Chr. M. CCCC. XXVII. d. IX. Septembr. *Rostochiensis*, solenni ritu introducta est Ann. Chr. M. CCCC. XXIX. d. XII. Novembr. *Gryphiswaldensis* Anno Christi M. CCCC. LVII. d. 18. Octobr. *Basileensis*, instituta à Pio II. Anno hujus seculi LX. qvo etiam *Friburgensis Academia* ab Alberto Archi Duce Austriæ fuit fundata. *Ingolstadiensis*, qvæ sumit exordium juxta qvosdam Anno 1420. juxta alios An. 1472. *Moguntina* à Dithero de Isenburg. Anno Chr. 1475. & 1482. de qva videndus *Serarius lib. 1. rer. Moguntiac.* His accessit anno seculi seqventis secundo, *Wittebergensis*, è qva & reliqva studia, *Philippi Melanchthonis*, communis Germaniæ Præceptoris, operâ; & purioris Theolo-

logiæ jubar, Luthero rem strenuè gerente, mirificè effulserunt. Videatur *Middendorpius de Academiis.*

Scholis autem bonarum literarum παλιγγενεσία reddita à *Johanne Capnione seu Reuchlino*, nato Pforzhemii, oppido Marchionatus Badensis An. Chr. 1455. Hunc enim restauratorem esse Hebrææ Græcæqve linguæ, Germania gratâ mente agnovit; obiit Stutgardiæ, & sepultus est in templo ad S. Leonhardum A. C. 1522. die 30. Junii. Huic adde *Rudolphum Agricolam*, in eloqventiæ studio excellentem, *Laurentium Vallam* Alphonsi Regis Secretarium, Philosophum & Historicum insignem, de lingva inprimis Latina benè meritum. Obiit Romæ ætat. 50. A.C. 1465. *Erasmum Roterodamum*, natum A. 1465. d. 28 Octobr. virum stupendæ eruditionis. *Antonium Sabellicum*, celebrem Historicum, 1484. *Aldum Manutium* huic coævum; *Joh. Nauclerum*, Præpositum Tubingensem, *Joh. Trithemium* Abb. Spanhem. *Jacob. Wimpfelingium*, *Jovianum Pontanum*, *Albertum Krantzium*, *Matthiam Palmerium*, *Joh. Aventinum*, & *Raphaëlem Volaterranum*, *Ambros. Calepinum*, *Blondum Flavium*, Eugenii Pontificis Secretarium, Historicum insignem; Mathematicos, *Regiomontanum*, *Copernicum*, *Picum Mirandulanum*, *Angelum Politianum*, qvem Philosophum vocant. Poëtas & Oratores: *Marsilium Ficinum*, *Hermolaum Barbarum*, *Wernerum Westphalum*, auctorem Fasciculi temporum; *Jacob. Philip. Bergomensem*, *Antonium Bonfinium*, *Robertum Gaguinum*, *Eobanum Hessum* 1488. Ecclesiæ autem bono nati sunt *Nicolaus Amsdorfius*, 1483. *Paulus Speratus*, 1484. *Johannes Bugenhagius*, Pomeranus 1485. *Johannes Forsterus*, Hebraicæ lingvæ peritissimus, 1495. *Erhardus Snepfius*, eodem anno. *Johannes Brentius*, 1499. & qvem primo loco nominare debui, Vir Dei incomparabilis *D. Martinus Lutherus*, natus A. C. M. CCCC. LXXXIII.

LXXXIII. d. X. Nov. Islebiæ, in Comitatu Mansfeldico, Patre Johanne, & matre Margaretha, v. *Sleidan. l. XVI.* Hic est ille heros Theologus, qvi ex admiranda Dei misericordia & benignitate, incomparabile illud reformationis opus, in Ecclesia Christiana summis laboribus, pari pietate & heroica constantia, inchoavit, promovit & illustravit. Sed de his *infra in Sec. XVI.* Potiùs huc referendi sunt, qvi extrema seculi parte floruerunt Theologi, *Dionysius Carthusianus Belga, Bibliorum Commentator*; *Thomas de Kempis*, cujus præter alia Scripta laudantur præsertim *libri qvatuor de imitatione Christi*; *Ambrosius Camaldulensis*, Florentinus; *Angelus de Clavasio, auctor summæ casuum conscientiæ, qvæ Angelica* dicitur; *Gabriel Riel* Professor Tubingensis, *Jacobus de Valentia*, Episcopus Christopolitanus, *Finus Hadrianus* Scriptor *Flagelli in Judæos.*

15. Ad conservationem bonarum literarum vel maximè pertinet *artificium Typographicum*, qvod anno qvadragesimo, supra mille qvadringentos, eo ipso scil. qvo imperium iniit Fridericus, inventum est, sagacitate & solertiâ Germanorum. Hujus originem Moguntiæ, ac in ea Gutenbergio, cum *Serario l. 1. rer. Mogunt. c. 37. & Bernhardo Malinkrot*, infiniti ferè; alii Harlemo deberi, multis persvadere conantur, ac sacra dies Argentinam preli inventricem, atq; in ea Johannem Mentelium primum auctorem aperuit, ex *Chronico Argentorat. MSto Hieronymo Gebwilero, in panegyri Carolina, Jacobo Spigelio, Wimphelingo, Valent. Müntzero Bernhardo Hertzog, Baptista Fulgosio, Mich. Majero*, & Bericht von Erfindung der Buchdruckerey in Straßburg / §. VI. Nec Bibliothecæ prætereundæ, qvas inter eminent *Vaticana*, qvæ Nicolaum V. auctorem habet, qvi ut *Æneas Sylvius* testatur, III. M. volumina in illam condidit: *Londinensis* Carmelitarum, & *Archi Palatina Heidelbergensis*, cujus condendæ & colligendæ Electori Philippo Rudolphus Agricola auctor fuit.

CA-

CAPIT. V.

SECTIO I.

De rebus Seculi decimi sexti.

SUMMARIA:

Connexio, Pontificum successio, n. 1. *Concilium Lateranense*, n. 2. *Leo X. Pontifex. Turcica. Mart. Lutheri Acta*, n. 3. *Carolus V. Imperator & Reges alii. Papæ & Imperatoris decreta adversus Lutherum*, n. 4. *Helvetiorum & Zwinglii Acta*, n. 5. *Comitia Norimbergensia: Lutheri quæ sequuntur*, n. 6. *Clemens VII. Papa. Scripta & gesta alia Lutheri*, n. 7. *Rusticorum seditio. Friderici Electoris Saxonici mors. Turcica. Colloquium Marpurgense, & alia Lutheri*, n. 8. *Comitia & confessio Augustana*, n. 9. *Anabaptistæ. Henricus IIX. Angliæ Rex*, n. 10. *Johannis Electoris Saxonici obitus. Bellum Würtenbergicum. Paulus III. Papa*, n. 11. *Jesuitæ. Antinomi. Progressus & oppositio in religionis reformatione. D. Lutheri mors*, n. 12. *Bellum Smalcaldicum. Concilium Tridentinum. Edictum Interim. Flacius, Strige-*

gelius, n. 13. *Bellum Passaviense. Julius III. Papa. Pax religiosa*, n. 14. *Georgius Major. Casparus Schwenckfeldius, Stancarus. Servetus. Socinus, Anglicana*, n. 15. *Marcellus. Paulus IV. Papa. Caroli Caesaris abdicatio. Electoris Saxonici obitus*, n. 16. *Bella religionis causâ in Gallia*, n. 17. *Eadem in Belgio*, n. 18. *Pius IV. Papa. Tridentini Concilii finis*, n. 19. *Pontificia legationes in Germaniam. Maximilianus II. Imperator. Pius V. Papa. Progressus reformationis*, n. 20. *Formula Concordiae. Rudolphus II. Imperator. Polonica*, n. 21, *Turcica & Graeca*, n. 22. *Colloqvia. Sectarii*, n. 23. *Calendarii mutatio. Pontifices. Gallica*, n. 24.

1.

SEculo hoc Sol cœlestis veritatis, tenebris erronearum opinionum dudum obscuratus, radiosqve superioribus annis paulatim recuperare incipiens, jam pleno lumine effulgere cœpit. Luna tamen in sangvinem versa est, ut ait Propheta; qvi enim tenebras amabant, lucemqve animo æqvo ferre non poterant, filios lucis cruentis persecutionibus opprimere aggressi sunt,

Zz di-

dictaqve Servatoris & Prophetarum implerunt. Hæc qvi exactè & pro dignitate vel enarrare, vel discere volet, compendiis acqviescere non debet. Tantum enim de hoc & seqventi, in qvo nunc vivimus seculo, dici scribiqve potest, qvantum docto aut decem præcedentibus neqvit, rerum sive gestarum sive scriptarum inopia. Itaqve cum hactenus ad ordinem qvendam sermonis & narrationis tenendis pro rebus verè Ecclesiasticis, præter institutum nostrum multa inferre coacti fuerimus, aliqvo saltem modo huc referenda: tantus nunc se cumulus Historiæ Ecclesiasticæ offert, ut compendiosum sermonem omninò aspernari videatur. Qvis enim mutationes in religionis negotio in tot regnis, provinciis, urbibus factas; qvis eâ causâ exortas persecutiones, seditiones, bella, transactiones; qvis disputationes & certamina Doctorum enarret? qvis Scriptorum numerum ineat? qvis sectarum multitudinem describat? Itaqve ut instituti memores simus, & excitemus

citemus potiùs appetitum ſtudioſæ juventutis, ad majora autorum graviſſimorum volumina legenda, qvàm ſatiare ne qvicqvam præſumamus, per ſumma tantum capita eundum eſt, & judicanda ex multis aliqva, plurima prætereunda.

Initio qvidem ſeculi ſolitos Clerus mores retinuit, aut in deterius etiam proficere viſus erat. Celebraverat anno ſeculari Alexander Papa Jubilæum ampliſſimas largitus indulgentias, easdemqve anno proximo per totam Europam divendit in eorum gratiam, qvi impediti Romam non venerant. Biennio verò poſt moritur veneno, qvod Cardinalibus qvibusdam paraverat, filii ſui dominationi adverſis, qvod miniſtri in curia accidit. Cùm adhuc in vivis eſſet, *Moguntiæ Synodus* acta eſt, in qva An. Chri 1501.
ſtatuitur Mariæ Virginis immaculata conceptio, de qva, ut ante dictum, tùm magnis contentionibus inter Dominicanos Franciſcanosqve certabatur, peperitqve contentio lugubrem Tragœdiam Bernæ in

Helvetia, ubi Dominicani subornârunt hominem qvendam simplicem sui ordinis, cui per fictas apparitiones Mariæ & ipsius CHRISTI Salvatoris, cujus stigmatum notas illi qvoqve impressérunt, qvicqvid vellent, persvadebant, ipse deinde sibi factas apparitiones populo turmatim ad rei miraculum accurrenti, narrabat, monstratisqve in corpore stigmatibus, cùm eum simpliciorem omnes arbitrarentur, qvam qvi doli alicujus autor esse possit, fidem fecit, donec fraude tandem compertâ structores doli qvatuor hæreseos damnati crematiqve sunt. Totius Historiæ genuina monumenta *Hottingerus Hist. Ecclesiast. Seculo XVI. inserit*, ubi videas licet. Cum igitur suo sibi scelere mortem Papa Alexander accelerâsset, filius ejus nothus Cæsar Borgia, qvem Valentinum Ducem nuncupabant, duodecim millium exercitu Cardinales circumdedit, cogere volens, ut ex sua sententia Pontificem eligerent. At populus Romanus interceſſit, urbeqve eum excedere compulit. Electus

An. Chr. 503.

ctus igitur est *Franciscus Piccolomineus*, qvi *Pius III.* vocari voluit, ex vulnere autem fortè in pede accepto, non sine veneni suspicione, 26. Pontificatus die, decessit. *Julius II. Julianus* anteà vocatus eligitur, à qvo tota Europa bellis involuta est. Ejus est dictum illud, *Pauli gladium in subsidium vocandum esse, ubi claves Petri parùm proficiunt.* Excommunicavit igitur Venetos primum, dein Ferrarienses, mox & Ludovicum XII. Galliarum Regem, nec contentus excommunicâsse, validis etiam exercitibus invasit, fœdere cum Principibus, modò his, modò illis ipsis, qvos prius excommunicaverat, inito.

Juraverat Julius, cùm eligeretur, celebraturum se *Concilium generale* pro reformatione Ecclesiæ & pace inter Christianos Principes componendâ. Distulit tamen semper, licet sæpiùs, ut & juramento suo & decreto Concilii Constantiensis satisfaceret, urgeretur. Metuebat enim sibi ab iis, qvos plurimos offenderat, Principibus. Tandem, cùm & Prælati urgerent & Ludovicus Rex, in Acta Julii inqviri cupiens; invito licet Pontifice, Bernardinus de Caravajal, & Federicus de S. Severino Eccle-

siæ Romanæ Cardinales, cum qvibusdam aliis Cardinalibus, numero novem, *Pisas* venerunt, eoqve non Prælatos solùm Ecclesiæ, sed & Principes ad generale Concilium habendum evocârunt, qvibus & Galli Episcopi se conjunxerunt. Hoc itaqve ut eluderet Julius, aliud in *Laterano* habendum publicavit: qvod initium habuit die 10. Maji anno 1512. absolutumqve est sedecim Sessionibus, qvarum sex priores præsidente adhuc Julio habitæ sunt, decem posteriores, cùm Julio defuncto jam *Leo X.* Pontificatum gereret. De fide nihil definitum est, nisi qvod contra illos, qvi humanam animam mortalem statuerunt, asserta est ejus immortalitas, negatumqve, animam unicam omnibus hominibus vitam dare. In qvo Lutherus hoc Pontificium Concilium falsè ridet tanqvam in eo stabiliendo dogmate occupatum, de qvo ne gentiles qvidem addubitarint. Consumtæ qvædam etiam Sessiones sunt in tollendo schismate, qvod ob Conventum Pisanum exortum erat, restitutiqve Schismatici Cardinales dignitati pristinæ, à qva dejecti erant.

An. Chr. 1512.

Ceteris Sessionibus reformationis capita proposita sunt, statutumqve de studiis Philosophiæ & Poëseos in Academiis, Theologiæ studio temperandis: de fidei capitibus teneræ juventuti, juxtà cum præ-

præceptis Grammaticis Rhetoricisqve in publicis Gymnasiis instillandis: de non admittendis promiscuè omnibus ad prædicandum Verbum Dei, sine exploratione, de libris, absqve censura non evulgandis, declaratum qvoqve, Montes, qvos vocant, pietatis licitè institui, & fœnus de pecunia, datâ mutuo, sumi, & si qvæ alia sunt his leviora.

Cum Concilium habetur, interim in Germania fervet inter Capnionem & Colonienses Academiæ Theologos, de Judæorum libris, qvos illi censuerant cremandos, Pfefferkorno svasore, Reuchlinus negaverat. Qvo certamine plures Germaniæ Universitates involutæ sunt, doctoribus qvibusvis cum Reuchlino sentientibus, præsusum hoc modo est certamini majori religionis, qvod proximè successit. Ex *Onuphrio Panvinio*, *Carranza*, *Chytræo*.

3. Julius II. Pontifex cùm decessisset Anno 1513. successorem habuit Johannem Medicæum Florentinum, qvi Leonis X. nomen sumsit, diversus in eo ab antecessore, qvod paci & otio studeret; Turcica interim potentia nova & maxima incrementa habuit. Post Bajazethem enim *Selimus* imperavit, nece parentis regnum auspicatus, magnus alioqvi & felix Imperator, qvi & Persas tormentorum beneficio egregiè vicit, & Ægyptiorum duos Reges Campsonem Gaurium, & qvi successit Tomumbejum, ut *Jovius*

An. Chr. 1513.

vius eos vocat, bello victus regno Syriæ & Ægypti exuit, imperiumqve Turcarum ad Libyam usqve extendit. Desiit itaqve Mamelucorum in Ægypto regnum anno 1517. Eodem verò anno Concilium Lateranense finem habuit, & Leo Papa Cardinales 31. qvod nunqvam anteà factum erat, unâ ordinatione creavit.

An. Chr. 1517.

Hic annus 1517. est ter felix faustusqve ille annus, qvo *Martinus Lutherus* pridiè Calendas Novembris propositiones *de indulgentiis* templo arcis Wittebergensis affixit, publicans eas ad disputandum. Circumferebatur enim tùm temporis venalis peccatorum expiatio, autoritate Leonis Papæ & Alberti Archi-Episcopi Moguntini & Magdeburgensis, àqve variis præconibus, *Tecelio* præsertim, Monacho Dominicano, satis impudenter venditabatur, concessâ præterea libertate carnibus, ovis, lacte diebus vetitis vescendi, magnaqve pecuniæ vis conficiebatur, cujus pars Romam ad Leonem perlata est, molientem Basilicam D. Petri; pars Alberto cessit, qvi 30000. aureorum summâ pallium pridem redemerat,

rat. Ad qvem eundem Lutherus eo ipso die, qvo theses suas proposuit, literas dedit, detegens ei fraudes & impostura, qvibus hi præcones imperitum vulgus circumveniebant, ejusqve ut autoritate compescerentur, monerenturqve, saniora docere, rogans. Sed tantum abest, ut coërciti fuerint, ut libellus potiùs cum insignibus Alberti Episcopi mox exierit, qvo mandabatur illis qvæstoribus, ut vim indulgentiarum populo diligentissimè commendarent. Ad oppugnandas autem theses nemo qvidem comparuit, tantos autem in Germania animorum concitavere motus, qvantos veritas diú oppressa solet, qvando in diversos pectorum habitus incidit. Qvidam multo gaudio & approbatione susceperunt, alii desperatione qvâdam fortunati eventus Lutheri audaciam damnabant, ferturqve *Albertus Crantzius*, vir doctus & Historicus insignis, qvi paulò pòst obiit, ut theses istas vidit, dixisse: *Frater, vade in cellam tuam, & dic, miserere mei Deus*: at hostes veritatis, tenebrarum filii irâ exardescentes per-

secutionem jam tùm moliebantur. Ipse Tecelius primùs Francofurti ad Viadrum theses alias publicavit, thesibus Lutheri oppositas. Qvi interim factum suum Archi-Episcopo Moguntino, Alberto Brandenburgensi, & Leoni Pontifici, nec non Johanni Staupicio Augustinianæ familiæ Vicario generali conatus approbare per Epistolas, Pontificis voluntate se suaqve omnia permittit. Cùm verò & *Johannes Eccius* & *Sylvester Prierias* Dominicanus & *Hogostratus*, aliiqve, pro Pontifice in arenam descendissent, & Lutherus illis responderet, paulatim omissa de indulgentiis disceptatione nova qvæstio de *Pontificis autoritate* moveri cœpit, occasione disputationis palàm profitente Luthero, se Pontificis autoritatem non Scripturæ sacræ solùm, sed & Concilii universalis autoritati subjicere; plurimumqve detestari aliorum adulationes, qvi Papam Concilio superiorem, & sacrarum literarum autoritatem ejus autoritate posteriorem esse, asserere non erubescerent. Agit interea Maximilianus Cæ-

Cæsar Augustæ Comitia Principum, deliberaturus, qvâ ratione formidabili potentiæ Turcarum, qvibus nullus jam in Asia hostis restaret, obviam iri posset. Qvò etiam venit Papæ Legatus *Thomas Cajetanus* è Dominici secta Cardinalis. Cum igitur Romam à Leone evocatus esset Lutherus, ejusqve vitæ metueretur Fridericus Sapiens, Elector Saxoniæ, autoritate suâ apud Cajetanum effecit, ut Augustæ potius Lutherus ab ipso audiretur. Qvò ille adveniens ex consilio amicorum securitatis literas prius à Cæsare comparavit, qvàm in Cajetani conspectum veniret. Cum verò Cardinalis triduano colloqvio nihil aliud ageret, qvàm ut erroris nondùm convictum ad revocandum compelleret, postqvam de indulgentiarum virtute, deqve reqvisitâ fidei conditione ad salutarem Sacramentorum fructum inter se egissent, Cajetano canonibus, Luthero Scripturis pugnante, qvamvis & canones pro se facere contenderet; tandem Lutherus interpositâ ad Romanum Pontificem appellatione, Augustâ discessit. Cajetanus vero ad Fridericum

An. Chr. 1518.

cum Electorem datis literis, ut aut Romam Lutherum mittat, aut ditione sua expellat, flagitat, qvod Princeps sibi non esse integrum, cum nullius ille erroris adhuc convictus sit, àqve Wittebergensi Academia optimum vitæ atqve eruditionis testimonium retulerit, respondet.

Erat autem Lutherus paulò antè in Academia Wittebergensi Doctoratu Theologico insignitus, & Theologiæ constitutus Professor, cùm initio Logica & Physica Aristotelis prælegisset; Magister verò artium Erphordiæ renunciatus esset anno 1505. qvo tempore locoqve monasticum etiam vitæ statum ingressus est. *Ex Jovio, Sleidano, Lutheri Tom. 1. Jenensi Germ. Chytræo.*

4. Sub finem anni 1518. Maximilianus Imperator fatis concessit, electusqve est unanimibus suffragiis nepos ejus ex Philippo filio qvi Hispaniarum regna matrimonio unicæ Ferdinandi Regis filiæ qvæsierat, *Carolus V.* Belgii, Hispaniarum & Neapolitani regni Monarcha potentissimus, invito licet Leone, qvi Neapolitanorum Regum

gum de non recipiendo Romanorum imperio sponsionem allegans apud Electores intercesserat, ne ejus mentio haberetur. Habuit competitorem *Franciscum I.* Galliarum Regem, qvi Ludovico XII. successerat. Friderico qvoqve Saxoniæ Electori, pridiè qvam electus est Carolus, Septemviri imperium detulerant, verùm is ingenti animo suscipere recusavit.

Qvo tempore Carolus imperium iniit, in Anglia Henricus IIX. rerum potiebatur, Danis & Svecis Christiernus Rex imperitabat, Tyrannideqve suâ Svecis ansam præbuit in libertatem sese vindicandi, à Danis etiam non diu post expulsus. Hungaris & Bohemis Ludovicus Ladislai F. Rex erat: nec diu ante Maximilianus pactionem de successione Austriacæ familiæ in utroqve illo regno, si Ladislai mascula posteritas extingveretur, renovaverat: Ferdinandus autem Caroli frater Austriacas provincias in divisione hæreditatis adeptus erat. Et Selimus Turcorum Imperator, mortuus anno secundo imperii Caroli, *Solymannum* filium reliqvit successorem, victoriis adversus Christianos nimis, proh dolor! felicem.

Lutherus Pontificiam dignitatem, qvamvis modestè adhuc, impugnare aggres-

greſſus, à Papa Leone excommunicatur, Bullaqve excommunicationis in Germaniam mittitur, qvam, ubi ille accepit, Papam Anti-Chriſtum eſſe, palam profeſſus eſt, ſpirituqve incitatus heroico, non ſolùm ab eo ad Concilium legitimum provocat; ſed & Bullam, & unà canonici juris Corpus publico loco Wittebergæ cremat, invitatis prius ad hunc factum civibus academicis, per Programma, qvod eâ causâ affixerat: ſcriptoqve poſtea evulgato hujus facti ſui rationem reddit.

Priore anno cum Eccio Lipſiæ totis decem diebus Lutherus diſputaverat de indulgentiis & Primatu Papæ, editaqve ſunt diſputationis ejus acta, mox de Babylonica captivitate libet vulgatus eſt, & contra monaſtica vota miſſasq; privatas edita Scripta, crediq; non poteſt, qvanto cum applauſu atqve omnium approbatione hæc vulgò lecta ſint.

Seqventi anno prima Comitia Carolus Imperator Wormatiæ habuit, qvò & evocatus eſt Lutherus, acceptâ ſponſione ſecuritatis. Illic coram Imperatore & Proceribus omnibus magna animi conſtantia de doctrinâ

ctrina sua respondit: & qvanqvam maximi etiam Principes humana ei consilia suggererent, qvibus se periculo liberaret; cedere tamen se posse, aut sententiam mutare pernegavit, nisi meliora è sacris literis edoceatur. Proscribitur igitur Comitiorum publico decreto, qvod templorum omnium valvis totâ Germania affixum est, qvò etiam Leonis novæ diræ accesserunt. Verum Fridericus clam in arcem Wartbergensem deduci eum curavit, ubi tamdiu delitesceret, donec Cæsar è Germania discessisset. Leoni X. non sine veneni suspicione defuncto Hadrianus, Trajecti in Batavis, humili loco natus, Caroli Imperatoris Præceptor olim, dein Cardinalis, suffectus est: retinuit nomen, & Hadrianus VI. nominari cœpit. *Sleidanus, Luth. Tom. 1. Jenens. Chytræus.*

5. Dum hæc in Saxoniâ geruntur, inqve tanta rerum exacerbatione, literis nunciisqve inter Pontificem & Fridericum Electorem agitur, qvibus & suas Lutherus junxit, Leoni certis conditionibus pacem offerens, Tiguri in-

interim in Helvetia *Ulricus Zwinglius* Samsoni Franciscano indulgentiarum præconi, qvi ultra 120000. ducatorum eâ arte collegerat, animosè se opponit, fraudes esse meras populo demonstrans. A Theologis porrò Colonienſibus atqve Lovanienſibus, veteribus Reuchlini hostibus, Lutheri pridem Scripta damnata erant, qvibus ipse respondit. Jam & *Ambrosius Catarinus* & *Parisiensis Academia*, nec non *Jacobus Latomus*, *Henricus* item *VIII. Angliæ Rex*, oppugnare eum aggrediuntur. Qvibus omnibus contraria Scripta Lutherus opposuit, contemtim admodum adversarios suos habens, de qvo Rex Angliæ ad Fridericum Electorem conqvestus est: verum illi stylum suum Lutherus excusavit. Porrò Scripto suo Henricus *Defensoris Ecclesiæ* titulum à Romano Pontifice meruit, qvem hodièqve retinent Magnæ Britanniæ Monarchæ. Scripsit Lutherus, dum in Pathmo sua est, qvædam etiam alia ad amicos, imprimis ad Fratres suos Augustinianos de abroganda Missa pri-

va-

vatâ: illi enim primi eas omiſerant: qvo cognito, Elector metuens, ne res illa majori alicui motui occaſionem præberet, *Nicolaum Amsdorffium*, *Juſtum Jonam*, *Philippum Melanchthonem* & *Johannem Dulcium* delegit, qvi cum Auguſtinianis de eo negotio colloqvantur. Renunciârunt hi Principi, qvod ſit Fratrum conſilium, ſimulqve orant, ut Miſſarum abuſus ipſius mandato paſſim totâ regione abrogentur, reſtituto S. Cœnæ Dominicæ vero uſu. Verùm ille nihil in tantâ re feſtinandum eſſe reſpondit, expectandum, donec alii plures in eandem ſententiam conſentirent. Qvod tamen Lutherus [ſeqventi anno] impetravit, & poſtea librum evulgavit *de abominatione Canonis Miſſalis*: ipſe autem Wittebergenſibus Miſſæ novam formulam, Inſtitutioni Chriſti conſentaneam, præſcripſit.

ZWinglio interim & Leoni Judæ ejus ſocio Hugo Conſtantienſis Epiſcopus controverſiam facit, accuſans eos apud Senatum Tigurinum: illi contrà ſua facta eadem approbant, Epiſcopumqve monent, ne tentet ſufflaminare Veritatis Evangelicæ curſum, atqve Sacerdotibus legitima conjugia permittat, precantur. Sub finem verò anni vigeſimi ſecundi Tigurinus Senatus diſputationem inſtituit, ad eamqve omnes ſuæ ditionis miniſtros &

& religiosos invitavit, ipsum etiam Constantiensem Episcopum, sub cujus diœcesi Tigurum est. Cum tamen is procuratorem duntaxat misisset, nec in certamen unum Zwinglio quispiam descendere, auderet, finito hoc conventu, & deinde etiam altero, Senatus tota sua ditione Pontificias traditiones abrogat, imagines è templis ejicit crematqve, & juxta veteris noviqve Testamenti doctrinam Evangelium purè doceri mandat; quod cum ægrè ferrent reliqui Helvetiorum pagi, conventum ipsi Lucernæ celebrant, & à veteribus ritibus doctrinâqve non discedendum esse, statuunt. Tigurinisqve per epistolam exprobrant religionis mutationem: idem facit Constantiensis Episcopus. Sed in qvibusdam Civitatibus liberis religionis negotium agitari cœpit. Noribergæ præsertim, Augustæ atqve Argentorati, ubi Sacerdotes conjugibus legitimis copulabantur. Consulantur *Sleidanus l. 2. & 4. Lutherus Tom. 2 Jenens.*

6 Cùm Lutherus Witteberga adhuc abesset, interim *Andreas Carolstadius* Doctor Theologus præpostero zelo ductus plebem ibidem incitat, ut imagines demoliantur, èqve templis ejiciant, privato ausu, qvo audito, ille diutius sibi delitescendum non ratus, in jussu Principis Wittebergam redierat, factumqve ei suum excusaverat. Carolstadio autem cùm sese opposuisset, docuissetq;, imaginum venerationem ex animis hominum primùm ejiciendam, anteqvã illæ è templis ejiciantur, Carolstadius paulatim secedere cœpit, posteà etiam fanaticis illis se addicere, qvi enthusiasmos jactabant, pædobaptismum spernebant, & novum regnũ condere instituebant, in qvo soli pii essent, & rerum potirentur, qvam ob causam ditione Saxo

ni-

nicâ excedere jussus est. Tandem etiam de Sacramento Cœnæ diversum à Luthero Carolstadius sentire cœpit. Id verò edictum, qvod in Lutherum & assecias ejus Wormatiæ factum esse prædiximus, nemo vehementiùs ursit, qvàm Ferdinandus Caroli frater, qvi in agro Wirtembergico graviter in eos animadvertit, qvos à Romanæ Ecclesiæ ritibus secessionem facere deprehendit, constituitqve ejus rei delatores; Bruxellis qvoque duo ex ordine Monachorum Augustinianorum, Hogestrato inqvisitore, producti sunt, flammisqve exusti, qvod cum Luthero sensisse deprehensi essent, primi post Evangelium redonatum martyres, qvos & Lutherus hymno ob constantiam celebravit. His accessit Johannes Zutphanienſis in Ditmarsia necatus. Postqvàm verò Carolus ad Hispanos concessisset, Principes Comitia Norib. æ An. Chr. 1522. celebrârunt, ad qvæ Adrianus Papa Cheregatum Legatum misit, ultrò fassus, multa & gravia esse, qvæ emendatione opus habeant. Igitur Pontificis confessionem arripientes imperii status, reformationem urgent palàm professi, nisi illa seriò suscipiatur, Lutheri conatibus obviam iri non posse, qvod in apertam alioqvi seditionem ne populus erumpat, metuendum sit, si viderit, neqve à Pontifice emendationem impetrari posse, & si aliunde proveniat, à Magistratibus impediri. Centum etiam capita con-

scribunt, qvibus ea continebantur, qvæ per injuriam nationi Germanicæ cùm à Curia Romana tùm ab Episcopis emungendæ pecuniæ gratiâ imposita sint, quæ aboleri cupiant. De cætero in religionis causa est constitutum, ut modestè populus doceatur, Evangelium purè prædicetur, juxta receptas interpretationes, nulli deinceps libri prodeant, nisi à certis judicibus approbati, nihil portò innovetur, Sacerdotes conjugati canonica pœna afficiantur: utqvehæc ita serventur ad Concilium usqve liberum proximè in Germania habendum: cujus & qvæ conditiones esse debeant. Legato principes præscripserunt. Minùs tamen gratum Imperatori hoc decretum fuit, ubi de eo rescivit. Finito conventu Ferdinandus & qvidam Episcopi, fœdere inter se inito, contra Evangelium conspirârunt. *Sleidanus l. 4. Luth. Tom. 2. Jenens. Germ.*

7. Adrianus cùm non toto biennio Pontifex fuisset, veneno, ut memorant, interemtus est: successit *Clemens VII.* is qvoqve Medicæa ex gente, sed dubiis natalibus, is Campegium in Germaniam ablegavit ad status imperii, Noribergæ adhuc congregatos, ut religionis negotium urgeret.

Egit is etiam cum Argentinensibus, qvi Sa-

Sacerdotes conjugia ineuntes contra Episcopum defendebant, inqve tutelam recipiebant.

Plura interim Lutherus scripsit, interqve alia Erasmi Roterodami, celebris inter doctos viri, libro de libero Arbitrio, diversum opposuit; cui titulum *de servo Arbitrio* fecit. Ante hoc tempus de Luthero honorificè *Erasmus* sentiebat, qvod in literis ad Fridericum Electorem fecerat testatum; ipsi etiam Luthero per epistolas communicaverat: verùm ab hoc tempore minus benignè de eo existimare cœpit, non satis asseqvi valens spiritus Lutheri vim, dum rationis humanæ judicio rem æstimat. Evulgavit Lutherus etiam *cantiones Germanicas* & *versionem librorum biblicorum* per partes; postqvam enim *Novi Testamenti libros* publicâsset, *Pentateuchum* deinde & *Psalmos Davidicos* in vernaculam transtulit: sed alteris deinde curis, cum totius biblici Codicis translationem moliretur, hæc emendata sunt. Edita est autem *translatio integra* anno 1534. munita Electoralibus privilegiis. Dictum superiùs est, Lutherum Missæ canonem novum Wittebergensibus præscripsisse, Anno igitur 1525. Dominica 20. post Trinitatis, Missa primùm lingva vernacula ibidem celebrata est, paulo ante ritum Ordinationis ministrorum idem instauravit, & in Ecclesiam reduxit. *Chytræus, Sleidanus.*

8. Fuit annus hic funestus Germaniæ, propter seditiones rusticorum, qvi tàm Cleri, qvàm Nobilitatis jugum excutientes libertatis Christianæ specioso titulo ad concitandas seditiones abutebantur. Cœpit malum hoc in Svevia, & non hanc solûm, sed & Franconiam, Lotharingiam, Alsatiam, pervagatum est, eosdemqve motus Thomas Münzerus Ecclesiastes Alstediensis in Thuringia concitavit. Adversus hunc & asseclas ejus Lutherus Ma- *An. Christ. 1525.*

Magistratus cohortatus est. Cæsiqve ferumur passim per Germaniam ad 50000 rusticorum: alii numerum duplicant. Muncerus qvoqve captus, supplicioqve affectus est.

Eodem anno moritur Fridericus Elector Saxoniæ, Princeps prudentissimus, qvem dignatus est Deus Evangelii sui Patronum facere, qvanqvam Lutherus aliqvando ad eum scriberet, non tàm ab illo se defendi, qvàm à se ipsum. In qvo utroqve, qvod verum est, dicitur. Cùm in cælibatu vixerit, successorem habuit Fratrem *Johannem*, Luthero & Evangelio faventissimum, qvi statim anno proximo visitationem Ecclesiarum suæ ditionis instituit, iisqve deidoneis pastoribus prospexit, qvà de re extat *liber Philippi Melanchthonis*.

Cùm autem sic in Germania turbatũ esset imperium seditionibus rusticorum, ut diximus, Carolus Spiræ Comitia imperii statuum se absente haberi permisit: qvæ inchoata sunt 25. Junii anni 1526. in qvibus, cùm plerique edictum wormatiense urgerent, magnum periculum erat civilis belli, nisi Ferdinandus consilia moderatus esset: conclusum igitur est, ut pacem inter se omnes colerent, & religionis contro-

ver-

versias in Concilium, à Pontifice flagitandum, differrent.

Eodem tempore Ludovicus Hungariæ Rex à Solymanno Turcorum Imperatore victus prælio cùm fugeret, à palude absorptus est. Victor Budam ingressus prædam inde abduxit maximam: Hungariæ vero Proceres de novo Rege eligendo dissidebant, parte in Ferdinandum, aliâ parte in Transylvanum inclinante, sed Ferdinandus superior factus, Transylvanum ad Turcica præsidia imploranda adegit. Anno igitur 29. reversus in Hungariam Solymannus Budam occupat, Viennam vero Austriæ obsidet frustrà, fortissimè à præsidio Germano, qvibus Philippus Palatinus Comes, Dux præerat, defensam. Antequam verò Hungariam occuparet Ferdinandus, à Bohemis jam receptus erat in Regem, Procurante item fratre Carolo Romanorum Rex post Comitia Augustana renunciatur, intercedente licet Johanne Saxoniæ Electore; & leges imperii electione tali violari clamante. Inter hæc & Romam auspicijs Imperatoris militans Carolus Borbonius Gallus anno 1527. occupavit diripuitqve, cùmqve multos in exercitu Germanos milites haberet, Lutheri partibus addictos, miserè ab his Papæ & Cardinalibus illusum est, qvorum iste per aliqvot menses in mole Hadriani ab exercitu hostili obsidionem toleravit, donec Cæsare jubente in integrum restitueretur, persolutis prius exercitui stipendijs. Non denique omittendum, qvod alio in Spirensi Conventu anno 1529. habito *Protestantium* nomen originem habuerit. Qvoniam contra decretum illic factum, de nihil innovando in religione, cum Saxoniæ Elector, tum alii, imprimis Philippus Landgravius Hassiæ, protestati sunt. Consulantur *Luth. Tom. 2. & 3. Jen. Germ. Zenocarus de vita Caroli Sleidanus, aliiq.* *Anno Chr. 1529.*

Ab hoc Philippo *Marpurgensis Academia* triennio antè fuerat erecta, & qvoniam magno ardebat desiderio, Helveticos Doctores cum

Saxonicis conciliandi, *Colloqvium Marpurgi* habendum instituit anno 1529. qvò cùm convenissent Lutherus & Zwinglius, comitati aliis viris doctis, tridui disputatione concordia qvædam, sepositò articulo de sacra Cœna, inita est. Verùm ubi discessissent, contrariis iterum Scriptis de Sacramentaria controversia, inter eos actum, prioribus Helvetiis in arenam descendentibus. Ante colloqvium verò Lutherus prior in *Zvvinglium* & *Oecolampadium* calamum strinxerat, libro edito cui titulum fecit: **Daß die Wort noch fest stehen.** *Bernæ* qvoq; paulò ante disputatum fuit de præcipuis fidei controversiis, eâqve disputatione finitâ jussu Magistratûs statuæ ablatæ, Missa abrogata, aliiqve Pastores Ecclesiis præfecti sunt. Mutaverant religionem qvoqve Basilea & Scaphusium, nec non imperium Civitates qvædam, Argentoratensium exemplum secutæ, ubi *Bucerus Hedio, Cellius, Capito Fagius* reformationem, accedente Senatûs autoritate, strenuè urgebant. Sed Pontificiis addicti Helvetii, mutationem istam non ferentes, cæteris bellum parabant, qvod semel compositum, deinde recruduit: in qvo demùm victi Tigurini, & Zvvinglius in acie cæsus occubuit, cujus morte sic indoluit Oecolampadius, ut morbo inde contracto paulò pòst decesserit. Lutherus interim uxorem Anno 1525. duxit monialem, & *Catechismum* ediderat *minorem*.

Quod

Quod paulò antè diximus, protestatos esse quosdam contra Spirense Decretum, id Cæsarem non leviter offendit, præsertim cum missa Legatione, coràm Cæsare, decretum Comitiorum servari jubente, eandem appellationem repetiissent.

Cùm igitur ex Cæsaris responso periculum sibi imminere didicissent, de defensione cogitari cœptum est à Protestantibus, Smalcaldiæ congregatis, articulique conscripti de religione, in quibus, qui consentirent, fœdere inter se uniri volebant, defensionis sui causâ, si propter confessionem fidei vis inferretur: sed hoc fœdus post Augustana demùm Comitia perfectum est.

9. Anno seculi 30. habitus ille est, præsente Carolo, solennis Augustæ Conventus, in quo Principum & Civitatum, qui Lutheri doctrinam sequebantur, & Protestantes vocabantur, *Confessio* in publico consessu Statuum imperii coràm Cæsare est lecta, die 25. Junii viginti octo comprehensa capitibus, quam Latinè & Germanicè scriptam, postqvam lecta esset publicè, Cæsari obtulerunt. Ille cum *An. Chri. 1530.*

Principibus & Legato Pontificis communicato consilio Protestantium Confessionem Fabro, Eccio, aliisqve diversæ partis Theologis examinandam tradit. A qvibus adornata est confutatio, ut qvidem vocabant: revera censura tantùm erat, qva Confessionis alia capita simpliciter approbabant, alia cum certo additamento aut interpretatione; alia verò prorsus rejiciebant: qvam cùm inpublico conseßu perlegi curâsset Imperator, nec tamen exemplar ejus Protestantibus concedere vellet, hi *Apologiam suæ Confessionis* adornant, adqve ea respondent, qvæ auditu solo assequi potuerunt, eamqve Cæsari offerunt, sed hic recipere noluit. Confessioni subscripserant, Johannes Elector Saxoniæ, Georgius Marchio Brandeburgensis, Ernestus Dux Lunæburgicus, Philippus Hassiæ Landgravius, Johannes Fridericus Saxo Electoris filius, Franciscus Lunæburgicus, Wolffgangus Princeps Anhaltinus, Norimberga & Reutlinga, Civitates. Tentata interim est Conciliatio, designa-

signatis hanc ad rem ab utraqve parte Theologis & Juris-Consultis, nec non ex Principum ordine qvibusdam, at frustrà. Discessum igitur est sic, ut in ancipiti res esset, cùm Cæsar deliberandi solùm concederet moram, intrà qvam, nisi Protestantes sententiâ suâ decederent, ipse facturus sit, qvod Ecclesiæ defensorem deceat.

Eam ob causam *Smalcaldiæ* in Decembri conveniunt Protestantes, *fœderisq;* concipiunt formulam, cui illi statim subscripserunt, qvi cum Saxonicis in religione consentientes, Smalcaldicos Articulos approbârunt. Nam *Civitates quædam* peculiarem etiam Augustæ Confessionem obtulerunt. Argentina nimirùm, Constantia Memminga, Lindavia. Erant & aliæ qvædam, quæ non statim ad fœdus accesserunt. In eo rerum statu Lutherus *ad pacem hortatus* est omnes, eo Scripto, qvod Germanis suis vernacula lingva dedicavit. Verùm cùm seqventi anno Turca Hungariæ immineret, pax tandem impetrata est. *Sleidanus, Chytræus, Histor. Augustan. Confess. &c.*

Anno 1533. Monasterii in Westphalia furor Anabaptistarum, autore Rottmanno concionatore disseminatur, occulte primùm; sed postqvam potentiores se fanatici animadverterunt, oppressis aut ejectis reliqvis, ipsi Urbem in potestatem suam redigunt, Regemqve constituunt *An. Chr. 1533.*

tuunt Johannem Leidensem, Sartorem: qui orbis imperium cùm sibi promisisset, quaquaversum Apostolos suos emisit, à quibus multi in errorem pertracti sunt, in Belgio præsertim. Urbem tamen Episcopus Monasteriensis, adjutus auxiliis imperii, post diuturnam obsidionem cœpit anno 1535. plurimisque trucidatis. Ducem per tormenta enecat, quos inter Rex Johannes monturus errorem agnovit. Paulò antè Angliæ Rex Henricus Catharinam uxorem, Caroli imperatoris materteram repudiaverat, prætextu, quod illegitimum fuerit suum cum ea conjugium, quoniam Arturi fratris uxor ita prius fuisset. Hoc verò divortium cùm Pontifex improbasset, & secundùm Catharinam pronunciasset, postquam Rex Annam Boleniam è Gynæceo Reginæ egregia forma Virginem jam in matrimonio haberet, odio Pontificis continuo decretum Henricus facit, quo se per Angliam *Ecclesiæ caput* proximum à Christo pronunciat, & Pontificatum planè contemnit, capitisq; constituit pœnam, si quis Episcopo Romano supremam potestatem adscribat. Adhæc centum illum annuum, quem ab Inæ Regis tempore, ut suprà diximus, Anglia Pontifici pependit, gravissimis verbis vetat Pontificis Quæstoribus impositorum solvi: & hæc omnia quidem de Senatûs regni assensu. Neque hoc deinceps mutatum est, quanquam in eo Pontifices sedulò laborarent, donec post Henrici mortem filius ejus Eduardus religionem omninò mutaret, quam Pater in cæteris omnibus Pontificiæ conformem reliquerat. *Polyd. Virg. de rebus Anglicanis, Sleidanus, &c.*

An. Chri. 1534.

II. Currente adhuc anno 1532. placidâ morte obierat Johannes Saxoniæ Elector, ob egregium & continuum in asserenda puriori doctrina studium, Constans à suis cognominatus, huic filius *Johannes Fridericus* successit. Is quo-

qvoq; ab heroica & invicta animi magnitudine, qvâ se pro Evangelio, Pontificum conatibus oppoſuit, & fortiter tolerando vicit, Magnanimi Elogium nactus, qvod fatum nativo aliqvo charactere divina providentia ſignavit; naſcenti enim crux aureo colore in dorſo apparuit.

Hic igitur, cæteriqve Proteſtantes, pro Duce Wirtembergiæ Ulrico ſupplices Cæſari facti, cùm impetrare ejus in ditiones ſuas reſtitutionem neqvirent, ad alia confugiunt auxilia. Philippus enim Haſſiæ landgravius fœdere cum Galliæ Rege icto, copias Gallicâ inſtructus pecuniâ conſcribit, victisqve Ferdinandi copiis Wirtembergicam ditionem recuperat omnem, & populo non invito religionem Pontificiam illic abolet, qvod pace Cadami factâ ratum deinde habitum eſt. Qvo eodem tempore cùm alii multi, tùm Daniæ Rex Chriſtianus, inſtituta Eccleſiarum ſuarum reformatione, ad Smalcaldicum fœdus acceſſerunt.

Anno 1534. moritur Clemens Pontifex, poſtqvam variâ fortunâ uſus eſſet.

Inter potentiſſimos Monarchas inter ſe colliſos medius plerumqve interveniens, qvibus per nepotes ſuos affinitate jungi, domumqve Me-

Medicæam ad summum evehere fastigium studuit: nam Cæsaris filiæ nothæ Alexandrum Medicæam matrimonio junxerat, & Galliæ Regis primogenito Henrico, neptem suam Catharinam. Concilium verò toties ab imperii ordinibus efflagitatum miris extraxit ludificationibus.

Successor ejus *Paulus III* Alexander Farnesius priùs dictus, simulans maximum studium tàm Concilii, qvàm Reformationis, nepotes interim suos, qvos è liberis nothis habebat, nondum licet idoneâ ætate, contra Ecclesiasticos canones creavit Cardinales, locumqve futuro Concilio statuit primò *Mantuam*, deinde *Vicentiam*, Legatumqve misit Petrum Paulum Vergerium Episcopum Justinopolitanum ad Protestantes Germaniæ, ut eos ad Concilium invitaret: qvi congregati Smalcaldiæ ei demonstrant, qvàm longè aliud ipsis concilium in conventibus imperii sit promissum; liberum nimirùm, inqvo decidendi potestas non penes unum Pontificem resideat, à qvo sua doctrina præcipiti sententia jam prædamnata sit: qvodqve non in Italia,

An. Chr. 1537.

lia, sed Germaniâ cogi oporteat. Conscripsit tamen Lutherus, Smalcaldiæ tùm existens, articulos qvosdam, qvi Mantuæ Concilio offerrentur, à Theologis subscriptos.

Neqve verò etiam tale Concilium ut coiret, seriò egit Pontifex, sed iterum iterumq; illud vario prætextu prorogat: qvod Rex Angliæ Henricus publico Scripto ei exprobrat, ostendens, qvàm turpiter Orbi hoc pacto illudatur. Et cùm freqvens eo tempore Conciliorum mentio esset, Lutherus qvoqve *de Conciliis librum* edidit. Paulò pòst anno 1541. *Colloqviis* tentabant imperii ordines, religionis disidium componere, eâqve de causa Wormatiæ & Ratisbonæ inter Malanchthonem & Eccium disputatio est in instituta, qvantumvis ægrè ferret Pontifex talia permittere Imperatorem, suaqve nullâ interveniente autoritate de religionis negotio in Germania agi. Impedivit igitur per Legatum suum, ne procederet negotium, promisso Concilio, qvod non diu pòst *Tridenti* ut haberetur, indictum est. *Sleidanus, Petrus Svavis Histor. Concil. Trident.*

12. Inter hæc, ut novæ Evangelii luci non deessent, qvi tenebras majori specie offunderent, *Ignatius Lojola* miles Hispanus, *Jesuitarum* societatem orditur, qvam anno 1540. Paulus

lus III. confirmavit. De ejus ortu, institutis, artibus, progressu cùm alii multi, tùm imprimis *Lud. Lucius*, Basileensis Professor, luculentos Commentarios scripsit, qvi consulendi sunt. Addas licet Scioppii libellum, *Solipsorum rempublicam*. In panegyricas autem laudes adornatam secularem historiam anno 640 *Damianus* edidit. Exorti etiam sunt Antinomi, Johannes Islebius, Agricola, & alii, egressi ex nostris, qvi docebant, divinæ Legis nullum amplius in Ecclesia usum esse. non solùm, qvod ex ea salus non contingat, sed qvod ne obliget qvidem hos, qvi per fidem Christi meritis participarunt. Contra qvos *Lutherus* scribens, varios adhuc legalis doctrinæ usus in Ecclesia Nov. Testam. esse ostendit, etsi ad salutem consequendam opera Legis nec medium sint, nec illam merito suo acqvirant. Facta qvoq; est Principum Pontificî addictorum confœderatio adversus Evangelicos Noribergæ, cujus Cæsar caput erat. Nec tamen Evangelii cursus impediri per hæc obstacula potuit, Deo rem sic adgubernante, ut propitii Evangelio Principes redderentur, ex diversis longè causis: Galliæ Rex, ut Cæsari ægrè faceret, conatus Protestantium non semel adjuvit; Cæsar, ut auxilia Imperii adversus Gallum obtineret, nihil non petentibus illis indulsit in Comitiis, quæ Spiræ cele-

An. Chri. 1544. brata sunt anno 1544. Interim etiam cor-

cordia inter *Lutherum Bucerumque* de Sacramento Cœnæ inita fuerat anno 1536 in quam tamen Helevtii non consenserunt, sed potiùs Luthero, anno 1545 *brevem illam de Cœna Domini Confessionem* edenti, Scripto adversario responderunt. Et inopinâ morte Georgii Saxoniæ Ducis, ditionis ejus ad Henricum fratrem devolutæ Evangelium lubentissimè susceperunt, Pontificio cultu abrogato. *Augustus* quoque Henrici filius junior (major enim Mauritius erat) Merseburgensis Diœcesis Administrator ubi factus esset, per Georgium Anhaltinum Principem, cathedralis Ecclesiæ præpositum, reformationem illic instituit. Coloniensis verò Elector Hermannus conatus quidem est magno studio, usus Buceri & Melanchthonis operâ, Pontificios errores abolere, suamque purgare diœcesin: attamen cùm Canonicorum Collegium refragaretur, perficere id nonpotuit, a victore Carolo post bellum, quod religionis causâ mox gestum est, Electoratu decedere coactus, postqvam Pontificis fulmina diù spreviset. Qvo tamen conatu suo effecit, ut non pauci in istis locis saniorem doctrinam agnoscerent, atqve etiam retinerent. Accesserunt ad religionem plures alii, cumprimis Sveciæ regnum, qvod in libertatem à Danis pridem se vindicaverat, adscito Rege Gustavo: Electoratus item cùm Brandeburgicus, tùm Palatinus,

Borussi, Pomerani. Utq; profectui Verbi Dei nihil deesset, *Scholæ* passim instituuntur Argentorati, Misniæ, Portæ, Merseburgi, in Regiomonte qvoqve Borussiæ Academia introducitur.

Qvin & in vicinam Galliam Evangelii fulgor penetravit, qvod metuens veritatis hostis, diù inter se hostes Imperatorem & Galliæ Regem Franciscum ad opprimendum Evangelium fœdere per Pontificem univit, cujus ea conditio esset, ut veterem religionem uterqve, qvantum posset, recuperarent, Franciscus igitur, qui diversis jàm vicibus, qvoties Papæ gratum aliqvod obsequium vellet exhibere, ut in partes suas eundem pertraheret, adversùm studiosos Evangelii supplicijs fuerat grassatus, nunc qvoqve *reliqvias Waldensium* in Provincia, igne, gladio exilijs crudelem in modum persequitur. Cæterqvoqve severissimis edictis in Belgio mutari aliqvid in religione vetuerat dudùm, & nunc qvoqve Petrum Brudium, qvi Argentorati olim post Johannem illum Calvinum, celebremqve suæ sectæ assertorem, exulum Gallorum concionator fuerat, sed inde in Belgium ab Evangelicæ doctrinæ cupidis occultè evocatus, Tornaci, ubi deprehensus est, lento igne exuri jubet, socios verò fidei carceri inclusit, sed & bellum molitur Protestantibus, prætextu in obedientiæ Principum qvorundam: revera ut Pontificis desiderijs satisfaceret, qvin id bellum validas non solùm copias, sed & pecuniam subministrabat, redditusqve concedebat Ecclesiarum, adeò Evangelicorum sanguinis sitibundus erat.

Ecclesiæ calamitatem mox secutam ne videret Lutherus, sed sola Evangelii augmento hactenus lætaretur, Deus ipsum ex hac vita evocat Islebiæ in patria, qvò tùm fortè à Comitibus

An. Chr. 1546.

Mans-

Mansfeldicis litis inter ipsos componendæ causâ fuerat evocatus. Accidit mors die 18. Febr. qvi in Fastis Concordiæ nomen præscribit, anno 1546. ætatis ipsius 63. qvatriduò post wittebergæ funus delatum in templo arci contiguo tumulatur. *Sleidanus, Thuanus, Chytræus, &c.*

13. Bello itaqve, qvòd anno 1546. Protestantium religioni factum est, qvem titulum, invito licet Carolo, alias causas prætexente, ipse Pontifex publicavit, cùm magnis utrinqve copiis res acta esset, Ducibus inde Cæsare ipso, hinc Johanne Friderico Electore Saxoniæ, & Philippo Hassiæ Landgravio, qvi per vices imperatorium exercebant munus, victoria tandem penes Cæsarem fuit. Cùm enim non Ferdinandus solùm, sed & Mauritius Saxoniæ Princeps, licet Johanni Friderici agnatus & fidei socius, ipsius invaderet ditiones, atqve ille ad sua defendenda, recedere è castris, qvæ ad Danubium socii habebant, coactus esset, Carolus ipsum insecutus, propè Wit- *An. Chr. 1547.*

tebergam prælio vicit, & fortissimè pugnantem cepit, d. 24. Aprilis. Qvo tempore Sol toto qvatriduo, fudo licet cœlo, pallidus apparuit per omnem Germaniam, Galliam & Britanniam. Cæsar wittebergam ingressus est, deinde Salinas Saxonum. Qvo loco Landgravius supplex illi factus præter opinionem & promissa, captivus detinetur. Exitus is fuit, ut Civitates passim mulctarentur, Principes in ordinem redigerentur, Augustâ, Hallis Svevorum aliisqve ex locis, Evangelii Doctores pellerentur, Colonienſis Elector Principatu dejiceretur, armata haberentur Comitia Augustæ, in qvibus Johanni Friderico captivo Electoratûs dignitas abrogata, inqj Mauritium collata, atqve illi præterea duræ aliæ conditiones præscriptæ sunt, qvas libenter implevit omnes præter eam, qvâ jussi sunt Protestantes consentire decretis Concilii, qvod Tridenti initium jam sumserat: illam enim constantissimè repudiavit, vitam potiùs impensurus, qvàm confessioni fidei suæ

An. Chr. 1548.

suæ derogaturus qvicqvam. Qvod & reliqvorum qvidam fecerunt.

Qvibus ex causis, & qvod Paulus, Cæsari ut ægrè faceret, Concilium Tridento Bononiam transtulerat, nec revocare id vellet, infectionem aëris causatus, reverâ qvod Cæsari iratsceretur, cujus jussu credebat Petrum Aloysium Parmæ & Placentiæ Ducem, filium suum nothum, Pallavicini & aliorum insidiis necatum, urbesqve deinde à Cæsaris Præfecto Gonzaga occupatas; alia in Comitiis ratio servandæ pacis inita est. Conscribunt igitur *Julius Pflugius* Episcopus Naumburgensis, (qvem Saxo ante aliqvot annos admittere noluerat, & Nicolaum Amsdorfium ejus loco Episcopum elegi curaverat) Michael Sidonius & Johannes Islebius Agricola librum de religione observanda *Interim*, dum Concilium legitimè instituitur: qvi liber cùm publicatus esset, nec Pontificiis arrisit, nec Protestantibus, qvibus tamen à Cæsare obtrudi cœpit. Sed plures recusârunt, interqve hos omnium constantissimus captivus Elector. Alii tamen fuêre, qvi transigentes cum Pontificiæ partis Sacerdotibus, certa qvædam templa eorum Sacris aperuêre: nonnulli in Adiaphoris rebus, qvales sunt festa, Cæremoniæ, ornatus templorum decreta libri receperant. Qvæ res à Saxonicis Mauritianis &

qvibusdam aliis, cùm defendi adversus alteros, qvi in nullo cedendum sibi existimabant, cœpisset, novam in Ecclesia peperit de Adiophoris qvæstionem, ob qvam *Matthias Flacius Illyricus* Wittebergâ discedens Magdeburgum se contulit, & contra Philippum aliosqve Scriptis acriter invehi cœpit. Idem Flacius in disputatione, cum *Victorino Strigelio* habita Vinariæ in Principum consessu, fortè eò prolapsus est ἀκυρολογίας, ut diceret, peccatum esse ipsam hominis substantiam. Qvod cùm defensum iret vehementius multa inde in Ecclesiam redundârunt incommoda, dum suos adversarios arguit, qvasi Aristotelicis terminis Theologiam manciparent; multiqve id crederent, eoq; causâ distinctionem inter substantiam rei & ejus accidentia planè proscribi è Theologia vellent. Alioqvi Vir hic Scriptis suis non parùm utilitatis attulit: inter qvæ præcipuam laudem habent *Historia Ecclesiastica Centuriis Magdeburgensibus* contenta, in qvâ adornanda unâ cum sociis strenuam operam navavit; *Clavis* item *Scripturæ & veritatis testium Catalogus*: Consulantur *Sleidanus, Chytræus, Acta Hortleder, P. Svavis Hist. Conc. Trid.*

14. In hoc rerum articulo cum Lutheranæ Ecclesiæ versarentur, singulari Dei providentiâ, per hæc ipsa consi-

filia, quibus Evangelio damnum inferri creditum est, ejus securitati consuli debuit. Quod enim Philippum Hassiæ Landgravium captivum Carolus detineret, nec dimittere vellet, qvamvis sæpè interpellatus à Sponsoribus ejus incolumitatis, Mauritio Saxone, Philippi genero, & Brandeburgico Electoribus, quorum fidem secutus, Halla venerat, ut Cæsari supplex fieret; Principes isti, moram hanc ægrè ferentes, cum filiis Philippi, & Henrico II. Galliarum Rege [Franciscus enim inter hæc mortem obierat] fœdus faciunt, vique armatâ id efficere conantur, quod precibus nequiverunt. Et Mauritius copias fortè habebat ad manus paratas, quas Magdeburgo abduxit. Quam Urbem [solam quippè Cæsari nondum reconciliatam, quod interimisticam religionem recipere nollet] Cæsaris nomine hactenus obsidione presserat: tunc verò commodum, pacem suppliciter petentem in gratiam Cæsaris redegerat. Is de Mauritio planè securus, Oeniponte age-

bat, & Protestantes gravissimis mandatis urgebat, ut Tridentum Theologos Legarosqve mitterent; postqvam enim Paulus III. Pontifex anno 1549. obiisset, Successor ejus Julius III. antea Johannes Maria Montanus dictus, Jubilæo prius anno 1550. celebrato Concilium continuabat. Sed inter hæc armis Mauritii penè oppressus esset: coactus enim est, noctu ad funalium lucem Oeniponte aufugere una cum Ferdinando. Mauritius autem Legatos, qvos Tridenti habuerat, [qvo etiam Wirtembergici Ducis Christophori, & Civitatis Argentoratensis Theologi, & qvidam alii accesserant] clàm domum ut reverterentur, monuerat, & Archi-Episcopi Electores, aliiqve Germaniæ Præsules, ad primam belli famam Tridento in Germaniam redierant. Sed & totum dissipatum est Concilium, cùm ad Patres rumor perlatus esset, Mauritium & copias Protestantium Oenipontem usqve venisse, & ab his claustra Alpium tenerti. Induciis deinde factis, *Passavii* à Ferdi-

An. Chr. 1552.

dinando Romanorum Rege Cæsaris nomine *pax* promittitur illa, qvæ deinde post annum tertium publico imperii ordinum decreto in Conventu Augustano sancita est; Landgravius dimittitur è carcere Belgico, Johannes Fridericus autem Elector [qvem titulum ad dies vitæ retinere permissus est] libertati pristinæ restitutus fuerat à Cæsare, cùm is Oeniponte aufugisset. Ao. Chr. 1555.

Sed tamen in transactionem Passaviensem nec Rex Galliæ, nec Albertus Brandeburgicus consensêre: qvorum hic non Episcopos solùm Germaniæ, sed & Noribergam suæ confessionis urbem graviter afflixit: ille adducto in fines imperii exercitu, Metim imperialem Urbem, Tullum item & Virodunum suæ potestatis fecit: & Metim qvidem Carolus posteà recuperare conatus est, verùm irrito conatu. In Conciliis Augustanis, ut diximus, anno 1555. libertas publico ordinum decreto religioni concessa est, dataqve cuilibet imperii Statui potestas in suis provinciis ac ditionibus duarum religionum, quas distinctionis causâ antiquam & novam dici receptum est, quam vellet introducendi, permissa iis, qui in hujus vel illius religionis exercitium consentire nollent, facultate aliò

cum possessionibus suis commigrandi, definitoque ad emigrandum justo temporis spatio; de bonis Ecclesiasticis cautum, ut, quæ Protestantes jam possiderent, retinere possint, cætera suis Possessoribus religiosis relinquerent: in illa ipsa tamen Ecclesiastici Pontificiæ partis, jus aliqvod retinere se sunt protestati, qvod *reservatum* vocant. Evangelici contra capiti illiqvo personis Ecclesiasticis & religiosis, si mutare religionem Pontificiam vellent, suo loco & dignitate muneris permanere denegatum est, non nisi cum dissensus sui declaratione, tandem acquievere. Dein anno 1557. *Colloquium*, uti in Comitiis fuerat decretum, *Wormatiæ* instituitur, sed mox abrumpitur à Pontificiis, quod causarentur, esse inter Augustanæ Confessionis Socios, qui ob nota religionis dissidia & Sectas sub pace comprehendi non possunt, Calvini nempè & Zvvinglii sententiam secutos designabant. Et Philippus Melanchthon quidem præ se ferens studium singulare conciliationis cum Calvinianis, in quorum gratiam quædam etiam verba Augustanæ Confessionis ab illo immutata sunt, aliis se Collocutoribus nostræ quoq; partis suspectum reddiderat.

15. Dissidebant tùm qvoqve à *Georgio Maiore* & quibusdam aliis Wittebergensibus Theologis eiusdem Confessionis Socii, qvod opera bona justificato homini ad salutem consequendam necessaria esse contenderent, In qvo negotio non tàm res ipsa, qvàm loqven-

di-

di formula culpabatur, Pontificiorum Phraseologiæ affinis, quamvis interea *Synergistarum* odioso nomine appellarent. In Borussia autem de Justificatione hominis *Andreas Osiander* Noribergensis primùm, mox Regiomontanus Theologus, novam aliquam proferebat opinionem, statuens, justificari nos per justitiam Christi, non quà hominis, sed essentialem illam Dei, eamque non imputatam, sed inhabitantem, quandoquidem & ipse Christus in credentibus habitat, suam secum justitiam sanctitatemque asserens. Quo dogmate non multùm abludebat à *Cæspare Svenkfeldio*, nobili Silesio adhuc tum superstite, ac de justificatione hominis simulia ferè docente: Statuebat enim fidem & charitatem, quibus justificemur, non imputativè, sed tanquam per ea, quæ nobis realiter insunt, non esse qualitates aut quædam accidentia, sed potius divinas substantias & ipsius Spiritûs sancti participationes, per quas homines coràm Deo justificant. Idem Svenkfeldius Christum, quatenus hominem, esse naturalem Dei filium, peculiari libello docuit. Patres autem veteris Testamenti ante Christi adventum in cœlos admitti potuisse, negavit, Verbique Dei & Sacramentorum efficaciam inficiatus est, enthusiasmis plus tribuens, quàm par erat. Sed Svenkfeldius Lutheri & Confessioni Augustanæ socium se nunquam professus est. Fuit in Borussia quoque *Stancarus*, Italus natione, qui, dum Osiandro contrarius esse studet, in contrarium quoque errorem incidit, officium Mediatoris non ad totam humanam Christi naturam referens, quod soli Divinitati iste tribuebat. Cùm ob id Regiomonte peteretur, in vicinam Poloniam concessit, Calvinianorum cœtibus, qui Lutheranis plerumque mixti in Polonia jam tum locum invenerant, se se addicens. Nec defuere, qui Anabaptistarum deliria propagarent, interque alios celebratus est *David Georgius*, nominatissimus famosus, quem Belgio expulsum Basilea recepit, sed ignorans, quem virum: cujus ut manuscripta post mortem exculpta sunt, effodi cum iterum jussit & cremari. *Michael*

chael qvoqve *Servetus* ex Hispania in Gallias veniens primus *Antitrinitariorum* dogma reduxit, atqve ob id, singulari exemplo, Genevæ exustus est, idqve suppliciger nus hæreticis decerni posse *Calvinus*, qvi Genevæ docebat, Scripto asserut. Et ficet Serveti supplicium *Lelius Socinus*, ex Italia oriundus, qvi ibi tum erat, Calvini discipulus, præsens spectaret; deterrere tamen non potuit, qvin similia dogmata mox proferret, & paulo post in Germania Poloniaqve disseminaret. Ab eo Christi Salvatoris negata est altera, id est divina, natura, dum ante nativitatem ex Maria Virgine nullam ei existentiam concedit: negata est qvoqve Spiritus S. Divinitas, quem personam aliqvam esse inficiabatur, solam Dei apud creaturas, ἐνέργειαν hoc nomine significari, contendens. Meritum qvoqve Salvatoris negarunt ejus assectæ (errores enim erroribus cumulari oportuit, postqvam disputationis necessitate ad novas rationes erat confugiendum) ejusse satisfactionem æqvivalentem, qva divinæ justitiæ satisfiat, sed qvalecunqve λύτρον duntaxat, qvod in vicem solutionis perfectæ homines Deo offerant, qvibus id, qvod præstare neqveunt, Deus pro arbitrii sui summa libertate, ultro remittat, dummodò vitam suam imposterum ad Salvatoris imitationem instituant, qva imitatione & obedientiâ novæ legis, per Christum latæ, gratia Dei nobis conferatur. Sunt & aliæ opiniones à Socinianis defensæ de integritate humanæ naturæ, mortalitate animæ ad vitam una cum corpore in die novissimo revocandæ, &c. fuit alius qvoqve præter hunc ejusdem Sectæ *Faustus Socinus* seqventis seculi initio. Hic verò tum in Gallis, ut prædiximus, versabatur. Qvotqvot præterea Itali à Pontificatu Romano deciverunt; à Lutheranis tamen partibus abhorrere visi sunt. *Vergerius* enim, quem *Fr. Spiera* Patavini Juris-Consulti horribiles animi cruciatus, qvos propter apostasiam à semel agnita veritate passus est, nutantem, à Papatu ut recederet, impulerunt, nulli se confessioni addixit, qvamvis adversus Pontificios errores atqve dominatum Papæ stylum utiliter acueret.

Ber-

Bernardinus verò *Ochinus*, ipse ille, qvi Capucinorum severitatis inter Franciscanos disciplinæ autor fuit, in Bonisiam tandem veniens novas produxit opiniones, ejusqve pro stabilienda polygamia dialogos, post Calvinum meza refellere est aggressus. Porro *Petrus Martyr* Florentinus Helveticam Confessionem amplexus est, qvod de *Trumellio* qvoq; olim Judæo & plerisqve aliis ex Italia in vicinam Galliam aut ad Helveticos venientibus, factum. v. *Chytræus*, *P. Suavis*, *Adrianus*, *Regenvolsc.* *aliqve*.

Petrus Martyr, unà cum *Martino Bucero* & *Paulo Fagio*, eo tempore, qvò in Germania Interimistica religio obtinuit, in Angliam evocatus ab Eduardo Rege, concessit. Mortuo enim Henrico Somersetus regni protector, puerum adhuc Regem, ut Pontificia sacra abrogaret, perpulit, cui rei plerique Proceres regni ultrò consensêrunt. Veruntamen illa Angliæ felicitas non fuit diuturna. Qvinto enim pòst anno, qvi fuit à nato Christo millesimus qvingentesimus qvinqvagesimus tertius cum lento veneno confectus decessisset Eduardus, atqve soror ejus Maria, Catharinæ Hispanicæ filia, regni habenas succepisset, ac Philippo Hispaniarum Principi Caroli Imperatoris filio nupsisset, Pontificia doctrina cultusqve passim, fremente licet populo, restitutus est, unde tristes & horrendæ in Anglia persecutiones exortæ sunt, ex viris primariis 176. exusti præter plebejos, Buceri qvoqve, & Fagii effossa cadavera. Petrus Martyr autem Anglia jam excesserat. Verùm pòst alios qvinqve annos cùm & Maria satis concessisset, & Elisabetha ipsius soror, ex Anna Bolenia procreata, literisqve eleganter culta, & religionis reformatæ studiosa, in regnum succedisset, Mariæ decreta de Pontificia religione rursum abolita sunt, & cultus emendatior per totum regnum instauratus. Qvod paulo pòst etiam Procerum decreto in Scotia factum est, à qvibus Regina, & ipsa Maria nomine, ubi Regem ipsa interemisset, in ordinem redacta, filiusqve ejus Jacobus VI. in religione emendatiore est educatus.

56. An-

16. Anno 1555. mortuus est Julius III. Papa, eique successit *Marcellus*, in Tridentina Synodum anteà Præses, qui nomen suum cùm retinuisset, bonamque de se spem fecisset, altero statim mense extingvitur. *An. Chr. 1555.*

Fi Collega Tridenti fuit Crescentius Cardinalis, qvi cum canis ater, ad candelæ lucem literas scribenti apparuisset, adeò is exterritus est, ut decumbere inciperet, eoque morbo post dies aliquot inter ingentes terrores, de atro illo cane assiduè conquerens, moreretur.

In marcelli locum *Johannes Petrus Caraffa* senex annorum 79. austeris & incommodis moribus succedit, assumsit nomen *Pauli IV.* Is Synodum Tridentinam dissolutam bello Protestantium Principum, ad finem perducere neglexit, institutâ congregatione aliâ Cardinalium quorundam & Episcoporum, qvi reformationi Ecclesiasticæ operam darent: sed id ad speciem duntaxat actum. Idem *inqvisitionis judicium* Romæ atqve in Italia instituit, & severissimè exercuit, unde gravissimum populi in se odium concitavit.

Fer-

Ferdinandum, qvoad ipse vixit, pro Imperatore noluit agnoscere, improbans abdicationem à Carolo factam, Henricum quoque Galliæ Regem absolvit Juramento, qvo pacem Carolo se servaturum juraverat.

Eodem anno 1555. Carolus Cæsar, tot laborum & valetudinis incommodæ pertæsus, novo exemplo imperio se abdicavit, Germaniæ qvidem gubernationem Ferdinando fratri, hæreditaria autem regna Philippo filio resignans: mortuus est in monasterio D. Justii in Hispania anno 1558. meliori, ut fertur, doctrina imbutus. Certè qvi morienti ei adfuit Theologus Constantinus, à Philippo filio posteà ad ignem damnatus fuit. Ante Caroli resignationem (Anno 1554.) decesserat Johannes Fridericus Saxoniæ Elector, glorioſus tot pro vera religione laboribus & persecutionibus toleratis, postqvam cum Augusto Electore, Mauritii fratre, qvi anno 1553. in prælio adversus Albertum Brandeburgicum occubuerat, prorsus transegisset. Ex *Chytræo, P. Svavi, Sleidano.*

17. In Galliis per hoc tempus emendationis doctrinæ qvamplurimi valdè erant cupidi, qværebantqve è vicina Helvetia & Civitate Genevensi Doctores, qvi saniora docerent. Et juverunt qvoqve bella, cùm protestantium Principum milites è Germania subsidio Galliæ Regi missi, multos meliora edocerent, & concionibus castrensibus pluries auscultarent, qvi deinde huc illuc diffusi aliis, qvæ audivis-

vissent, communicabant. Sed neque cessatum est gravissimis persecutionibus, & vestigiis parentis Francisci insistens Henricus, spretis literis deprecatoriis, quas ea gratiâ Protestantes Germaniæ ad illum miserunt, ipsos quoque supremæ Curiæ Senatores, hæreticos, uti appellabant, suspectos carcerí mancipaverat, ultimo supplicio destinatos, cum repente in hastiludio confixo dextro oculo & lethali vulnere accepto, inter gravissimos dolores expiravit. Crematus tamen est *Annas Burgus*, quem ille, quomodo cremaretur, suis oculis se visurum, temere promisit; *Faber* aliique rursum dimissi sunt. Post illum *Franciscus II.* ejus filius regnum uno tantum anno tenuit, mortuus quippe anno 1560. fratrique *Carolo* gubernacula reliquit: qui anno sequenti in Comitiis Aurelianensibus Pacem qualemcunque reformatam religionem professis concessit: Decretaque fecit Tridentinus contraria, & Possiaci Colloquio instituto, disputantes ipse audivit una cum matre Regina & Cardinali Carolo Lotharingio; è Pontificia quidem parte *Cardinalem* ipsum, alios que *Episcopos*; è reformatis *Petrum Martyrem, Theodorum Bezam & Marloratum*. In S. Germani fano mox deinde *Bezæ* imaginum demolitionem, præsertim etiam Salvatoris crucifixi, accerrimo studio ursit, cum aliquot Cardinalis & Regina visi sint superstitiosum earum cultum velle abrogare, in capite etiam de S. Cœna Augustanam potius Confessionem sequi, quàm Calvini dogma, inque multis aliis reformationi assentire; quod ipsum Cardinalis postea in *colloquio Tabernis Alsaticis*, cum Christophoro Wirtembergiæ Duce nonnullos Theologos secum adducente, instituto comprobavit: quapropter creditus est hâc ratione Augustanæ Confessioni addictos Germaniæ Principes à Societate Reformatorum Galliæ, solum abducere voluisse, bellum jam mediantibus Guisius contra Ludovicum Condæum, quod anno proximo susceptum, inque eo Condæus captus, Franciscus Guisius sclopeti glandibus tribus necatus est: quo tempore Reformatorum per universam Galliam cætus sive Ecclesiæ ad

numeratæ sunt. Pace inde factâ, brevi bellum recrudiit, idqve sextâ vice, non sub Carolo IX. solùm, sed & Henrico III ipsius fratre; qvi pòst mortem Sigismundi Augusti Poloniæ Regis ab ordinibus Rex electus est qvidem, sed vix tribus mensibus regnum administravit, cùm nuncio de morte Caroli fratris accepto clam Poloniâ profugit, ut Gallicum regnum occuparet. Gratiam deinde Polonis novum Regem eligendi, sibiqve titulum solum Polonorum Regis retinuit: ab illis igitur *Stephanus Bathorius* Transylvaniæ Princeps ei suffectus est. Cæterùm qvod Galliæ civiles discordias religionis causâ motas attinet, memorabilis imprimis est Rupellæ, Sancerræqve obsidio ultimæ famis tolerantiæ exemplum, & nuptiæ Parisiis An. 1572. celebratæ, ab Henrico Navarræ Rege cum Margaretha sorore Caroli Regis: ad qvas cum omnes reformatæ religionis Proceres invitati à Rege essent, postmodum inaudito scelere in suis qvisqve domibus trucidati, nec Lutetiæ solùm, sed in aliis qvoqve urbibus ex composito in Protestantes sævitum, câqve lanena multa hominum millia professionis suæ causâ in Gallia interemta sunt. Post Caroli IX. mortem, cùm gens Gvisia adversum Regem Henricum III. prævaleret, sub religionis specie aditum sibi ad regnum parans, cùm nulli Regi liberi essent, suâ tandem nece civiles discordias luit, Rege ab illorum machinamentis sese vindicante. Et Rex ipse Henricus non multò pòst à Monacho parricida pugione An. 1589. transfossus, Henrico Borbonio Navarræ Regi, ad qvem lege Salicâ regni successio devolvebatur, vacuum locum fecit. Cui tamen, reformatæ qvippe religioni addicto, & Gvisiana factio, & Hispani, & ipse Pontifex tamdiu de regno fecêre controversiam, donec Romanæ Ecclesiæ se subjiceret, qvod tandem sub finem seculi decimi sexti An. 1593. præstitit. Sed de his ita uno contextu summatim repetitis *Jacobus Augustus Thuanus*, in Parlamento Parisiensi Præses, consulendus est, qvi plenos harum rerum & illustres Commentarios reliqvit, & alii Scriptores.

18. Jam verò in Hispania Belgioqve Philippi Regis provinciis multò sævius cum suspectis, nec dum mutatæ religionis convictis actum est: eratqve dictum etiam aut leve factum flammis non rarò expiandum: Calumniæ verò parata via, qvando judicium inqvisitionis nec provocationem reis, neqve alia juris beneficia indulget. Redux igitur ex Anglia Philippus, cum in Hispanico littore naufragium fecisset, & vix salvus ipse terram attigisset, certò persvasus, ideò se à Deo servatum è fluctibus, ut esset, qvi hæreses extirparet, totâ vi in persequendos Acatholicos, uti vocabant, incubuit. Cremati tùm sunt in Hispania qvam plurimi, etiam ordinis eqvestris, viri, & tredecim fœminæ nobiles, ac tandem, ut suprà dicere cœpimus, Constantini Pontii effigies, qvi à sacris confessionibus Carolo ipsius Parenti fuerat, & ulnis suis exspirantem exceperat. Hic ante paucos dies obierat in carcere, in qvem propter hæresis suspicionem statim à morte Cæsaris erat conjectus. Pinciain deinde profectus Rex, 28. ex præcipua regionis nobilitate flammis extingvi coràm spectavit. Bartholomæum verò Carranzam Toleti Archi-Episcopum ordinis Dominicani, carceri mancipavit, proventibus omnibus ademtis, qvod in nonnullis Pontificatui adversari putarerur. In Belgium, cum inqvisitionem apertè non posset introducere, id obliqvè per Episcopos facturum se speravit: priora enim Caroli Cæsaris edicta, qvantum tumultus dederint, recordabatur. Et tamen numerus eorum, qvibus in Belgio aut laqveo gula fracta, aut caput amputatum, aut ignis supplicium irrogatum est, à primo Caroli edicto, ad institutionem Episcopatuum, propè 50000. fuêre. Cum enim in Belgio bini tantum essent Episcopatus, Cameracensis & Ultrajectensis, qvi ipsi Archi-Episcopis Germanis subjiciebantur, ad qvos provocationes concedi erat necesse, concessione Pontificis alios tres Archi Episcopatus, & 12. præterea Episcopales sedes ordinavit. Neqi tamen consilium Regis Proceribus occultum fuit, qvi Legatos in Hispaniam deprecatum misêre, privilegia provinciarum violari con-

qve-

verentes; sed frustrà. Interim purioris religionis studiosi nihilominùs augentur, unde factum, ut primò pro religionis libertate supplices facti quidam Margarethæ gubernatricem interpellarent, seditiones deinde orirentur, Antuerpiæ imprimis, qvo ministriè Germania evocati sunt, qvi religionis emendationem ad Augustanæ Confessionis normam susciperent. Sed id tùm irustra fuit. Hostis enim in Belgium Ferdinandus Alvares Albæ Dux armis conatus istos sic repressit, ut nihil effici potuerit, donec crudelitate sua adversùm suspectos qvosvis, Processes etiam ipsos, eò rem adduceret, ut in nervum erumperet. Anno igitur 1567. belli in Hispanos initium fuit, Belgis non religionem solùm, sed & libertatem auferri prætendentibus. Eoqve successu id gestum est, ut postillimæ, & Germanico Oceano viciniores provinciæ à reliqvis avultæ rempublicam sibi constituerint, nihil habentem cum Hispanorum rebus commune; bellumqve traxerint tamdiu ex Nassovia sive Arausionensi domo Ducibus lectis, auxiliisqve accersitis Danorum, Anglorum, Gallorumqve, ut post interpositas inducias, hujus demùm seculi anno 48. habuerit finem talem, qvalem omnes norunt. Libertas enim consentientibus Hispanis, provinciis istis confirmata, eaqve dudum religio constituta est, qvæ ad Genevensem maximè accedit, qvamvis & reliqvis omnibus, sola Pontificia excepta, locus publicè permittatur, nec severè nimis cùm iis agatur, qvi intra domus suas ad præscripta Romana, sacris operantur. Tot verò tamqve varii memorabilium rerum in hoc bello fuere casus, ut in his compendii angustiis consultius sit nihil, qvàm parùm, afferre, consulendiqve sint de his potiùs *Thuanus*, *Famianus Strada*, imprimis verò *Meterani* & *Hugonis Grotii de rebus Belgicis Commentarii*. Ea verò multitudo, qvæ religionis causâ ab Albano Duce sub motuum horum initium peremta est, cùm esset innumerabilis, numerari qvoqve desiit, ut de iis, qvi bello tam diuturno interierunt, nihil dicatur: & obsidione qvidem solâ Ostendanæ munitionis, ad 140000. utrinqve cecidisse, *Thuanus* autor est.

19. Paulus IV. Pontifex, invisus omnibus decessit anno 1560. Eique post longas contentiones suffectus est, Iohannes Angelus Medicinus Mediolanensis. Is Pii qvarti nomen adscivit, & statim Ferdinandum I. pro electo Imperatore agnovit, qvod antecessor ejus stolido fastu pertinaciter recusaverat, alia etiam mitiùs egit, sed & vanè multa & parùm sincerè. Inter qvæ fuit Concilii Tridentini continuatio, cui finem imposuit anno 1563. 4. Decemb. Eum qvidem, ex qvo nullus ad errores in religione tollendos, aut aulæ Romanæ Cleriq; mores corrigendos fructus ad Ecclesiam pervenit, vehementiùs, imò & inconciliabiliter stabilito Schismate & spe omni Principibus Regibusqve ademta, qvam de Concilio hoc conceperant. Solus Hispaniæ Rex & Itali hoc eventu lætari visi sunt.

An. Chr. 1560.

An. Chr. 1563.

Qvod verò Decreta attinet, continent ea doctrinæ Pontificiæ summam, in iis præsertim capitibus qvæ controversa superiore seculo esse cœperunt unàcum anathematismis in contradicentes jactis. Imprimis verò novum est, qvod hac

hac in Synodo traditiones non scriptæ pari pietatis affectu cum Verbo Dei scripto ut recipiantur, primùm sancitum; & vulgata latina Bibliorum versio authenticam autoritatem habere jussa est: qvam tamen à mendis purgari debere, ognoverunt Patres ipsi.

Id qvod *Sixtus V.* qvi anno 1585. sedem occupavit, cùm præstitisset, sublatis multis erratorum millibus, novamqve adeò procurâsset editionem mox tertius ab eo *Clemens VIII.* Anno 1592. in irritum revocavit, novâ editione adornata, qvam authentiæ privilegio solam gaudere voluit, in qva multa à Sixto priùs mutata iterum restituta sunt. Index præterea librorum, qvorum lectione interdictum sit, à Patribus ad hoc negotium destinatis conficitur. Suscipitur & reformatio consvetudinum, qvæ malo more in Ecclesiam invectæ sunt: sed nec earum, qvæ potiores erant, nec aliter, qvàm verbo tenus. Qvod enim de Episcoporum residentia, pluralitate beneficiorum similibus aliis decretum est, hactenus non est servatum. Jam verò ipsa fidei decreta adeò sunt ambigua, ut, qvi Concilio interfuerunt diversarum partium, Dominicani scil. & Franciscani Theologi, sententiis licet inter se pugnantes, pro sua tamen qvisqve opinione in libris, qvos emiserunt, illa citent. Modum decreta conficiendi, servatum cum fuisse constat, ut Theologi de materia qvacunq; inter se dissererent, Patribus, id est, Episcopis & Prælatis, præsentibus; è qvorum deinde discursibus in congregationibus Episcoporum decreta juxta plurium suffragiorum numerum conficiebantur, ubi Legatorum Pontificis ea interveniebat cautio, ne qvicqvam, qvod vel Pontificis voluntati adversaretur, vel derogaret autoritati, vel studia partium accendere posset, cum Ecclesiæ detrimento à pluribus approbaretur, cui periculo plerumq; in decretorum ambiguitate remedium, ut jam dixi, qvæsitum est. Et cùm Præsules Itali à Pontifice magis atq; alii, pendentes, numero cæteros omnes facilè

antecellerent, Pontifice tot Episcopos novos indies mitente, qvot expediebat, eosqve sæpe titulares duataxat, qvibus nulla Ecclesia, qvam regerent, erat, facile provisum est, ne in Pontificis vel Personam vel dignitatem cæterorum aliqva fieret conspiratio: præsertim cùm omnia priùs Romam decreta mitterentur, qvàm Tridentini promulgatio eorum in sessionibus fieret. qvà de re *Andreas Dudithius*, Qvinqvecclesiensis Episcopi, in ipsa Synodo præsentis *Epistola* consulenda est. Qvi verò partium studia, artes, consilia, pugnas Theologorum, Conciliata, Principum interventiones, varios in eo casus noscere cupit, adeat luculentam historiam *à Petro Svavi Polano*, id est, *Paulo Servita* Theologo Veneto, contextam, in qva crebra talium exemplorum leguntur, qvem post tot annos nuper refutare aggressus est Pallavicinus Jesuita, Cardinalium axioma hoc labore adeptus.

Dogmata, accuratis lucubrationibus optimè de Ecclesia meritus Theologus Brunsviccensis, *Martinus Chemnitius*, paulò post sub examen revocavit, in eo libro, cui titulum fecit *Examinis Concilii Tridentini*; è Pontificia verò parte in Decreta ea commentati sunt *Vega*, *Soto*, *Andradius*, *Stapletonus*, *aliiq;*. Hocigitur ordine per 25. Sessiones, cùm Synodus continuata esset, finem tandem accepit, ejusqve Decreta à Pio Pontifice Romæ in Consistorio sunt confirmata Orbiqve qvatenus Romano Pontifici paret, obtrusa: qvanqvam non pari ab omnibus observantiâ recepta sint.

20. Antèqvam tertia vice Synodus Tridentum convocaretur, Austriaci Bohemiqve usum S. Cœnæ sub utrâqve specie jam obtinue-

rant,

rant, Idem etiam concesserat Bavaricus Dux, motus supplici prece subditorum, qvod tamen post Tridentinorum Decretorum promulgationem iterum mutatum est. Numburgi verò An. 1561. protestantium Principum habitus est Conventus ob schismata, qvæ Lutheranas divulserant Ecclesias, auferenda. Ibi primùm audita nomina *variatæ invariatæq; Confessionis Augustanæ*, Saxonicis hanc solam, Palatinis alteram qvoqve recipientibus. Communi tamen consensu decretum est, Synodum Tridentinam recusandam esse, ad qvam ut invitarent Protestantes Numburgum venerant cùm Cæsaris, tùm Pontificis Legati. Sed ut illi honorificè habiti sunt, sic horum ne literæ qvidem resignatæ. Idem Pontificis Legati, cùm in Daniam navigaturi essent, à Rege sunt prohibiti, nihil sibi cum Pontificis rebus commune esse, dictitante. In Angliam autem venientes Elisabetha cum ludibrio dimisit.

Altero post finitum Concilium anno Ferdinandus Imperator fatis concessit. Is pacem cum Ecclesiis protestantibus sat æqvo animo custodiit; *Maximilianus* verò hoc nomine *II.* ipsius filius, jam anteà in Regem Romanorum electus, imperii susceipit administrationem, laudabili Princeps ingenio,

An. Chr. 1564.

nio, & purioris religionis haud obscurus fautor.

Ob qvod jam à Paulo IV. graviter perLegatum increpitus minasqve expertus erat Imperatore, ut nunqvam in Romanorum Regem confirmetur, eâq; dignitate planè dejiciatur; ferturque tùm Maximilianus respondisse, gratias se Pontifici agere maximas pro tam propensa in se voluntate; veruntamen animæ suæ salutem rebus omnibus mundanis potiorem habere. Qvam loqvendi formulam, Lutheranorum idioma esse, Paulus ajebat. Is tamen, ut diximus, vitam ad imperium Maximiliani non produxit.

Non multò post Ferdinandum Imperatorem obiit etiam Pius IV. Pontifex, & in ejus locum electus Michael Gislerius, Pii Qvinti nomen sumsit. Is vixit ad annum 1571. habuitqve successorem Hugonem Boncompagnum, dictum Gregorium XIII.

Moritur interea anno 1566. Sigismundus Archi-Episcopus Magdeburgensis, cui successor *Joachimus Fridericus Brandeburgicus* abolitâ Pontificiâ religione Ecclesias reformavit. *An. Chr. 1565.* Idem fecit *Julius Dux Brunsvicensis*, post Henrici patris mortem, ejus, qvi à Philippo Hassiæ Landgravio provincia exutus captusqve olim fuerat. Cœnobia Julius in *Scholas* convertit, &c

& non diù pòst anno 1576 *Academiam Helmstadianam* instituit.

21. Qvanquam autem eo, qvo diximus, augmento Res Evangelicorum indies meliores fierent, discordia tamen Theologorum non leve detrimentum iisdem intulit. Agebantur adhuc controversiæ de necessitate bonorum operum ad salutem, viribus liberi arbitrii, Corpore doctrinæ Philippi. Pro qvibus pugnabant *Eberus*, *Salmuth*, *Crúciger*, *Mollerus*, *Pratorius*, Electorales Saxonici Theologi, qvi propter has lites jussu Augusti Saxoniæ Electoris Alteburgi cum Turingicis, *Wigando*, *Cœlestino*, *Irenæo*, *Kirchnero*, *Rosino*, anno 1568. collocuti, remisisse aliqvid visi sunt, dum illic essent: domum autem reversi, sua iterum Scriptis defendere cœperunt: unde novæ lites natæ, ad qvas componendas anno 1571. Dresdæ Conventus Theologorum indicitur, in qvo *Jacobus Andreæ*, wittembergicus Theologus conciliationem instituere conatus est qvidem, sed frustrà. Wittebergam igitur Lipsiamq; An. Chr. 1568.

Crypto-Calvinistæ, ut vocabantur, seu *Philippistæ* tam diu obtinent, donec de re tota certior factus Augustus Elector, in Conventu Torgæ instituto articulos qvosdam proponeret, qvibus, qvi subscribere noluerunt, tanqvam Calvinianismi fautores, Ecclesiarum Scholarumqve præfecturis aut Consistorialibus officiis depositi sunt. Decessit inter hæc Maximilianus II. Imperator pius & pacificus, Imperiiqve fasces filius ejus Rudolfus II. suscepit, vitamqve in seqvens usqve seculum produxit. Mox *Formula Concordiæ à Jacobo Andreæ, Davide Chytræo, Martino Chemnitio, Andrea Musculo, Christophoro Cornero, Nicolao Selneccero*, conscribitur, in qva, qvicqvid hactenus inter Lutheranos controversiam peperit, definitum decisumqve fuit. Cumqve ea Electori Saxoniæ oblata esset, ipsius maximè auspiciis, post factam ejus communicationem, in lucem prodit, subscripta ab Electoribus, Principibus, Comitibus, Civitatibus, multisqve è nobilitate, & præterea ab octo millibus ministrorum tàm Ecclesiæ, qvàm Scholæ.

An. Chr. 1576.

Ali-

Aliqvi tamen ex Augustanæ Confessionis Sociis subscribere recusârunt, variis de causis. Ipse Christianus, Augusti filius, Elector, restituto corpore Philippi illam abrogâsse visus est, qvod post ipsius mortem tamen mutatum fuit. In Ecclesiis tamen Saxonicis aliisqve, à qvibus illa recepta est, *Symbolici libri* hodieqve autoritatem obtinet, cui assensum præbere tenentur, qvicunqve ad munus aliqvod in Ecclesia cupiunt vocari. Statim autem atqve promulgata est, varia hominum judicia de eâ fuêre: Pontificii, inqve his Robertus Bellarminus, postea Cardinalis, è societate Jesu, multas ei impegit calumnias, peculiari libello. Aliis nonnulla loqvendi formulæ minùs probabantur. Unde occasio data novis colloqviis Hertxbergæ, Langensalxæ, Smalcaldiæ Juterboci, in qvibus cum Anhaltinis, Hassiacis & Palatinis Theologis agerent iidem, qvos modo laudavimus, *Concordiæ* autores. Sed Palatini Smalcaldiam non accesserunt, manifestò jam secessionem à Lutheranis ad Reformatos sive Calvinianos molientes, qvæ mox pleno gradu secuta est in Vicariatu Electorali Johan. Casimiri. Paulò antè Brema qvoqve Civitas imperialis fœderis Hanseatici, ministrorum suorum arte inducta, ad Calvinianas partes accesserat. Sed & Helmstadianæ Scholæ Doctor Thilemannus Hesshusius, cùm negaret omnipræsentiam carnis Christi, tanqvam

qvam unionis personalis necessarium conseqvens; concederet tamen præsentiam ejusdem in pluribus simul locis, fundatam in communicatione majestatis divinæ, & promissionibus Christi Salvatoris, Colloqvio Qvedlinburgensi ansam dedit. In qvo *Timotheus Kirchnerus* illud de omnipræsentia assertum adversari Formulæ Concordiæ demostrare ei conatus est: qvi tamen sententiam non mutavit, qvam ex eo inde tempore multi Academiæ Juliæ Doctores, aliiqve per Germaniam in hunc usqve diem retinuerunt. Prodiit Concordiæ Formula anno 1580.

Anno Chr. 1580.

In Polonia vero consilio planè isti contrario per id ipsum tempus Sendomiriensis Covent⁹ decernit, Theologos Calvinianos, Bohemicos, Lutheranos concorditer inter se vivere, & secundum tenorem Confessionis Augustanæ variatæ de S. Cœna docere debere, qvod posteà Thorunii revocatum est. In qvo regno sub Sigismundo I. ex Jagellonis posteris ultimo Rege, ac deinde sub Sigismundo Augusto melior doctrina, pressa licet onere persecutionum, effloruit tamen. Exemto verò rebus humanis Sigismundo anno 1573. Varsaviæ in publico ordinum regni Conventu sancita est consœderatio inter Pontificios & dissidentes ab his status, qvâ prohibitum est, ne alter alterum, religionis causâ, injuriis afficeret, aut in reipublicæ muniis sive palàm, sive occultè posthaberet, eamq; Henricus Rex, & post ejus discessum in Galliam, Stephanus Bathorius, qvem sibi Poloni è Transylvania Regem adsciverunt, ratam habuère: neq; adduci Stephanus à Clero Polonico potuit unqvam, ut violaret. Promiscua tamen illa religionum qvarumvis tolerantia, Arrianis qvoq; atq; Anabaptistis januam aperuit.

ruit, qui ex eo tempore, quamvis à posterioribus Regibus sæpe per edicta coerciti, in Poloniæ regno sedem inveniunt. Stephanum anno 1587. defunctum Sigismundus, Johannis Sveciæ Regis filius, Erici nepos, Gustavi abnepos, excepit, à parte Polonorum potiore electus contra Maximilianum Austriacum. Is, cùm priùs Protestantium religioni addictus fuisset, ab Antonio Possevino Jesuita, qui paulò antè Romani Pontificis nomine apud Moschorum Imperatorem Basilium Legatione functus erat, & ex itinere in Sveciam diverterat, moveri se ad Romani Pontificis obedientiam passus est, jam tùm factâ spe regni Polonici consequendi. Quo facto tamen ipso post mortem Parentis hæreditarium regnum amisit, Carolo patruo, quem ordines omnes, Pontificiæ religionis odio, Regem malebant, id sibi vendicante. *Ex Chytræo, Præfat. Formulæ Concord. Adriani Regenvolscii Histor. Eccles. Provinc. Sclavonicarum, &c.*

23. Turcarum rebus post Solymannum, de quo suprà meminimus, præesse cœpit anno 1566. filius ipsius *Selimus II.* qui Cyprum Venetis ademit, Melitam tentavit frustrà, magnâque clade prælio navali ad Naupactum affectus est à nostris. Ei post annos novem filius Amurathes III. successit, infelix bellator adversus Persas; Christianis tamen in Hungaria munitiones quasdam ademit. Cum Selimo Maximilianus Imperator pacem coluerat, & Legatum Constantinopoli habuerat Davidem Ungnadium Baronem à Sonneberga Lutheranum hominem, cui à sacris concionibus cùm esset *Stephanus Gerlachius*, è Tubingensi Academia ad id munus evocatus, Universitatis illius Theologus Jacobus Andreæ, Jacobus Heerbrandus, Martinus Crusius utriusque linguæ Professor, cæteriq; Wirtembergici Doctores, eâ usi occasione per Gerlachium Patriarchæ Constantinopolitano Lutheranarum Ecclesiarum doctrinam commendare cœperunt, missâ ad illum cum Augustanâ Confessione, à Crusio in Græcum idioma translata, tùm Compendio Theologiæ D. Heerbrandi, additisq; literis

ad

ad qvas deinde Jeremias, id enim Patriarchæ nomen erat, respondit. Literæ aliqvot vicibus hinc inde missæ recepsæq; sunt: sine tamen aliqvo operæ precio, nisi qvod beneficio istius negotiationis, nostrarum Ecclesiarum doctrina ab iis calumniis, qvibus apud Græcos, Pontificiorum fraude oneratæ fuerant, purgatæ, & Græci qvidam Codices impetrati sint. Totum verò negotium Pontificii multis modis traducere cœperunt: imprimis *Solovius* Jesuita, & *Lindanus*, qvorum calumnias in *Præfatione Actorum*, qvæ typis edita sunt, respondetur. Cœperunt literæ mitti anno 1574. Qvalis communicatio cum Meletio Alexandrino sub finem seculi, ab Evangelicis Vilnensibus in Lithuania etiam est instituta: sed haud meliori profectu. Consulantur *Regenvolscius*, *Antonius Maria Grattianus de bello Cyprio &c.*

23. Post evulgatam jam Concordiæ Lutheranæ formulam anno 1586. *Montbelgardense Colloqvium*, instinctu Henrici Navarræ Regis, tùm adhuc Reformatorum Sacris addicti, inter Bezam, Musculum, Fajum, Hubnerum, Alberium, ex una; & Jacobum Andreæ, Lucamq; Osiandrum, ex altera parte, institutum est: Disputatumqve de Cœna Domini, Personâ Christi, Communicatione idiomatum, Prædestinatione, imaginibus, Baptismo. Ejus *Colloqvii Acta* seqventi anno à Wirtembergensibus edita sunt, qvæ consulas licet.

Ea cum legisset *Samuel Huberus* minister Bernensis, vi veritatis adactus, Calvinianorum partes deseruit, cumq; Bernâ esset exclusus, Tubingam venit, sed novo implicitus errore, de universali omnium electione ad salutem, qvem defendere & propagare cœpit, cum Wittebergam ad Professionem Academicam vocatus esset. Et licet

licet eo de errore moneretur à Gesnero, Lysero, Hunnio, Wittenbergensibus Theologis, desistere tamen ab incepto noluit, qvare à munere depositus, totam ferè Germaniam pervagatus est. Tunc etiam Servesi qvidam discipulus *Valentinus Gentilis*, Bernæ propter hæresin propagatam capite truncatur. Qvod factum qvoq; in Palatinatu cuidam *Sylvano* ejusdem erroris participi, qvi Bezæ instinctu idem supplicium pertulit: *Neusserus* ejusdem criminis reus è carcere aufugiens in Transylvaniam venit, captusq; à Turcis, Turcarum Sacra suscipit. Habitum qvoq; est *Colloqvium Franckendalii* inter Palatinos Theologos & Anabaptistas: & sub finem seculi *Nidds* inter Pistorium Medicum ad Pontificios deficientem, & Jacobum Andreæ, Gerlachium, Osiandrum, Heerbrandum. Qvorum qvoniam *Acta* sunt edita, eò lectoribus confugiendum est.

24. Turbas habuit etiam Germania plurimas ex *Calendarii* emendatione, susceptâ auspiciis *Gregorii XIII.* Pontificis. Etsi autem emendatio ea per viros Mathematicarum scientiarum doctissimos haud inutili consilio procurata est, demtis decem diebus è fastis Anni 1583. ut Solstitiorum Æqvinoctiorumqve tempora ad suos terminos revocarentur: tamen qvia Papæ potiùs, qvàm Imperatoris prætendebatur autoritas, Protestantes in Comitiis Augustanis Rudolpho Imperatori introducere id volenti restiterunt. Qvorum exemplum secuti cæteri Reges Principesqve, Pontificis autoritatem non agnoscentes, ab emendatione illa abstinuerunt. *Anno Chr. 1583.*

Eodem anno 1583. Elector Colonienſis Gebhardus, reformatam religionem Colonienſibus permiſturus, cùm

cùm duxisset uxorem Agnetem Mansfeldicam, & Bannam præsidio suorum muniisset. Pontificio diplomate Archi-Episcopatu privatur, àqve Ernesto Duce Bavariæ, ope militum Hispanorum Electoratu pellitur. Id bellum novis turbis in Episcopatu Argentoratensi assam præbuit, in qvo Canonici dissidium aluerunt tamdiu, donec morte Episcopi Canonici diversarum religionum, diversos eligerent: Protestantes scil. Johannem Georgium Brandeburgicum, Joachimi Friderici, Administratoris Magdeburgensis filium; Pontificii Carolum Lotharingiæ Cardinalem Metensem Episcopum: unde postmodum grave in Alsatia bellum natum Anno 1592. quod vix tandem interventione Cæsaris & nonnullorum Principum sipori potuit, retinuitq; suos uterq; electus ex Episcopatu reditus, donec seculo seqvente plenè transactum est.

Gregorium Pontificem post 13. annorum administrationem fato suo functum *Sixtus V.* excepit: obscuro loco natus, anteaqve Felix Perettus dictus, pecuniæ corradendæ magnus artifex; secutus eum anno 1590. Johannes Baptista Castaneus sive *Urbanus VII.* decem dierum Pontifex, hunc Nicolaus Sfondratus Mediolanensis, *Gregorius XIV.* vix anno integro sedens. Gregorium Johannes Antonius Fachinettus sive *Innocentius IX.* bimestris Papa, donec in Hippolytum Aldobrandinum sive *Clementem VIII.* Cardinales consentirent anno 1592. qvi in alterum usqve seculum superfuit.

An. Chr. 1585.

An. Chr. 1592.

Hos

Hos inter *Sixtus & Gregorius XIV.* Henricum Galliæ Regem excommunicârunt, fulmine tamen adeò invalido, ut Pontificii ipsi in Parlamentis omnibus excommunicationem irritam pronunciarent, & flammis per carnificem comburendam decernerent. Henricus tamen, ut suprà meminimus, paulò pòst per Legatos à Clemente veniam impetravit; postqvam Romanæ Ecclesiæ se obedientem futurũ spospondisset: Religioni tamen reformatæ pacem & libertatem concessit majorem, qvàm Pontificii voluissent. Sic Evangelio plerisqve in locis, nisi ubi Hispanorum inqvisitio valuit, pax parta, tranqvilloqve exitu, qviescentibus ad tempus persecutionum procellis, seculum finiit. Consulatur *Thuanus, &c.*

CAPUT. V.

SECTIO II.

De rebus Seculi decimi septimi.

SUMMARIA:

Colloquium Ratisbonense inter Theologos Pontificios & Lutheranos. Jesuitarum dogmata quædam, n. 1. *Paulus V. P. & ejus cum Venetis disceptatio,* n. 2. *Mutationes in*

Hassia, Donavverdæ, Juliaco, alibi. Rudolfi II. Imperatoris mors. Matthias Imperator, n. 3. *Socinianæ secta Doctores, Wigelius, Methius, Strfelius*, n. 4. *Arminianismus*, n. 5. *Jubilæum Lutheranum. Ferdinandus II. Imperator. Bellum Bohemicum & Ligisticum. Gregorius XV. Urbanus VIII. Pontific.* n. 6. *Theologorum certamina. M. Antonius de Dominis*, n. 7. *Reformatorum in Gallia fatum*, n. 8. *Bellum Svecicum. Innocentius X. Alexander VII. Pontifices. Ferdinandus III. Imperator*, n. 9. *Pax in Belgio. Motus Britannici*, n. 10. *Tractatus Concordiæ inter Protestantes*, n. 11. *Jansenii dogma*, n. 12. *Leopoldus Cæsar Augustus. Errores quidam novi. Finis*, n. 13.

I.

IPsa novi seculi [de qvo tamen ex Præfatione decimi sexti repetendæ sunt causæ, quæ nos ad Compendium sermonis adstringunt] initia vendicat *Colloqvium Ratisbonæ* auspiciis Maximiliani Ducis Bavariæ, & Philippi Ludovici Palatini Neoburgici habitum, inter Doctores, Ægidium Hunnium, Heilbronnerum, Rungium, Theologos Lu-

theri-

theranos, ex una; Gretserum, Hungerum, Tannerum, Jesuitas, ex altera parte, super principio fidei & Judice controversiarum: Jesuitis hæc talia in questionem deducentibus, ne cogerentur è Scripturis de fidei Articulis controversis disputare. Qvæsitum igitur: Qvinam libri sint Canonici? qvis idoneus eorum Interpres? qvis infallibilis Proponens? an sacræ literæ sufficiant omnibus fidei causis decidendis? qvo verò hæc modo eventuqve disputata sint, ex *Actis* in utraqve lingva editis videndum est. *Adeantur etiam Narrationes historicæ de isto Colloqvio à D. Hunnio Rungioq; scriptæ.*

Eadem Jesuitarum Secta qvæstioni de Pontificis in Reges potestate, deqve subditorum obedientia eo casu, si Princeps hæreticis faveat, per id tempus ventilandæ, cùm factis, tùm scriptis, occasionem præbuêre. Imprimis *Robertus Bellarminus* adversus *Guliel. Barclajum* de potestate summi Pontificis scripserat, qvem librum deinde post Henrici Galliarum Regis necem suprema Curia Lutetiana damnavit: sed ne sententia in executionem veniret, intercessit Pontificis Nuncius. At *P. Mariana* liber in-

scriptus *de Regis institutione*, in qvo summam in Reges potestatem Pontificiæ sedi asseruerat, deqve fide subditorum, non alii, nisi Catholico Regi, debita disputaverat, eò qvod propter hæresin, ex divino jure, potestate suâ Reges excidisse censendi sint, ejusdem Curiæ judicio flammis traditus est. Tali Jesuitarum disciplinæ tot parricidiorum, qvot brevi temporis intervallo vel tentatorum, vel perfectorum causam adscribunt. Non enim tantùm superiori adhuc seculo, Wilhelmus Auraniæ Princeps, & Henricus III. Galliæ Rex per Sicarios, non semel appetiti, tandem occubuêre: sed & Henricus IV. etsi Pontifici reconciliatus, ingens adiit periculum. Et ille qvidem, qvi os ejus pugione appetiit, dentemqve Regi excussit, auctores facinoris Jusuitas fassus est: qvâ de causa tota illis Gallia est interdictum, vetitumqve, ne qvis liberos suos extra regnum mitteret eorum disciplinæ hos traditurus; qvamvis post aliqvot annos ejusdem Regis permissu in Galliam remigrarunt; sed & Henricus iste anno hujus seculi decimo Parricidæ Francisci Ravaliaci manu cecidit, ejusmodi principiis adversum facinus permoto. Jacobus etiam M. Britanniæ Rex gravi periculo adhuc in Scotia defunctus, novis insidiis in Anglia, & urbe cum ipso universi Proceres familiaqve regia, appetitur, subjecto infra Curiam pulvere nitrato, cùm ha-

habenda regni Comitia essent. Qvæ insidiæ tamen ex obscuro literarum indicio, sagacitate Regis discussæ sunt: deprehensus, qvi ignem pulveri subjecturus erat, Jesuitas, Granettum imprimis, conscios fassus est. Permotus hac re Jacobus Rex, novo subditos obstrinxit juramento, qvo qvisqve profiteri coactus est, nullam esse Romano Præsuli Regis exautorandi potestatem, seq; nullo talis censuræ prætextu à fide & obedientiâ recessurum: qvæ juramenti formula etiam Pontificiæ religioni addictis usurpanda fuit: eîqve occasione Barclaji illa & Bellarmini nata est lis, de qva modò facta mentio: qvanqvam ne Bellarminus qvidem Pontifici satisfecit, indirectam solùm Papæ in Reges & regna potestatem adstruens, atqve ex necessitate Ecclesiæ tantummodo metiendam, cùm is directam atqve omnimodam maluisset. Videndus *Thuanus*, & *Continuatores*. *An. Chr. 1602.*

2. Anno 1605. Clemens Pontifex extinctus est. Qvo minùs tunc in sedem Pontificiam eveheretur Cæsar Baronius, celebris annalium conditor, Hispanorum invidia obfuit, qvod illo annalium *Tomo undecimo* negâsset, talia esse Hispanorum Regum in Siciliam jura, qvalia sibi illi arrogant. Bellarminus qvoq; Montaltana factione est *An. Christi 1605.*

excluſus: unde factum, ut Alexander Mediceus fuerit electus ſeptuagenarius Senex, qvi *Leonis XI.* aſſumto nomine vigeſimo qvinto poſt Electionem die moritur. Electus igitur eſt Camillus Borgeſius Senenſis, qvi *Pauli V.* titulum adoptavit.

Gravem hunc adverſarium Venetorum Respublica experta eſt. Qvòd enim leges qvasdam majorum renovaverant, qvibus cavebatur, ne liceret absqve Senatûs conſenſu templa nova aut Cœnobia ſtruere, Clericisq; fundos donare ac immobilia bona, inqve carcerem nonnullos Sacerdotes flagitiis infames miſerant, Jeſuitis hæc talia accuratè Romam perſcribentibus, Paulus Venetorum cùm Urbi, tùm ditioni ſacris interdixit. Poſt multas deinde calami & armorum concertationes vix tandem reconciliati Pontifici ſunt Galliarum Regis interventu.

An. Chr. 1606. Jeſuitæ tamen territorio Veneto excluduntur, eò qvod ad Pontificis interdictum ſtatim ipſi exceſsêre, Eccleſiaſticis aliis in Urbe manentibus, nec ante qvadrageſimum ab emigratione eorum, annum, ſunt revocati. Magnum fuit Pauli Servitæ Monachi in

in tuendis Venetorum Juribus ſtudium, qvod libri eruditi & cordati oſtendunt. Eodem tempore Poloni in Comitiis Varſavienſibus ſodalitia Jeſuitica regno ejici poſtulârunt, præcipuas illis Europæ calamitates imputantes: ſed irrito conatu, cùm Rex illis ſtudiosè patrocinaretur. Populari tamen tumultu Gedani & Thoruniæ templa illis ademta ſunt. *Jul. Cæſ. Bulengerus, Thuanus.*

3. In Germania priore anno Mauritius Haſſiæ Landgravius Caſſellanus, dudum Calviniſmi ſtudioſus, Marpurgo expulit Johannem Winckelmannum, Balthaſarem Menzerum aliosqve Auguſtanæ Confeſſionis propugnatores, ſubrogatis ſuæ Sectæ Doctoribus, dejectisq; templorum imaginibus, & imperatâ in adminiſtratione cœnæ Dominicæ panis fractione. Mox anno ſeculi ſeptimo Donawerda Civitas imperialis à Maximiliano Bavariæ Duce per deditionem occupatur, cùm proſcripta eſſet à Cæſare, ex ea cauſa, qvod Abbatem ſolenni pompâ ex veteri in Urbe conſvetudine circumferentem Crucem Labarumqve, contumeliâ cives afeciſſent, Cæſaremqve id juris Abbati aſſerentem ſpreviſſent: Urbem, qvamvis Proteſtantes ſæpiùs flagitârunt in integrum reſtitui, Ma- *An. Chr. 1607.*

ximilianus tamen Cæsaris consensu retinuit, donec sumptus facti refunderentur. Eliminata Lutheri doctrina, Pontificiam substituit: qvod multis qverelis & dissensionibus in Imperio causam præbuit, cùm etiam appareret, Protestantes in suo jure variè impediri; Aqvisgranensibus abruptè nimis damnatis, & ab Hispano milite ob Lutheranissimum multatis. Accidêre & alia tam ad Ecclesiasticum, qvam ad politicum statum pertinentia, qvæ apertis dissensionibus ansam dedêre. Lites inter Principes plurimæ natæ de occupatis bonis Ecclesiasticis, de successione Joh. Gvilielmi Juliaci, Cliviæ & Montium Ducis. Anno 1609. sine mascula prole defuncti. Ex successoribus ejus, qvi in possessionem illarum provinciarum venerunt, Elector Brandeburgicus Reformatorum sectæ se addixit, Palatinus Neoburgicus, Wolffgangus Wilhelmus, Pontificiam religionem brevi post, ubi cum Magdalena Bavara connubium iniit, publicè professus est: Ad eandem persvasis partim, partim vi adductus popularibus A. C. 1613. qvam qvidem ad rem Princeps *Jacobo Rethingio* Jesuitæ ex Augustanis Patriciis orti, operâ ledulâ usus est. Is verò dum in eo versatur negotio ut Lutherana dogmata refutaret, adstrueret Pontificia, eaqve millibus aliqvot, qvos eo modo corrupit, persvaderet, ipse virtute verbi vincitur, illuminatur, persvadetur, ut abdicata Jesuitica religione, Lutheranis partibus se adiceret, inqi;

Tu-

Tubingensi Academia celebris Theologiæ fieret Professor. Qvi deinde *Retractationibus* Scriptorum suorum conatus est qvidem id, qvod olim destruxerat, restituere; exiguâ tamen spe fructus, postqvam semel tota regio jugo papali subjecta fuit. Elector Brandeburgicus Georgius Gvilielmus, de qvo diximus, Calvinismum ditionibus inducere conatus, ordines cœptis suis resistere sensit, in Lutheranorum partibus huc usqvè constantes.

Dum passim res ad turbas spectabat, & ad factiones unionis & Ligæ nomine paulò post nobilia præludia herent, Rudolphus Imperator fatis concessit, anno 1612. imperii sui trigesimo qvinto. *An. Chr. 1612.* Successit *Matthias* frater, à qvo paulò antè cum exercitu in Bohemiam adventante penè in ordinem redactus fuisset. Coactus certè est Bohemiæ Hungariæqve regnis ipse adhuc vivus cedere, qvod Matthias in suspicionem venerat id agi, ut à successione se excluso, posteri Caroli Archi-Ducis, adoptarentur, qvorum tamen primogenitum Ferdinandum ipse postea sibi in regnis successorem eligi curavit. Qvas inter fratrum discordias Protestantes Bohomiæ, Austriæ, Hun-

gariæqve à Rudolpho, nc à subditis deferatur solicito, literas, qvas Majestatis vocabant, obtinuerunt, per qvas religioni libertas templorumqve exstruendorum facultas iis data est: qvæ privilegia Matthias, cùm Rudolphus, ut cederet fratri, persvaderi sibi passus esset, Pontificis instinctu conatus est revocare: ut tamen ipse qvoqve ea confirmaret, pervicerunt subditi, dum alio pacto fidelitatem jurare recusant. Et istas qvidem literas cùm labefactari postmodum Bohemi sentirent, iis bellis occasio data est, qvibus mox tota Germania, dudum materiam ignibus civilium bellorum alendis paratam habens penè conflagravit. Consulantur *Grammondus, D. Reihing in Præfat. Retract. Adolzreuter part. 3. Annal Boicor. Kniepschild de Jure Civitatum Imper. &c.*

4. Sociniana Scholæ successio hæc fuit, post *Laelium Socinum, Faustus*, ipsius patruelis hæresin propagavit, in Italia primùm, qvò fuerat reversus post Lælii mortem, mox Basileæ & Tiguri. Cùm deinde missis per Europam Epistolis, (in qvibus operam suam offerebat reformandæ Ecclesiæ, cujus fidem in multis adhuc inementatam causabatur) fautores plurimos in Sarmatia & Transylvania reperisset, in eas partes concessit, inqve conventu præstensi in finibus Lithuaniæ cum *Francisco Da-*

vidis ministro Transylvano, Calvinianis aliàs addicto, eas composuit dissensiones, qvæ hactenus inter ipsos viguerant. In Lublinensi qveq; Synodo præcipuos qvosdam Poloniæ ministros sibi sociavit. Sic effectum est, ut vix 30. annis elapsis à morte Lælii, aliqvot Centuriæ cætuum Socinianorum seu Neo-Photinianorum in regionibus illis numerati fuerint. Ipsius discipuli fuere *Ostorod*, *Smaltzius*, *Gittichius*, *Moscorovius*, *Volkelius*, *Radenius*, *Goslavius*, *Friccius*, *Crellius*, *Stegmannus*, *Schlichtingius*, *Sommerus*, *Schombergius*, aliiqve, qvorum Scripta in publico prostant. Anno verò 1612. nova quædam docere cœpit *Valentinus Weigelius* Zschopæ in Misnia Pastor, qvi præter *Postilla* scripsit *Philosophiam mysticam* & *Astronomiam Theologizatam*, multum tribuens contemplationibus Physicis, adeòqve lumini naturæ etiam in Theologia: laudans præterea Angelicas loqvelas & apparitiones, quæ obtineantur ab illis, qvi se debito modo præparent castimoniâ, sobrietate, temperie affectuum, precibus, silentio. Sacramentum signa non instrumenta regenerationis, justitiam non imputativam, sed in hærentem esse statuit, qvâ corâm Deo justificamur. Statuit porrò Spiritum S. à solo Patre processisse, anteqvam Christus nasceretur, & processionem nihil aliud esse, qvàm missionem, mortuos non statim ad locum vel damnationis, vel vitæ æternæ venire, nec idem numero corpus resurgere cum eo, qvod corrumpitur. Sectatores ipsius fuere *Ezechiel Mether* Langesalzanus, & *Esaias Stifelius*, alius ab eo, qvem superiori seculo tempus supremi judicii temerè calculantem Lutherus ab instituto erat dehortatus; uterqve tamen Weigelio ineptior indoctiorqve.

5. Biennio ante Weigelium in Leidensi Batavorum Academia *Jacobus Arminius* secessionem à cæteris suæ sectæ hominibus moliens, visus est cum Lutheranis sentire in qvinqve capitibus. Negavit enim prædestinationem & reprobationem absolutam, utramqve suspensam esse docens à prævisa seu fide, seu infidelitate perse-

ve-

verante, Vocationem ad vitam æternam nobiscum universalem esse voluit. Universalem quoque mortis Christi efficaciam. Gratiam verò Dei in conversione hominum irresistibilem esse inficiatus est, eandemq; Dei gratiam amitti posse contendit. Retinuit tamen Calvinianos errores reliquos, illum præsertim, qvi est de sacra Cœna, aversatus eo etiam nomine cœtus Lutheranos, qvod sentiendi in Ecclesia libertatem nimis illi constringant: qvam magni ipse ejusqve socii fecerunt, & plerasqve sectas ideo tolerari posse judicârunt, qvod pauca reqviri putarent, ut salvum sit fidei fundamentum, etsi contrariis erroribus fortè labefactatum. Libero arbitrio & humanæ rationis viribus plus debito tribuentes, conversionis initium his acceptum referunt. Nec dubitant affirmare, ante Mosaicam legem salvatos esse homines, hodieqve salvari multos, si ductum rationis rectæ legisqve cordibus inscriptæ sequantur, qvod pollint, Deo qvidem Christi meritum intuente, hominibus tamen ejus virtute salvandis, nihil de eo edoctis: sub Mosaica qvoq; Lege, ejusdem meriti intuitu, salvatos homines, plerumqve de Messiæ beneficiis, qvæ in Typo solùm habebant, nihil intelligentes. Porro gratiæ Dei & ejusdem Justitiæ temperamentum in negotio salutis hominum dum explicare volunt, rigori justitiæ aliqvid decedisse autumant, qvanqvam ad Photinianum morem de ea re non loqvuntur. Minora capita omittemus. Secutus est Arminium *Conradus Vorstius*, sed pulsus mox Leidenli Cathedrâ, qvippe qvi ad illius doctrinam multa adjecit Socinianis viciniora, inqve divinas perfectiones injuriosa, de qvibus nimis humano more & ad captus nostri modum non solùm loqvendum, sed & sentiendum esse contendebat: qvæ cæteris Arminianis utrum placeant, in dubio est. Cùm verò *Gomarum* inter & *Arminium*, & post hujus mortem inter sectatores utriusqve, in Belgio potissimùm, hæ lites aliqvandiù agitatæ fuissent, exinsqve disceptionibus, qvi Arminii sententiam defendebant, *Remonstrantium*; alteri *contra-remonstrantium* for-

sortiti essent nomina, *Dordraci* tandem *Synodus* est instituta, in qvam conveniebant Reformatorum è Galliis, Anglia, Germania, Helvetia, Belgio Theologi; coram qvibus causam dixerunt Remonstrantes, qvos inter Barnefeldus Ordinum Cancellarius, H. Grotius Syndicus Roterodamensis, Hogerbetius, Molinæus, Bertius, Curcellæus, Venator, Slatius, Utenbogardus, Walæus, Ledenbergius, Episcopius, alii. Sed a *Synodo* damnati sunt, qvæ *fidei Confessione* editâ, illa præcipua Calvinianæ doctrinæ capita, qvæ controversa Remonstrantes fecerant, stabilivit. Cum exilium indictum esset diversum sententibus, & res ad vim spectaret, Remonstrantes vi contraria usuri opprimuntur: Barnefeldus septuagenario major capite plectitur: Hogerbetius, Ledenbergius, Grotius carceri mancipantur. In qvo Ledenbergius mortem sibi conscivit, Grotius effugit, uxoris dolo servatus. Acta est Synodus anno 1619. Conatus est paulò pòst in Gallia utramqve sententiam conciliare *Moyses Amyraldus* (à qvo *Amyraldistæ*) mitius, qvàm Gomarus & reliqvi Calvinianorum, de gratia Dei & efficacia meriti Christi loqvi doctus; dum tamen decretum prædestinationis absolutum retinet, non ultra loqvendi formulas qvicqvam in re ipsa mitigâsse, jure censendus est. Videantur *opera Arminii*, *Acta Synod. Dodrac. Vedelius in Arcanis Armin. Scripta Amyraldi* & *Cameronis*, qvi ipse qvoq; cum *Tileno* Heidelbergensi Professore, propter Arminianismum expulso, Aureliæ in Gallia disceptavit.

An. Christ. 1617.

6. Anno verò 1617. Lutherani totâ passim Germania celebrârunt seculare festum in memoriam cœptæ ante 100. annos ministerio Lutheri Reformationis Ecclesiæ. Qvod Pontificios, alioqvi satis jam infensos Pro-

te-

testantibus, malè ussit. Eodem annò funestum illud & penè exitiale totî Germaniæ bellum, primas in Bohemiâ flammas emisit, ex causâ privilegiorum; qvæ obtinuerant Evangelici à Rudolpho Imperatore, aut imminutorum, aut aliená interpretatione áffectorum. Anno seqvente Cometa luxit ille terribilis, portendens ingentia

An. Chr. 1618. istâ Europæ mala, qvæ propediem secutâ sunt. Seditio primùm & popularis tumultus Bohemos exercuit; indè ad armâ ventum. Sub eorum primum motum Matthias imperator de-

An. Chr. 1619. cessit, mense Martio anno 1619. electus est in Imperatorem Ferdinandus II. frater ejus, qvi jam anteà Bohemiæ Regis titulum habebat. Sed huic Bohemi parere publicè recusabant, Fridericum Palatinum Electorem reformatæ Professioni addictum, Jacobi Magnæ Britanniæ Regis generum, sibi Regem eligentes. Qvi cùm unionis Evangelicorum dux & caput esset, illius copiis in Bohemiam intro-

An. Chr. 1620. ductus qvidem est; sed mox à Bavariæ Du-

Duce, Cæsaris auspiciis profligatus propè Pragam. Palatinatu inferiore exutus ab Hispanis; Silesia Lusatiaqve ejectus ab Electore Saxone Johanne Georgio I. [victis aut adactis, qvi ipsius partes fovebant, Bethlemo Gabore Transylvaniæ Principe, Austriis Hungarisqve rebellibus, nec non milite unionis in Germania] brevi eò redigitur, ut pacem peteret. Qvam cum non impetraret talem, qvalem optaverat [multatus qvippe Palatinatu superiore dignitateqve Electorali, qvæ unà cum provincia in Maximilianum Bavarum translata est] extorris esse Germania maluit, qvàm in pacta talia consentire. Bohemi Austriiqve privilegia, qvorum causa bellatum est, amisêre. Hungaris Pacificatio cum Bethlemo religionis libertatem servavit. Extinctus erat inter hæc Gregorius XV. Papa an. 1623. qvi anno præcedenti Paulo V. successerat, anteà Alexander Ludovisius dictus, Bononiensis. Ejus loco sedem conscendit Maffæus Barberinus, ex Florentina ditione

ne oriundus, qvi Urbani VIII. nomen sumsit.

Videbatur tunc Ferdinandus Germaniam post hostes exactos, qvieti pristinæ restituturus. Verùm pro Palatino, cujus casus multos ægrè habuit, non solùm Batavi subsidia, qvibus bellum renovaretur, subministrârunt; sed & Christianus IV. Daniæ Rex, ejusdem suscepto Patrocinio & accedentibus aliis armorum causis, cum Saxoniæ inferioris qvibusdam ordinibus, novum Cæsari bellum fecit. Qvo is victor, totam Germaniam â Danubio ad Balthicum usqve mare, vel suis vel Ligæ exercitibus occupatam tenuit, eâqve fretus potentiâ, interpretari ausus est per se, nullis ordinum ea de re Comitiis indictis legem de religiosa pace. Istiusq; interpretationis vi, pleraqve Ecclesiastica bona, qvæ variis juris titulis interea Protestantes acqvisierant, diùqve possederant, his erepta ad Clerum Pontificium redibant. Ubi cessabat restitutio, paratus exseqvebatur miles. Eo qvoqve titulo Vindelicorum Augusta religionis sensit mutationem: exacti sunt Ecclesiæ ministri Lutherani; clausa, aut Pontificiis tradita Lutheranorum templa, ejecti è Curia Senatores Evangelici, substituti Pontificii, ademta qvoqve civibus libertas privatim sacra sua habendi. Jam verò Austriacos, Moravos, Sile-

An. Chr. 1628.

sios

sios, Bohemos qvod attinet, tantâ illi persecutionis sævitiâ adacti sunt, ad ejurandum Evangelium, ut parùm illa abesset ab Albani crudelitate. Qvâ de re qverelæ publicis Scriptis tùm in vulgus editæ testantur: nec qvicqvam profuit Silesiis, qvòd, cùm ultrò ad officium rediissent, de religionis libertate à Cæsare ipsis cautum fuit. Hoc igitur Ferdinandi zelo centies centena millia hominum ad Ecclesiæ Romanæ gremium fuisse revocata, gloriatur *Lamormainus in ejus vita.* Nam & in Styria, Carinthia, Carniolâqve jamdudum, ex voto Lauretanæ Virgini nuncupato, omne Lutheranæ religionis exercitium sustulerat. Adeòqve merito *Apostolicum Imperatorem dici, beataq; Virgini devotissimum, Pontifici obsequentissimum, Societatis amantissimum,* idem *Lamormainus* judicat. Verùm dum in eo, qvo diximus loco, stat fortuna Cæsaris, subitam mutationem sensit, ut paulò pòst dicetur.

7. Inter ipsos bellorum apparatus non cessârunt tamen controvertentes de religione Theologi plurimis invicem scriptis sententias suas proponere, adversantes oppugnare. Ea enumerari non possunt. Dolendum, etiam inter ipsos Augustanæ Confessionis Doctores, in Academiis Tubingensi & Giessensi publicis Scriptis certatum esse. Bello tamen maximo ingruente silentium secutum est.

Non diu antè, ex Italia in Germaniam, inde Belgium venit *M. Antonius de Dominis*, deserto Pontifice Romano, qvem Tyrannidis in Ecclesiam occupatæ non

invalidè convicit in libris de Republica Ecclesiastica. Cùm è Belgio in Angliam trajecisset, illic à Pontificis emissariis, (qvi tùm crebri in Angliam Daniamqve ventitabant, personati mercatores, sibi persvaderi passus est, ut Romam veniret, suaqve Scripta retractaret. Qvod dum non eâ felicitate præstat, qva Romanam Sedem oppugnaverat, conjicitur in vincula, in qvibus in constantem animam exhalavit, dubium fato suo, an illatâ vi eodem tempore in Galliam ex Italia venit *Lucilius Vanninus* Medicinam & Philosophiam professus habitu Theologi; verùm disseminato occultè Atheismo, dum rerum omnium solam atqve primam causam, ipsam naturam esse docet, fidei verò mysteria ridet, & ludibrio habet, Tholosanæ Curiæ judicio adignem condemnatus est. Cùm lingva ei præsecaretur, anteqvam rogo impositus esset, patientiæ Philosophicæ parùm convenientes boatus edidit, & cum horrore vitam reliqvit. *Gramondus.*

8. In Gallia, qvasi ex condicto, Reformatorum privilegia, qvæ ab Henrico IV. edicto Nannetensi acceperant, non secus atqve in Germania Bohemorum damnum patiuntur. Initium factum à Benearnensi Ducatu, ad Navariæ regnum pertinente, è qvo totos jam 60. annos Papismus prorsus exulaverat, à Johanna Labretana Ludovici Regis avia exactus. Illam igitur provinciam, hactenus à Galliæ regno seperatam; qvamvis eundem Principem haberet, uniri Galliæ Legibus & Religione Cardinalis Richelius, qvi regni negotia solus ferè regebat, svasit: factum id, licet invitis Benearnensibus, restituta Pontificiis Ecclesiastica bona, Missarum solennia introducta, templa expurgata, qvasi qvæ profanata fuissent. Concessa tamen est de cætero religioni libertas, ipsisqve pastoribus à Rege constituta salaria, qvi qvidem de bonis Ecclesiasticis vixerant. Exemplum hoc putantes ad se qvoqve pertinere, qvi toto Galliæ regno erant *Hugenoti* (ita enim à Pontificiis vocantur Galliæ Reformati, & reddit appellationis rationem *Thuanus*) generalem Synodum aguns, in qva Benearnensium auditæ qverelæ, decre-

ere-

cretumqve, iis opem esse ferendam. Habitâ deinde Rupellæ Reformatorum Comitia, qvibus futuro bello omnia provisa parataqve sunt: Literæq; ad Regem missæ, è qvibus ille de defectione facilè conjecturam cepit: decretesponso, sed armis agendum sibi, & tuendum jus Regium existimavit. Inde bello initia, qvo Rex Reformatorum munitiones, urbes, receptacula ultra 100. in potestatem redegit: Jacobus Magnæ Britanniæ Rex auxilia rogatus à Rebellibus, negavit ea qvidem, veritus subditos adversus Regem suum armare, componi tamen bellum, pacemqve restitui autor fuit. Sed cùm ea non esset diuturna, Carolus, Jacobi successor, alioqvin Gallis ex matrimonii sui causa infensior, partes Reformatorum validâ classe tutari aggressus est. Nihilominus tamen Victor Rex, ultimos Reformatorum conatus expugnatâ post diutinam obsidionem Rupellâ, fregit. Qvod factum anno 1629. cùm prima defectio in annum 1621. incidisset. Pace demùm ad arbitrium victoris facta, Hugonotarum urbibus munimenta demuntur, Pontificiæ religionis exercitium introducitur, qvaliscunqve tamen reformatæ religioni permittitur libertas, potentia præsidiaqve cuncta, qvorum fiducia in Regem suum insurrexerant, eripiuntur. Magnates paulatim fortunam secuti, abdicatis Reformatorum partibus Romano Pontifici sese submiserunt. Primus, qvi id faceret, Dux Bullionius fuit. Rohanæus ad extremum perstitit. In Rupellensibus Comitiis Legati munere functus qvoqve est *Chamierius*, *autor Panstratiæ*, voluminis satis magni; in qvo omnes Reformatorum cum Pontificiis controversias complexus est. Qvamvis autem de Hugonotis in Gallia tùm Pontificii triumpharent, triumphârunt tamen etiam de Jesuitis, deqve ipso Pontifice Aula Curiaqve Parisiensis, præcipuè autem Sorbona; qvam Scholis suis, ex concessione Regia paulo antè apertis, Jesuitæ invitam & multum repugnantem, penè oppressérant. Causa hæc est: ediderat *Santarellus* Jesuita librum Romæ, cui titulus, *Tractatus de ha-*

hæresi, &c, & de potestate summi Pontificis in hit delictis puniendis. In eo asserebat Papæ non directivam solùm, sed & correctivam in Principes potestatem, qvâ eos non solùm, si hæretici essent aut schismatici, sed etiam si inutiles noxiiqve tàm Reipublicæ, qvàm Ecclesiæ, deponere, excommunicare, morti denique addicere posset. Liber Curiæ judicio per servum publicum igni injectus est. Patres verò societatis vocati in Curiam interrogantur de suis super eo libro sententiis, interrogationibus tàm accuratis, ut qvo se æqvivocatione suâ reciperent nescii, post tridui spacium, impetratum, publico instrumento dissensum suum à Santarelli dogmate, licèt à Generali ipsorum, qvi Romæ est, approbato; consecssum verò cùm Sorbona, coacti fuerint profiteri. Ejus actionis tædio P. Cottonus contracta ægritudine moritur. Interfuit actioni qvoqve *Dionysius Petavius*, Scriptis suis celebre inter eruditos nomen consecutus. Ex *Gramondo*.

9. Qvem in locum Protestantium res in Germania fuerint adductæ perpetuâ Cæsaris felicitate, deqve Edicto, qvo jussi sunt sacra bona restituere, qvocunqve etiam juris titulo post Passavienscm transactionem ab illis occupata, paulò antè meminimus. Id verò cùm intolerabile videretur, Saxonici Electoris literis cæteri Protestantium evocati, Lipsiæ conveniunt, decernuntqve, legendum militem, vim, si qva edicti hujus causâ intentaretur, vi repellendam. Interim Rex

An. Christi 1630.

Rex Svecus, Gustavus Adolphus, Polonico defunctus bello, Cæsari bellum parat, Pomeraniam insessione Cæsareanorum liberat, Duces Megapolitanos, provinciis suis Cæsaris judicio ob intentatum perduellionis crimen exútos, in easdem restituit; Magdeburgo etiam subsidio venturus, qvam Cæsarianus exercitus, qvod novum Episcopatûs rectorem Cæsaris filium non reciperet, Edicti vigore à Pontifice obtrusum, acri obsidione premebat. Verùm fatali calamitate illa Urbs, inter præcipuas Germaniæ numerata capitur, deletur, exscinditur, nullo non crudelitatis exemplo edito, priusqvàm belli rationes Svecum Regem accelerare auxilia permittebant. Etiam Sveviæ & Franconiæ Ordines è Protestantium partibus fœderi Lipsiensi renunciare ab exercitibus Cæsaris coguntur, & Tillius Ligæ copiarum supremus, Duci Saxoniæ pariter Hassiæqvo minabatur, cum Saxoniæ Elector Johannes Georgius, Sveco Rege in auxilium advocato, adversus Cæsaria-

bibus Osnabrugâ & Monasterio sancita fuit. Religionis ea libertas esse jussa est in Imperio Romano, qvalis superiori seculo Augustæ concessa erat. Edictum Cæsaris, de qvo diximus, sublatum, statutumqve, ut haberet sibi qvæqve pars de bonis Ecclesiasticis, qvod habuisset anno 1624. ineunte. Qvod idem de publico religionis cujusqve exercitio capiendum est. In eo tamen deterioris conditionis Protestantium res, qvàm ante bellum, factæ sunt, qvod Bohemis Astriacisq; libertas omnis religionis ademta, nec Silesiis plenè concessa: deniqve Palatinatus superior Romano-Catholicis partibus penitùs vindicatus est. Sublatum verò est magnâ ex parte *Reservatum* illud, qvod vocant, Ecclesiasticum, Episcopatibus cæterisqve Ecclesiæ juribus in perpetuum, nulla repetendi facultate, alienatis. Clerum hæc malè habuerunt, imprimis Pontifices; obiit tamen inter bellorum æstus Urbanus IIX. cui Johannes Baptista Pamphilius Romanus successit an-

no 1644. Innocentius X. dictus. Is prædecessorum institutum servans Romæ anno 1651. bulla edita pacem Germanicam abrogare sustinuit: Verùm conatu irrito, dum Ferdinandus III. Imperator non ratam solùm habet, sed & executioni dat, *Pacifici* cognomentum hoc facto meritò consecutus, Ipse Imperator vivis exemtus est an. 1657. elato prius filio magnæ spei, qvi jam Regis Romanorum axiomate & Ferdinandi IV. nomine designitus erat Electus itaqve est post interregnum plusqvàm annale alter filius Leopoldus. an. 1658. cui pacificum imperium & victoriam adversus hostes barbaros, qvi jam ab an. 1660. extremum finibus nostris excidium minantur, supremum Numen largiri velit. Novo etiam Pontifici locum fecit mors Innocentii. X. multis nominibus Romanæ Curiæ spreti & invisi, affectu imprimis intolerabili erga fratris uxorem Olympiam, fœminam inexplebilis ambitionis & avaritiæ. Successorem habuit anno 1654. Fabium Chigium Senensem, qvi Alexan-

xandrum VII. vocari se voluit, & primis quidem Pontificatûs initiis affectavit contrariis institutis gloriam & favorem quærere? sed mox ad ingenium rediit, accitis in Aulam fratribus & agnatis, quorum culpa hoc ipso anno, quo hæc scribuntur, magnum periculum incurrit, offenso & ad bellum usque inferendum, & ditionem Pontificiam in Gallia occupandum, irritato potentissimo Galliarum Rege, graviora sensurus, nisi multo labore & magnâ cum Regis dignitate tandem transactum fuisset. vid. *Theat. Europ. Adelzreuter. Instrum. Pacis Osnabr. &c.*

Eodem anno, quo in Germania pax coaluit, Ordines quoque fœderati Belgii stabilem ab Hispanis pacem impetrarunt, finito tandem bello, quod ex causa impugnatæ ab Albano religionis ante plusquam 70. annos cœptum erat. At vero in Anglia gravissima populi seditio Regem Carolum diu exercuerat, jam tum captivum, & sequenti anno 1649 securi carnificis manu necatum, quasi qui judicio populi legitimè damnatus esset. Causæ tentarum discordiarum duæ factiones erant toto genore inter se oppositæ, Puritanorum altera, altera Semipapistarum. Cum enim vivente adhuc Parente Carolus Henriettam Galliæ Regis Ludovici sororem in matrimonium duxisset & Reginæ familia Pontificiis hominibus constans, zelotis in Anglia suspectam se fecisset, statim Puritanorum stimulis agitari mentes, itaque adigi, ut Reginæ omnem familiam Anglia expelleret. Re-

Ijnqvit tamen Papistini qvædam semina nonnullorum in animis, nec desiêre Pontificis emissarii, clanculum in Anglliam ventitantes, ea fovere. Et ejusce qvidem collusionis palàm *Willelmus Laudus* Archi-Episcopus Cantuariensis accusatus est, cui datum crimini, qvod studio Hierarchiæ Episcopalis, adversus Puritanos, eam summopere improbantes, tuendæ, Syncretismum cum Pontificiis moliatur. Damnatus eo nomine à Senatu Regni, consentiente Rege, capite plectitur. Nec tamen hoc modo illis satisfactum est. Erumpens enim in apertum bellum discordia, cùm indies animi magis exacerbarentur, in immane illud, de qvo diximus, parricidium desiit, qvod tamen qvasi jure perpetratum *Miltonus* importuno Scripto adversus *Cl. Salmasium*, ex jure divino pariter & humano, defendere frustrà annisus est. Qvi Hierarchiam oderunt Puritani, non illam solam, sed & Liturgiam & Cerimonias Pontificiis similes dudum abrogari cupientes, Synodo contradixere Londinensi anno 1603. habitæ, in qva declaratum est, librum Liturgicum nihil continere, qvod Verbo DEI repugnet: & qvamvis aliqvi eorum, ut sibi consulerent, Synodo subscripserint, *Conformistæ* nuncupati sunt, cùm cæteri *Non-Conformistæ*, *Separatistæ* aut *Brounistæ* dicerentur, nihilominùs tamen desiderium Reformationis ad modum Ecclesiarum transmarinarum, imprimis Genevensis non amisêre. Cui illorum instituto tùm satisfactum est, cùm post necem Regis, Respublica, sive qvi ejus nomine populum in potestate habebant, novatores, eorumqve antesignanus Oliverus Crom. Wellus, Regni Protector dictus, susceptâ ejusmodi reformatione, Episcopos & Liturgiam abrogâssent, Synodoqve Nationali convocatâ, Directorium Ecclesiarum, Confessionem fidei, Catechismum minorem majoremqve publicâssent, cui plerâqve per Britanniam Ecclesiæ subscripserunt; eo tamen cum discrimine, ut alii *Independentes*, alii *Presbyteriani* essent, in Confessione fidei utriqve à Reformatis sive Calvinianis non dissidentes, qvod tamen attinet Ecclesiæ re-

regimen, inter se discrimen habentes. Quanquam enim utrorumque Ecclesias gubernant Presbyteri, qui vel docent, vel regunt, rigidiores tamen sunt Independentes in delectu membrorum Ecclesiæ, quæ apud illos non sufficit vacare publico scelere, scandalosâque vitâ, sed in oculos quoque incurrentem vitæ sanctitatem requirunt, nec admittunt ad sacræ Cœnæ usum, nisi qui in divinis Scripturis & rebus Theologicis probè versatos se esse, tum precibus coràm Ecclesia recitatis, tùm interpretatione Scripturarum publicè facta demonstrârunt. Admittunt enim omnium, quos impetus incitat, doctrinam in cœtibus publicis, in quibus sæpè plures successivè verba faciunt, ad imitationem Corinthiorum Ecclesiæ, de qua *Apostolus 1. Corinth.* 4. nec in ministerio Ecclesiæ requirunt literarum cognitionem, aut studia Academica, quanquam & illa non respuunt. Cœtus sacros malunt in privatis domibus, quam in basilicis cogere; licet & his utantur. Quodque præcipuum est inter hos & Presbyterianos discrimen, unamquamque particularem Ecclesiam sui juris faciunt, nec alii ulli subjectam aut subordinatam esse statuunt, nemini fidei rationem reddunt, nisi illi, cujus membra sunt Ecclesiæ. Cùm ex adverso Presbyteriani particulares Ecclesias subjiciant classibus, classes Synodis provincialibus, has Synodo Nationali, eamque subordinationem juris esse divini, & Decreta Synodorum vim cogendi habere, statuant. Cùm igitur tanta Independentium Ecclesiarum esset libertas, sub illorum nomine variæ adhuc sectæ se absconderunt, *Anabaptistæ* imprimis, tolerabiliores tamen, quippe qui ab Independentibus aliâ nullâ re differunt, quàm quod pædobaptismum improbant. Pejores his sunt *Antinomi*, Legem & totum Vetus Testamentum rejicientes, quippe quæ jam impleta sint. Pessimi *Antiscripturiani*, quibus tota Scriptura contemtui est, dum se eundem, quem Apostoli & Prophetæ, Spiritum habere jactitant. *Quakerorum* turba horum soboles est. Hi putant, se jam in hac vita planè perfectos, & ab omnibus peccatis

mun-

